



Cicero

Vicini

Vaudet

All

Cuius homo mendax
 Solus deus vera
 O homo si scires
 Quo tu post mortem ires
 Modicis et fortis
 gras eris filij mortis
 Possesor vero huius libri
 Albericus Natus
 Jan. Soc. Vocat
 Studij Soci. Ven

I
V A L E R I I M A -
X I M I E X E M P L O -
R V M M E M O R A B I -
L I V M .

L I B E R P R I M V S .

*Ad Tiberium Casarem Augustum. Pro-
logus.*



OPVLI Romani exterarum-
que gentium facta simul ac
dicta memoratu digna, quæ
apud alios lati⁹ diffusa sunt,
† quam vt breuiter cognosci * *al. vt*
possint, ab illustribus electa *quam.*

au⁹ctoribus deligere constitui: vt documen-
ta sumere volentibus longæ inquisitionis
labor absit. Nec mihi cuncta complecten-
di cupido incessit: quis enim omnis æui ge-
sta modico voluminum numero compre-
henderit? *Aut quis compos mentis, domestica
peregrinaque historiae seriem felici superiorum
stylo conditam, vel attentiore cura vel præstan-
tiore facundia, traditurum se sperauerit: Te i-
gitur huic cœpro, penes quem hominum
decorumque consensus, maris ac terræ regi-
men esse voluit certissima salus patriæ Cæ-
sar, inuoco: cuius cœlesti prouidentia virtu-
es, de quib. dicturus sum benignissime foue-
tur: vitia seuerissime vindicantur. Nam si p^ri-
sci*

A



Cic. Ver-
viii. I.

2 VAL. MAX. LIB. I.

sci oratores ab Ioue Opt. Max. bene orsi sunt, si excellētissimi vates à numine aliquo principia traxerunt: mea paruitas eo iustius ad fauorem tuum decurrerit, quod cætera diuinitas opinione colligitur: tua præsentis fide paterno auitoque fideri par videtur: quorum eximio fulgore multum ceremoniis nostris inclytæ claritatis accessit. Deos enim reliquos accepimus, Cæsares dedimus. Et quoniam initium à cultu deorum petere in animo est, de condicione eius summatim disse-
tam.

DE RELIGIONE.

C A P. I.

OBSERVATA.

- 1 *A populo Rom.*
- 2 *L. Metello Pont. Max.*
- 3 *Ti. Graccho & Coss.*
- 4 *Sacerdotum collegiis.*
- 5 *Q. Fabio dict. & C. Flaminio magist. eq.*
- 6 *P. Crasso Pont. Max.*
- 7 *Æmia Vestalis discipula.*
- 8 *M. Marcello V. Coss.*
- 9 *L. Furio Bibaculo prætor.*
- 10 *L. Albinio.*
- 11 *C. Fabio Dorfone.*
- 12 *Q. Petillio Spurino prætor.*
- 13 *L. Tarquinio rege.*
- 14 *M. Atilio Regulo.*

0-17-0-199
80-4152



15 *Senatu Romano.*

NEGLECTA.

16 *A. G. Terentio Varrone.*17 *Ap. Caco & gente Poticia.*18 *Milite Romano & Brenno Gallo.*19 *P. Turullio praefect. classis.*20 *Q. Fulvio Flacco Cens.*21 *Q. Pleminio legato propr.*

EXTERNA EXEMPLA

obseruatæ vel neglectæ Reli-
gionis.1 *Pyrrhus Epirotarum rex.*2 *Massanisa Numidarum.*3 *Dionysius maior Siculorum.*4 *Tymasitheus Liparitarorum.*5 *Alexandri regis milites.*6 *Persæ.*7 *Athenienses*8 *Diomedon Atheniens. dux.*

OBSERVATA.

MAiores nostri stas solennesque co-
remonias, Pontificum scientia, bene
gerendarum rerum auctoritates, augurum
obseruatione: Apollinis prædictiones, va-
tum libris: portentorum depulsa, Etrusca
disciplina explicari voluerunt. Prisco etiam
instituto rebus diuinis opera datur, cum a-
liquid commendandum est, præcarione:
cum exoptandum, voto. cum solu-
dum

I.
Ex Cic. de
Arusp. resp.

dum, gratulatione: cum inquirendum vel extis vel fortibus, impetrato: cum solenni ritu peragendū, sacrificio. Quo etiā ostentorum ac fulgurum denūtiationes procurātur.

Tantum autem studium antiquis non solum obseruandæ; sed etiam amplificandæ religionis fuit, vt è florentissima tum & opulentissima ciuitate, decem Principum filij S. C. singulis Etruriæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderentur.

Cæteri quoque, quam more Græco venari instituerant, sacerdotem à Velia, cum in oppidum nondum ciuitatis nomen accepisset, Calcitanam peterent, vel vt alij dicunt

Anno vr- bis dclvi. Caliphennam: ne deæ vetusti ritus perire deesset antistes. Cuius cum in vrbe pulcherrimum templum haberēt, Graccano tumultu moniti Sibyllinis libris, vt vetustissimas

Cic. pro Balbo: Cererem placarent, Ennam (quoniam factus eius inde orta credebant) decem viros ad

A. V. dcxxx. propiciandam miserunt. Item Matri deū sapenumero imperatores nostri, compot

Cic. Ver. 6 Lic de a *rusp. respons* victoriarum suscepta vota Pessinuntem profecti soluerunt.

II. Metellus vero pont. max. Postumius consullem, eundemque Flaminem Martial

A. V. dxi. ad bellum gerendum Africam petentem, à sacris discederet, multa indicta, vrbe egredi passus non est: religionique summum imperium cessit: quod tuto se Postumius Martio certamini commissurus non videb

Liu. 19
37.

tur, ceremonijs Martis desertis.

Laudabile XII. fascium religiosum obsequium, laudabilior quatuor & viginti in consimili re obedientia. à Tiberio enim Graccho ad collegium augurum litteræ sunt ex prouincia missæ, quibus significabat se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse vitio tabernaculum captum, comitiis consularibus, quæ ipse fecisset, eaque re ab auguribus ad senatum relata, iussu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Nasica è Corsice Romam redierunt, & se consulatu abdicauerunt.

Consimili ratione P. Clælius Siculus, M. Cornelius, Cethegus, & C. Claudius propter exta parum curiose admota aris deorum immortalium, variis temporibus, beilisque diuersis Flaminio abire iussi sunt, coactique etiam. At Sulpicio inter sacrificandum apex è capite prolapsus sacerdotium abstulit.

Occentus autem soricis auditus, Fabio Max. dictaturam. C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam, præbuit.

Adijciendum his, quod P. Licinio pontifici max. virgo vestalis; quia quadam nocte parum diligens æterni ignis custos fuisset, digna visa est quæ flagro † admoueretur.

Maximæ vero virginis Æmilix discipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehensione Vestæ numen præstitit, qua adorante, cum carbasum, quam optimam ha-

III.

A. V. dxc.

Cicero Nat.
deor. I.

IV.

A. v.

dxliii.

Liu. 26.

A. V.

dxxxii.

Plutare.

Marcell.

VI.

A. V.

dxlvii. Liu.

28. † al. ad-
moneretur.

bebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit.

VII.

*Dion.
Halic. antiq. 2.
A. V.
dxlv.
Liv. 27.
Plutarc. in vita.*

Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo, custodiendoque, pertinax deorum. indulgentia semper excubuit, quod tam scrupulosa cura, paruula quoque momenta religionis, examinare videtur: quia nunquam remotos ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos habuisse nostra ciuitas existimanda est. In qua cum Marcellus quintum consulatum gerens templum Honori & Virtuti, Clastidio prius deinde Syracusis potitus, nuncupatis votis debitum consecrare vellet, à collegio pontificum impeditus est, negante vnam cellam duobus diis recte dicari, Futurum enim, si quid prodigii in ea accessisset, ne dignosceretur, vtri rem diuinam fieri oporteret: nec duob. nisi certis diis vna sacrificari solere: Ea pontificum admonitione effectum est, ut Marcellus, separatis aedib. Honori ac Virtutis simulacra statueret. Neq; aut collegio pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adiectio impensae in pedimento fuit, quo minus religionibus suis tenor suaque obseruatio redderetur.

IX.

*A. V.
dxvi.
Lactant.
diu Instit. l.
cap. 21.*

Obruitur tot etiam illustribus consularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix post Marcellum inuenit. Sed pij simul ac religiosi animi laude fraudandus non est: qui praetor à patre suo Collegij Saliorum magistro iussus, sex licitoribus praecedentibus,

bus, arma ancilia tulit: quamuis vacationem huius officij, honoris beneficio haberet: Omnia namque post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiam in quib. summæ maiestatis conspici decus voluit. Quæ ^{* al. deser-} propter non dubitauerunt sacris imperia ^{† uire.} seruire: ita se humanarum rerum ^{* futura re-} ^{* al. uelut} gimen existimantia, si diuinæ potentæ bene ^{curam ge-} atque constanter fuissent famulata. ^{rere.}

Quod animi iudicium in priuatorum quo- ^{X.} que pectoribus versatum est. Vrbe enim à ^{A. V.} Gallis capta, cum Elamen Quirinalis virgi- ^{ccclxiii.} nesque Vestales sacra onera partito ferrent, ^{Lin. 5. cap. 3.} easque pontem Sublicium transgressas, & cliuum, qui ducit ad laniculum, descendere incipientes L. ^{† Aluanius} plauastro coniu- ^{* al. Albin.} gem & liberos vehens aspexisset, propior publicæ religioni, quam priuatæ charitati, suis vt. plauastro descenderent, imperauit: atque in id virgines & sacra imposita, omisso cœpto itinere Cære in oppidum peruenit: Vbi cum summa veneratione recepta, grata memoria, ad hoc vsque tempus hospitalem humanitatem testantur: Inde enim institutum est sacra Cæremonias vocari, quia Cæretani ea, in fracto Reip. statu perinde ac florente, coluerunt. Quare agreste illud & sordidum plaustrum, tempestiue capax cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus, vel æquauerit gloriam, vel antecesserit.

8 Eadam reipublicæ tempestate C. Fabius Dorso memorabile exemplum seruatae religionis dedit. Namque Gallis Capitolium obsidentibus, ne statum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur, Gabinio ritu cinctus manibus humerisque sacra gerens, per medias hostium stationes, in Quirinalem collem peruenit: vbi omnibus solenni more peractis, in Capitolium † post diuinam venerationem, victricium armorum perinde ac victor rediit.

XI.
A. V.
celxiiij. Liu.
5.

* al propter

Magna conseruandæ religionis etiam P. Cornelio, & Bæbio Tamphilo Coss. apud maiores nostros acta cura est, siquidem in agro L. Petilij, scribæ sub Ianiculo cultoribus terram alius versantibus, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus * Numæ Pompilij Pomponis filii fuisse: in altera libri reconditi erant. Latini septem de iure Pontificum totidemque Græci de disciplina sapientiæ. Latinos magna diligentia * asseruandos curauerunt.

XII.
A. V.
Alxxvii.
Liu. 40.
Plin. l. 13.
cap. 13.
Plutare. in
Numa.
* al. Numa
Pomponii.
* al. obser-
uandos.

Græcos, quia aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere existimabantur, L. Petillius prætor Vrbanus ex auctoritate Senatus per Victimarios igne facto, in conspectu populi cremavit. Noluerunt enim prisca viri quidquam in hac asseruari ciuitate, quo animi hominû à deorum cultu auocarètur.

XIII.
M. Atilium
vocat.
Dion. l. 4.
Sed patri-
cius esse de-
bet, eodem
teste.

Tarquinius autem rex M. Tullium Duumuirum, quod librum secreta ciuiliū sacro-

facrorum continentem custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abiici iussit. Idq; supplicij genus multo post parricidis lege irrogatum est. Iustissime quidem, quia pari vindicta parentum acdeorum violatio expianda est.

Sed in his quæ custodiam religionis attinent, nescio an omnes M. Atilius Regulus præcesserit, qui ex victore speciosissimo, in fidiis Asdrubalis, & Xanthippi Lacedæmonij ducis ad miserabilem captiui fortunam deductus, ac missus ad S. P. Q. R. legatus, vt ex se, & vno, & sene complures Pœnorum iuuenes pensarentur: in contrariū dato consilio, Carthaginem repetijt: non ignarus ad quem crudeles quamque etiam merito sibi infestos * deos reuerteretur, Verum his iurauerat, si captiui eorum redditi non forent, ad eos serediturum. Potuerunt profecto dij immortales efferatam mitigare sæuitiam: ceterum quo clarior esset Atilij gloria, Carthaginenses morib. suis vti passi sut: tertio Punico bello religiosissimi spiritus tā crudeliter vexati vrbs eorū interitu iusta exacturi piacula.

Quanto nostræ ciuitatis senatus venerabilior in Deos? qui post Cannensem cladem decreuit, ne matronæ ultra trigessimam diem luctus suos extenderent, vti ab his sacra Cereris peragi possent. quia maiore pæne Romanorum virorum patte, in execrabili ac di-

A. V.

dclij.

Plutarc.

Rhet. ad

Herennium

XIV.

A. V.

cdxcviiij.

Polyb. 5 a.

lij.

A. V. diij.

Cic. offic. 8.

* al. hostes

XV.

A. V.

dxxxviiij.

Lin. 22.

diro solo iacente, nullius penates mœroris expertes erant. Itaque matres ac filia, coniugesq; & sorores, nuper interfectorum absterfis lacrymis, depositisque doloris insignibus candidam induere vestem, & aris dare thura coactæ sunt. Qua quidem constantia obtinendæ religionis, magnus cœlestibus iniectus est rubor vltterius aduersus eam sæuicidigentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu absterreni potuerat.

NEGLECTA.

Creditum est Varronem consulem apud Cannas cum Carthaginensibus tam infelicitate dimicasse ob iram Iunonis, quod cum ludos Circenses ædilis faceret, in Iouis Opt. Max. templo, eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset: quod factum post aliquot annos memoria repetitum, sacrificiis expiatum est.

XVII.

Hercules quoq; detractæ religionis suæ, & grauem & manifestam pœnam exegisse traditur. Nam cum Potitij sacrorum eius ritum (quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum, velut hereditarium obtinuerant) auctore Appio Censore, ad humile seruorum ministerium transtulissent: omnes qui erant numero super XXX. puberes, intra annum extincti sunt, nomenque Poticium in duodecim familias diuisum prope interiit. Appius vero luminibus captus est.

Accr

XVI.

A. V.
dxxxiiij.
Lact. instit.
diu. lib. 2.

A. V.
cdxli.
Liu. 9.

Acer etiam sui numinis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit, vt sacrilegæ manus inter fragmenta eius abscissæ inuenirent. Brennus Gallorum dux Delphis Apollinis templum ingressus, Dei voluntate in se manus vertit.

XVIII.
A. V. dcviij.
Appian.
Punic.
Pausan.
Phoc.
Iust. 24.

Nec minus efficax vltor contemptæ religionis filius quoq; eius Æsculapius, qui consecratum templo suo lucum à Turullio præfecto Antonii ad naues ei faciendas, magna ex parte succisum dolens, inter ipsum nefarium ministerium deuictis partibus Antonij, imperio Cæsaris destinatum morti Turullium, manifestis numinis sui virib. cum in lucum, quem violauerat, traxit: effecitq; Deus, vt ibi potissimum a militib. Cæsarianis occisus, eodem exitio, & euersis iam arboribus pœnas lueret, & adhuc † superantibus, impunitatem consimilis iniuriæ pareret: suamque venerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, multiplicaret.

XIX.
A V.
dcccxxij.
Dion. hist.
51.

Q. autem Fuluius Flaccus impune non tulit, quod in censura regulas marmoreas ex Iunonis Laciniae templo in ædem Fortunæ Equestris, quam Romæ faciebat, transtulit. Negatur enim post hoc factum, mente constitisse: quin etiam per summam ægritudinem animi expirauit, cum ex duobus filiis, in Illyrico militantibus, alterum decessisse, alterum grauitè audisset affectum. Cuius

* al. superstitibus.
XX.
A. V.
dlxxix.
Lin. 42.

* *al. causa.* † casu motus senatus, tegulas illico reportandas curavit: decretique circumspēctissima sanctione impium opus cēsoris retexuit.

Tam me hercule, quam Q. Pleminij legati Scipionis in thesauro Proserpineꝯ spoliando sceleratam auaritiam iusta animaduersione vindicauit, cum enim uinctum Romā protrahi iussisset, is ante causæ dictionem in carcere teterrimo genere † morbi cōsumptus est: pecuniā Dea eiusdē senatus imperio, & quidem summā duplicando, recuperauit.

EXTERNAE EXEMPLA OBSER-
uataꝯ vel Neglectæ Religionis.

Quod quidem ad Pleminij facinus pertinuit, bene à patribus conscriptis uindicatū est. Quod ad uolentiam regis Pyrrhi fordes attinuerat, se ipsam potenter atque efficaciter dea defendit. Coactis enim Locrensibus ex thesauro eius, magnam illi pecuniā dare; cum onustus nefaria præda nauigaret, uel subitæ tempestatis tota cum classe uicinis Deæ litoribus illisus est: in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodia restituta est.

At non similiter Massanisa rex: cuius cura præfectus classis Melitam appulisset, † æque fano Iunonis dentes eburneos eximie magnitudinis sublatos, ad eum pro dono attulisset: ut comperit unde aduecti essent, quinqueremi reportandos Melitam inque templo Iunonis collocandos curauit,

in-

XXI.

A. V.
dxlix.

Liu. 29.

§ 34.

† *al. mor-
tis.*

XXII.

A. V.
edlxxviii.

Liu. 29.

I.

Ex Cir.

Verr. 6. * *al.*

§ *æque ex.*

in sculptos gentis suæ litteris, significantibus regem ignorantem eos accepisse & libenter Deæ reddidisse. Factum Massaniæ plus animo, quàm Punico sanguini conueniens; quam quid attinet mores natione *pēdi: in media barbaria ortus, sacrilegium rescidit alienum.

II.
*perpendi.

Syraculis Dionysius genitus, tot sacrilegia sua, quot iam recognoscimus, iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit: fano enim Proserpinæ spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridēs amicis, videtisne, ait quam bona nauigatio ab ipsis diis immortalibus sacrilegis tribuatur: Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo cum tyrannus Hiero emanubijs Carthaginensium orauerat, iniectoque ei lanceo pallo, dixit, æstate graue amiculum aureum esse, hieme frigidum. laneum autem ad vtrumque tempus anni aptius. Idem Epidauri Æsculapio barbam auream demi iussit: quod affirmaret, nō conuenire patrem Apollinem imberbem ipsum barbaturum conspici. Idem mensas argenteas atque aureas è fanis sustulit: quodque in his more Græciæ scriptum erat, bonorum deorum eas esse, vti se bonitate eorum prædicauit. Idē Victorias aureas, pateras, & coronas quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere, nō auferre, dicebat: per quam stultum esset argumentando, à quibus bona precamur, ab his

III.
Ex Cic. de nat. deor. l. 3.
Aelian histor. Var. l. 1.

† al. Gelo.

Vide Iustina. l. 10. fine.

per-



porrigentibus nolle sumere. Qui tametsi debita supplicia non exsoluit, de decore tamen filij, mortuus pœnas rependit, quas viuis effugerat. LENTO enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditatemque supplicij grauitate compensat.

In quã ne incidere Thymasitheus Liparitanorũ princeps, consilio sibi pariter, atque vniuersę patrię, vtili prouidit exemplo: Excepta namq; in freto à ciuib. suis piraticã exercitibus magni ponderis aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, vt cõperit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, manibus venumdantium ereptam Deo Delphos perferẽdam curauit.

Milesia Ceres, Mileto ab Alexãdro capta, milites qui templum spoliaturi irruperant, flamma obiecta priuauit oculis.

Perfæ mille nauium numero Deum compulsi, templo Apollinis irreligiõsus potius manus quam rapaces adhibuerunt.

Athenienses Diagoram philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorare se, an dij essent: deinde, si sint quales sint. Idem Socratem damnauerant, quod nouam religionem introducere videbatur. Idem Phidiam tulerunt, quamdiu is marmo re potius quam ebore Mineruam fieri debere dicebat, quod diutius nitor esset mansurus: sed adiecit, & vilius, tacere iusserunt.

Diomedon, vnus ex decem dacibus, qui

Argi-

IV.

A. V.

ccclix.

Linus 5.

Plutarc.

Camill.

V.

Laet. Instit.

lib. 2. cap. 8.

VI.

Herod 7.

VII.

Cicer. de

Nat. deor.

1. Illustrius

Suid.

Aelian.

Varia

Hist. 2.

Plato.

CAP. II. DE SIMVLATA RELIG. IJ
 Arginusæ eadem pugna Atheniensibus vi- VIII.
 ctoriam, sibi vero damnationem pepererūt: *Videl. 3. cap.*
 cum iam non ad meritum supplicium duce- 8. *de con-*
 retur, nihil aliud locutus est, quam vt vota *stancia*
 pro incolumitate exercitus ab ipso nuncu- *Socratis.*
 pata soluerentur.

DE SIMVLATA RELIGIONE.

CAP. II.

A ROMANIS.

1. Numa Pompilio rege.
2. P. Scipione Africano maiore.
3. L. Cornelio Sulla.
4. Q. Sertorio.

AB EXTERNIS.

1. Minoe Cretensum rege.
2. Pisistrato Atheniensi.
3. Lycurgo Spartano.
4. Zaleuco Locrensi.

I.
 A. V.
 xxxix.
 circiter.
 Liu. I.
 Plutarc.
 Dion. 9.
 alij.

NUMA Pompilius, vt populum Roma- II.
 num sacris obligaret, volebat videri sibi cum A. V.
 dea Ægeria congressus esse nocturnos: eius- dxlij.
 que monitu accepta deus immortalibus sa- Liu. 26.
 cra instituit. *Quin. 2.*

Scipio Africanus non ante ad negotia pu- cap 4
 blica vel priuata ibat, quam in cella Iouis III.
 Capitolini moratus esset: & ideo Ioue geni- A. V.
 tus credebatur. *delxxi.*

L. Sulla, quoties proelium committere de- Plutarc.
 stinabat, paruum Apollinis signum Delphis Front. I.
 sublatum, in conspectu militum comple- cap. II.
 xus, orabat vt promissa maturaret.

Q. Serto-

Q. Sertorius per asperos Lusitanie colles ceruam albam trahebat: ab ea se, quænam agæda aut vitæda essent, prædicas admoneri.

EXTERNÆ.

Minos Cretensium Rex nono quoquo anno in quoddam præaltum: & vetusta religione consecratum specus secedere solebat: & in eo moratus, tanquam à Ioue, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges prærogabat.

Pisistratus in recuperanda tyrannide, quæ amiserat, simulatione reducentis se in arcem Mineruæ est usus: cum per ostentationem ignotæ mulieris, quæ * Phya vocabatur, formata ad habitum Deæ, Athenienses deciperet.

Lycurgus consilio Apollinis grauissimæ Lacedæmoniorum ciuitati leges compositas ferre se persuasit.

Zaleucus sub nomine Mineruæ apud Locrenses prudentissimus habitus est.

DE PEREGRINA RELIGIO.

nereiecta.

CAP. III.

1. A senatu Romano.
2. A C. Cornelio prætor.
3. A L. Æmilio Paulo Cos.

Bacchanalium sacrorum mos nouus institutus, cum ad perniciosam vesaniam iretur, sublatus est.

Lutacius, qui primum Punicum bellum confecit, à senatu prohibitus est sortes Fortunæ Prænestinæ adire. Auspiciis enim patris,

IV.
A. V.
dclxxxij.
Plutarc.
Front.

I.
Plato in
Minoe.

II.
Herod. I.

* alias Ero.

III.
Herod. I.
Plutarc.

IV.
Suidas &
Cic. de leg.
2. Aelian.
Var. hist. 2.

I.
A. V.
dclxvij. Lin.
39.
A. V. dxi.

CAP. II. DE SIMVLATA RELIG. 17
tris, non alienigenis rempub. administrari oportere iudicabant.

C. Cornelius Hitpallus prætor peregrinus
M. Popillio Lænate. Cn. Calpurnio Coss.
edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex Vrbe atq; Italia iussit: leuibus & ineptis ingeniis fallaci siderū interpretatione, quæstuosam mēdaciis suis caliginē * iniicientes.

Idem, qui Sabazij Iouis cultu simulato * *al. nutrimores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit.*

L. Æmilius Paullus cōsul, cum senatus Isidis & Serapis fana diruenda censuisset, ea que nemo opificum attingere auderet: posita prætexta securim arripuit, templique eius foribus instruxit.

II.
A. V.
dxxix.

II.
A. V.
dxxxiv.

DE AVSPICIIS.

CAP. IV.

QVÆ CEPERE ROMANI.

- 1 Attius Nauus Augur.
- 2 Ti. Gracchus. Ti. F. trib. plebis.
- 3 P. Claudius Pulcer, & L. Iunius Pullus Coss.
- 4 L. Metellus Pont. max.
- 5 M. Tullius Cicero.
- 6 M. Iunius Brutus procos.

EXTERNI.

- 1 Alexander Magnus.
- 2 Deiotarus rex.

L. Tarquinius Rex centuriis equitum, AV. exl. cir-
quas Romulus auspicato conscripserat, a-
lias

I.

AV. exl. cir-
citer. Lin. I.

*Cicer.
An. I.*

lias adijcere cupiens, cum ab Ario Nauo augure prohiberetur, offensus interrogauit, Possetne fieri, quod ipse mente conceperat. Posse fieri dicente; iussit nouacula cotem discindi. Quia Arius allata, administrato incredibili facto, effectum suæ professionis oculis regis subiecit.

II.

*A. V.
dcxx.
Plutarc.
in vita.*

Ti. Gracchus, cum ad res nouas pararetur, auspicia domi prima luce petijt: quæ illi perquam tristitia responderunt. Nam ianua egressus, ita pedem offendit, vt digitus ei decuteretur: tres deinde corui in eum aduersum occinentes, partem regulæ decussam ante ipsum propulerunt. Quibus omnibus contemptis, à Scipione Nasica pontifice maximo decussus Capitolio, fragmento subfelliij ictus procubuit.

III.

*A. V.
d. iij.
Polyb. I.
Cic. diu. I.
§ 1. De
Natura
deor. 2.*

P. Claudius bello Punico primo, cum præliū nauale committere vellent, auspiciaq; more maiorū petijflet, & pullarius non exire cauea pullos nunciasset, abijci eos in mare iussit dicēs. Quia esse nolūt, bibant. Et L. Iunius P. Claudij collega, neglectis auspicijs classem tempestate amisit. Quorum ille populi iudicio concidit, damnationisque hinc ignominiam voluntaria morte præuenit.

III.

*A. V. dxij
Lin. 19.
Dion. 3.*

Cum Metellus pontifex maximus Tusculanum peteret, corui duo in os eius aduersum veluti iter impediētes aduolauerunt: vixque extruderunt, vt domum rediret. In sequente noctu ædes Vestæ arsit: quo incendio,

CAPITULUM V. DE AVSPICIIS. 19

dio, Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume seruauit.

M. Ciceroni mors imminens auspicio predicta est: cum enim in villa Caietana esset, coruus in conspectu eius horologij ferrum loco motum excussit, & protinus ad ipsum tendit, ac laciniam togæ eo usque morsurenuit; donec seruus ad occidendum eum milites venisse nunciaret,

M. Brutus cum reliquias exercitus sui aduersus Cæsarem & Antonium eduxisset: duæ aquilæ ex diuersis castris aduolauerunt, & editâ inter se pugna, ea quæ à patre Bruti fuerat, male multata fugit.

EXTERNÆ.

Cum Rex Alexander urbem in Ægypto constituere uellet, architectus Dinocrates cum cretâ non haberet polentaq; futuræ urbis lineameta duxisset, ingens auium multitudo proximo lacu emersa, polentam depasta est: quod sacerdotes Ægyptiorum interpretati sunt, ad uenarum frequentiam alimentis suffecturam urbem.

Deiurato uero regi omnia fere, auspiciato gerenti salutaris aquilæ conspectus fuit. qua uisa, abstinuit se ab eius tecti usu, quod nocte insequenti, ruina solo æquatum est.

DE DOMINIBVS.

CAPITULUM V.

QUÆ ACCEPERE ROMANI.

1 Patres conscripti.

2 M. Furius Camillus dictator.

3 L. Aemi-

V.

A. V.

dccx.

Plutarc.

Appian.

ciuil. l.

VI.

A. V.

dccxi.

Plutarc.

Dion.

lib. 47.

I.

A. V.

cdxx.

Plutarc.

Curt. 4.

II.

A. V.

dcc.

circiter.

Cic. diuina.

l. 2.

- 3 L. Aemilius Paulus Cos.
- 4 Cacia Metelli.
- 5 C. Marius exul.
- 6 Cn. Pompeius Magnus procos.
- 7 M. Brutus procos.
- 8 C. Cassius procos.
- 9 Q. Petillius Cos.

EXTERNI.

- 1 Prienenses.
- 2 Appolloniata.

OMNIUM etiã obseruatio cõtractu aliquo religionis innexa est: quoniã nõ foruito motu, sed diuina prouidentia constare creditur.

Quæ effecit, vt Vrbe à Gallis disiecta, delibantibus. P. C. vtrum Veios migrarent, an sua moenia restituerent; forte eo tempore è præsidio cohortibus redeuntibus, centurio in Comitio exclamaret, Signifer statue signum, hęc optime manebimus, Ea enim voce audita, senatus se accipere omen respondit, euestigioque Veios transcundi consiliũ omisit. Quam paucis verbis de domicilio futuri summi imperij confirmata est condicio: Credo indignum dijs existimantibus. prosperis auspicijs Romanum nomẽ ortum, Veientanæ vrbis appellatione mutari, inclyteque victorię decus modo abiectę Vrbs ruinis infundi.

Huius tam præclari operis auctor Camillus, cum esset precatus, vt si cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, eius inuidia,

A. V.
ccclxiii.
lin. 5.

IT.
A. V.
cccliii.

uidia, suo aliquo incommodo satiaretur, subito lapsu decidit. quod omen ad damnationem qua postea oppressus est, pertinuisse visum est: Merito autem de laude inter se, victoria, & pia precatio amplissimi viri certa uerunt: æque enim virtutis est & bona patriæ auxisse, & mala in se transferri uoluisse.

*Liui. 5.
Plutarc.*

III.

Quid illud quod L. Paulo consuli euenit, quam memorabile! cum ei sorte euenisset, ut bellum cum rege Persæ gereret & domum è curia regressus, filiola suam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum paruula, osculatus: tristem animaduertit: interrogauit, quid ita eo vultu esset, quæ respondit, Persam perisse, decesserat autem catellus, quæ puella in delicijs habuerat, nomine Persa: Arripuitigitur omni è Paullus, & æque; fortuito dicto, quasi spem certam clarissimi triumpho animo præsumpsit.

*A. V.
dcxxv.*

*Cicer. diuini 1.
Plutarc.*

† *al. exque.*

At Cæcilia Metelli, dum sororis filiam adultæ ætatis virgini, more prisco, nocte concubina nuptialia petit, omen ipsa fecit. Nam cum in sacello quodam, eius rei gratia, aliquamdiu persedisset, nec vlla vox proposito congruens esset, audita; fessa longa standi mora puella, rogauit materteram, ut sibi paulisper locum residendi accommodaret: cui illa. Ego vero inquit libenter & tibi mea sede cedo.

IIII.

*A. V.
dcxxvii circiter.*

Cicer. diuin. 1.

† *al. meam sedem.*

Quod dictum, ab indulgentia profectum ad certi ominis processit euentum: quoriam Metellus non ita multo post, mortua Cæcilia, virginem de qua loquor, in matrimonium duxit.

C. autem

V.
A. V.
dclxv.
Plutarc.

C. autem Mario obseruatio omnis procul dubio salutis fuit quo tempore hostis, à senatu iudicatus, in domum Fannix Minturnis custodiæ causa deductus est: Animaduertit enim asellum, cum ei pabulum obijceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem: Quo spectaculo, deorū prouidentia quod sequeretur, oblatum ratus, alioquin etiā interpretandum religionū, peritissimus, à multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetrauit vt ad mare perduceretur. Ac protinus nauiculam conscendit: eaque in Africam peruectus, arma Sullæ victricia effugit.

VI.
A. V.
dcccv.

Pompeius vero Magnus in acie Pharsalica victus à Cæsare, fugæ querens salutem, cursu in insulâ Cyprum (vt aliquid in ea virium contraheret) classem direxit: appellensque ad oppidum Paphum, conspexit in litore speciosum ædificium: gubernatoremque interrogauit, quod ei nomen esset: qui respondit *κακοβασιλῆα* vocari: quæ vox spem eius, quâ tulacunque restabat, comminuit. Neque id dissimulanter tulit, auertit enim oculos ab illis tectis; ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

VII.
A. V.
dccc.
Plutarc.
Ilad. π.
Vide
Dion. 47.

M. etiā Bruti dignus, admissio parricidio, euētus omine designatus est: Siquidē post illud nefariū opus nataiē suū celebrans, cum Græcū versum expromere vellet, ad illud potissimū Homericū referendū animo tetēdit.

Ἀλλά μοιρ' ὀλοὴ καὶ λιτοῦς ἔπταγεν υἱός
Qui

Qui deus Philippensi acie, a Cæsare & Antonio signo datus, in eum tela conuertit.

Consentaneo vocis iactu C. Cassij aurem fortuna peruellit: quem orantibus Rhodijs, nè ab eo cunctis deorum simulacris spoliarentur, Solem a se relinquere respondere voluit: ut rapacissimi victoris insolentiam, dicti tumore pertraheret, abiectumque Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo supplicibus cesserat, sed ipsum Solem re vera relinquere cogeret.

Annotatu dignum illud quoque omen, sub quo Petillius consul in Liguria bellum gerens occidit. Nam cum montē, cui Leto cognomē erat, oppugnaret: interq; adhortationem militū dixisset, Hodie ego Letū utiq; capiam: inconsideratus præliando fortuitum iactum vocis leto suo confirmavit.

EXTERN A.

Adijci nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Samij, Priensibus auxilium aduersus Caras implorantibus, arrogantia instincti, pro classe & exercitu cymbulam eis derisus gratia miserunt, quam illi velut diuinitus datum præsidium interpretati, libenter acceptam, vera factorū prædictione, victorię ducē habuerunt.

Neque Apolloniatae quidem pœnitentiam egerunt, quod cum bello Illyrico pressi, Epidamnios, ut sibi opem ferrent, orassent: atque illi flumen vicinum mœnibus suis nomine

VIII.

A. V.

dccc.

Dion.

lib. 47.

IX.

A. V.

dxxxvii.

Liu. 41

Frontin.

Stratag.

4. cap. 2.

I.

II.

Vide

Strabonē. 7

Plin. 3. l. ca.

23.

mine Æantem in adiutorium se mittere dixissent. Accipimus quod datur, responderunt. eique primum in acie lacum, perinde adduci, assignauerunt. Ex insperato enim superatis hostibus, successum suum in omen acceptum referentes, ex tunc Æanti ut Deo immolauerunt, & deinceps in omnibus præliis uti ducem constituerunt.

DE PRODIGIIS.

CAP. VI.

QUÆ EVENERE ROMANIS.

- 1 *Ser. Tullio regi.*
- 2 *L. Marcio centurioni.*
- 3 *Populo Rom ac Veientibus.*
- 4 *L. Sulla procos.*
- 5 *Populo Romano diuersis temporibus.*
- 6 *C. Flamini Cos.*
- 7 *C. Hostilio Mancino Cos.*
- 8 *Ti. Graccho procos.*
- 9 *M. Claudio Marcello Cos. V.*
- 10 *Cn. Octavio Cos.*
- 11 *M. Licinio Crasso procos.*
- 12 *Cn. Pompeio Magno procos.*
- 13 *C. Julio Casari dict.*

EXTERNIS.

- 1 *Xerxi Persarum regi.*
- 2 *Mida Prgum regi infanti.*
- 3 *Platoni Philos infanti.*

Prodigiorum quoque, quæ aut secundum aut aduersa acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

C A P. VI. D E P R O D I G I I S. 25

Ser. Tullio etiam tum puerulo dormien-
ti circa caput flammam emicuisse domesti-
ci oculi annotauerunt. Quod prodigium
Prisci Tarquinij regis vxor Tanaquil admi-
rata, Seruium serua natum, in modum filij
educavit, & ad regium fastigium euexit.

I
A. V.
el. circiter.
Liu. 1.
Dion. 3.

Æque felicitis euentus illa flamma, quæ ex
L. Marcij ducis duorum exercituum, quos
interitus P. & Cn. Scipionum in Hispania
debilitauerat, capite concionantis eluxit.
Namque eius ad spectu pauidi adhuc milites
pristinam recuperare fortitudinem admoni-
ti, octo & triginta millibus hostium cæsis,
magnoque numero in potestatem redacto,
bina castra Punicis opibus referta ceperunt.

II.
A. V. *dxli.*
Liu. 25.
Polyb.
Videl. 8.
cap. 26.

Item cum bello acri & diutino Veientes
à Romanis, intra mœnia compulsi, capi nō
possent, eaque mora non minus obsidentib.
quam obsessis intollerabilis videretur exop-
tatae victoriae iter miro prodigio dii immor-
tales patefecerunt. Subito enim Albanus la-
tus, neque cœlestibus imbribus auctus, neq;
inundatione vllius annis auditus, solitum
tagni modum excessi: cuius rei explorandæ
gratia, legati ad Delphicum † oraculum mi-
serunt, ut præcipi fortibus, vt aquam la-
tus eius emissam, per agros diffunderent: sic
Veios in potestatem populi Romani
venturos. Quod prius quam legati renuntia-
rent, aruspex Veientium à milite nostro (quia
domestici interpretes decrant) captus & in ca-

III.
A. V.
ccclvi.
Liu. 5.
Plutare,
Camill.
† *al. Apol-
linem.*

stra perlatum futurum dixerat. Ergo senatus duplici prædictione monitus, eodem pene tempore & religioni paruit, & hostiū urbe potius est.

IV.
A. V.
dclxiv.
Cicer. di-
uin. 1.
Ex Hist.
L. Sulla l.

Nec parū prosperi successus est, quod sequitur. L. Sulla procos sociali bello cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subito ab ima parte aræ prolapsum anguem prospexit. Qua visa; Postumi aruspiciis horratu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissima Samnitum castra cepit. Quæ victoria futuræ eius amplissimæ potentiae gradus & fundamentum existit.

V.
A. V.
ccxcij.
Liu. 3.
Dion. 10.
Plin. 2.
cap. 56.
dxxxvi
Liu. 21.
A. V.
dcliv.
Liu. 27.
A. V.
dxxxvi.
Liu. 21.
§ 22.
Plutarc.
Fabio.

Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coss in urbe nostra inter initia motusque bellorum acciderunt. Bos namque mugitu in sermone humanum conuerso, nouitate monstri audientium animos exterruit. Carnis quoque in modum nimbi dissipatæ partes ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diruerunt aues, reliquum humi per aliquod dies, neque odore tetra, neque deformi aspectu mutatum iacuit.

Eiusdem generis monstra alio tumultu credita sunt: infantem semestrem in foro boario triumphum proclamasse. Alium autem elephantino capite natum.

In Piceno lapidibus pluuisse. In Gallia l. pū vigili è vagina gladium abstulisse. In Sicilia scuta duo sanguinem sudasse. Etiam metentibus apud Antium cruetas spicas in corder

decidisse. * Cerites aquas sanguine mixtas * *al. Care-*
fluxisse Bello etiã Punico secundo constitit *to.*

Cn. Domitio bouẽ dixisse, Caue tibi Roma. *VI.*

C. autem Flamminius cum inauspicato *A. V.*
consul creatus, apud lacum Trasimenum, *dxv.*

cum Annibale conflicturus, conuelli signa *Liu. 19.*

iuberet, lapso equo, super caput eius humi *Plutarc.*

prostratus est: Nihilque eo prodigio inhibi- *Eabio.*

tus, signiferis negantibus signa moueri sua

sede posse; Malum, ni ea continuo effodis-

sẽt minatus est. Verum huius temeritatis, uti-

nam sua tantum, non etiam pop. Rom. Ma-

xima clade pœnas pependisset: In ea namque

acie XV millia Romanorum cæsa, V. millia

capta, XI. millia fugata sunt. Consulis ob-

truncati corpus ad funerandum ab Anniba-

le quæsitum est: qui quantum in ipso fuerat

Romanum sepelierat imperium. *VII.*

Flaminij autem præcipitem audaciam C. *A. V.*

Hostillus Mancinus vesana perseuerantia *dxv.*

subsequitur: cui consuli in Hispaniam itu- *Liu. 55.*

ro hæc prodigia acciderunt: Cum Lauinij sa- *Iul Obseq.*

crificium facere vellet, pulli cauea emissi in

proximam siluam fugerunt, summaque di-

ligentia quæsitum reperiri nequiuerunt. Cum

ab Herculis portu, quo pedibus perue-

nerat, nauem conscenderet, talis vox sine vl-

lo auctore ad aures eius peruenit. Mancine

mane. Qua territus, cum itinere conuerso

Genuam petisset, & ibi scapham esset ingres-

sus, anguis eximia magnitudinis visus è con-

spectu abiit : Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit infelici pugna, turpi fœdere, deditione funesta.

VIII.

A. V.

dxli.

Lin. 55.

Minus miram in homine parum considerato temeritatem Ti. Gracchi grauissimi ciuis tristis exitus, & prodigio denuntiatus, nec euitatus consilio, facit. Procos enim cum in Lucanis sacrificaret, angues duo ex occulto prolapsi, repentè hostiæ, quam immolauerat, adeso iocinore, in eadem latebras se retulerunt. Ob id deinde factum, in staturato sacrificio, idem prodigij euenit. Tertia quoque cæsa victima, diligentiusque asseruatis extis, neque allapsus serpentum arceri, neque fuga impediri potuit. Quod quamuis aruspices ad salutem Imperatoris pertinere dixissent, Gracchus tamen non cauit, ne perfidi hospitis sui Flauii insidijs, in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

IX.

A. V.

dxxxix.

Lin. 23.

Plutarc.

A. V.

dxlv.

Lin. 27.

Plutarc.

Et consulatus collegium, & ertoris societas, & par genus mortis à Ti. Craccho, ad Marcelli memoriam me trahit. Is captarum Syracusarum, & Annibalis ante Nolana mœnia à se primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum summo studio niteretur, vt Pœnorum exercitum aut in Italia prosterneret, aut Italia pelleret: solennique sacrificio voluntates deorum exploraret, quæ prima hostia ante foculum decidit, eius iecur-

sine

sine capite inuentū est: proxima caput iocinoris duplex habuit. Quibus inspectis aruspex tristi vultu, non placere sibi exta, quia prima tam tristia, secunda nimis læta apparuissent, respondit. Ita monitus M. Marcellus nequid temere conaretur; insequenti nocte speculandi gratia cum paucis egredi ausus, à multitudine hostium in Brutijs circumuentus, æque magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu suo attulit.

Iam & Octavius consul dirum omen quæ admodum timuit, ita vitare non potuit: Ex simulacro enim Apollinis per se abrupto capite, & ita infixo humi ut euelli nequiret, armis à collega suo Cinna dissidens præsumpsit animo ea re significari exitium suum, in quod metus augurij, tristi sine vitæ incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.

Non finit nos M. Crassus inter grauissimas nostri imperij iacturas numerandus, hoc loco de se silentium ageat: plurimis & euidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus,

Ducturus erat à Carris aduersus Parthos exercitum, ei pullum traditum est paludamentum; cum in prælio exeuntibus album aut purpureum dari soleret: Mæsti & taciti milites ad principia conuenerunt, qui vetere instituto cum clamore alacri accurrere debebant: Aquilarum altera vix conuelli à

primipilo potuit: altera ægerime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem seipsa conuertit. Magna hæc prodigia: sed & illæ clades aliquanto maiores: tot pulcerrimarum legionum interitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus, Barbarorum obtritum equitatu, optimæ indolis filij cruore paterni reperi oculi, corpusque imperatoris inter promiscuas cadauerum strues auium ferarumque laniatibus obiectum: Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est. Sic diisprei excandescunt: Sic humana consilia castigantur, vbi se cælestibus præferunt.

XII.

A V.

dccc.

Luca.

In Obseq.

Dion.

lib. 41.

Cn. etiam Pompeium Iupiter omnipotens abunde monuerat, ne cum C. Cæsare ultimam belli fortunam experiri contenderet. Egresso à Dyrrhachio aduersa agmini eius fulminaiaciens, examinibus apum signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga: sed inuictæ leges necessitatis, pectus alioqui ab amētia remotum, prodigia ista iusta æstimatione perpendere passæ non sunt. Itaque dum ille eleuat auctoritatem amplissimam, & opes priuato fastigio excelsiores, omniaque ornamenta, quæ ab incunte adolescentia ad inuidiam vsque cōtraxerat. spacio vnus diei confregit. Quo constat in delubris deum, sua sponte signa conuersa: militarem clamorem,

Cæsar. 3.

Belli cini-

his.

morem, strepitumque armorum, adeo magnum Antiochiæ & Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur: sonum tympanorum Pergami abdiis delubris editum: palmam viridem Trallibus in æde Victoriæ, sub Cæsaris statua inter coagmenta lapidum, iuste magnitudinis enatâ: Quibus apparet cælestium numen & Cæsaris gloriæ fauisse: & Pompeij errorem inhibere voluisse.

Tuas aras, tuaque sanctissima templa, Diue Iuli, veneratus oro, ut propitio ac fauenti numine tantorum casus virorum sub tui exempli præsidio ac tutela delirescere patiaris. Te enim accipimus, eo die quo purpurea veste velatus aurea in sella confedisti, ne maximo studio senatu exquisitum & delatum honorem spreuisses idereris: prius quam exoptatum ciuium oculis conspectum tui offerres cultui religionis, in quam mox eras transiturus, vacasse: mactatoque opimo boue, cor in extis non reperisse: ac responsum tibi à Spurina aruspice, pertinere id signum ad vitam & consilium tuum, quod vtraque hæc corde continerentur: Erupit deinde eorum paricidium, qui dū te hominum numero subtrahere volunt, deorum concilio adiecerunt.

XIII.

A. V.

decix.

Cicer. di-

uin. 1.

Suet. C.

Obseq.

EXTERNA.

Claudatur hoc exemplo, talium ostentorum domestica relatio, ne si vltterius Romana apprehédero, è cælesti templo ad priuatas

I.

Herod. 7.

B 4.

domos,

domos, non consentaneos vsus transtulisse videar Attingam igitur externa, quæ Latinis inserta litteris, vt auctoritatis minus habet, ita aliquid gratæ varietatis afferre possunt. IN EXERCITV XERXIS, quem aduersus Græciam contraxerat, equæ partu leporem editum constat, eodem montem Athenis tandem transgresso. Quo genere monstranti apparatus * significatus est euentus. Nam qui mare classibus, terram pedestri operuerat exercitu vt fugax animal, pauido regressu regnum suum repetere est coactus.

* al. signa-
tus.

Prius quam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadendæ consilium agitati, admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infusum namque pateræ eius vinum, in sanguinem nec semel, sed iterum & tertio conuersum est. Qua de re consulti Magi, monuerunt vt ab incepto abstineret : & si quod vestigium in vecordi pectore sensus fuisset, cauere potuisset, antè de Leonida & Spartanis abundè monitus.

II.

Cicer.
diuina. I.

Midæ verò, cuius imperio Phrygia fuit subiecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congesserunt, Parentibus deinde eius, quorsum prodigium tenderet, explorantibus, augures responderunt. Omnium illum mortalium futurum ditissimum. Nec vana prædictio exitit : nam Midas cunctorum pæne regum opes abundantia pecuniæ antecessit : infantiaque incunabula vtili deorum mune-

munere donata, onustis auro atque argento gazis pensavit.

III.

Formicis Midæ, iure meritoque apes Platonis prætulerim: illæ enim caducæ ac fragilis, hæ solidæ & æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis paruuli labelis mel inferendo. Quia re audita, prodigiorum interpretes singularem eloquij suauitatem ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymetum thimi flore redolentem, sed Musarum Heliconios colles omni genere doctrinæ viuentes, dearum instinctu depastæ, maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instilasse videntur.

Cicer. diuini. I.

DE SOMNIIS

CAP. VII.

ROMANORVM:

- 1 Artorii medici de Augusto.
- 2 Calpurnia de Casare.
- 3 P. Decii T. Manlii. Co ss.
- 4 Ti. Arinii cuiusdam.
- 5 M. Ciceronis exulis.
- 6 C. Sempronii Gracchi.
- 7 Casii Parmensis.
8. Aterii Rufi eq. Rom.

EXTERNORVM.

- 1 Annibalis Poeni.
- 2 Alexandri Magni regis.
- 3 Simonidis Poeta.
- 4 Cræsi Lydorum regio.

B 5

s Cyri

- 5 *Cyri Persarum regis.*
- 6 *Himerea mulieris de Dionysio.*
- 7 *Matris Dionysij tyranni.*
- 8 *Amilcaris Poeni.*
- 9 *Alcibiadis Atheniensis.*
- 10 *Arcadis cuiusdam.*

S E D quoniam diuitias Midæ desertum-
que Platonis somnum attigi, referam quam
certis imaginib. multorum quies adumbra-
ta sit.

I.
A. V.
dcccxi.
Dion. 47.
Velleius
2. App.
Ciuil. 4.
aliter.

Quem locum vnde potius ordiar, quam à
D Augusti sacratissima memoria? Eius me-
dico Artorio somnum capienti nocte, quam
dies insecutus est duo incampis Philippicis
Romani inter se exercitus concurrere, Mi-
neruę species oborta præcepit vt illum graui
morbo implicitum moneret, ne propter ad-
uersam valetudinem proximo prælio non
interesset. Quod cum Cæsar audisset, lecti-
ca se in aciem deferri iussit: vbi dum supra
vires corporis pro adipiscenda victoria excu-
bat, castra eius a Bruto capta sūt. Quid ergo
aliud putamus, quam diuino munere effectū
ne destinatum iam immortalitati caput indi-
gnā cœlesti spirita fortune violentiā sentitet?

II.
A. V.
dcccix.
Sueton.
Plurarc.

Augustum vero præter naturalem animi
in omnibus rebus subtiliter perspiciendis vi-
gorem, etiam recens & domesticum exem-
plum, vt Artorij somnio obtemperaret, ad-
monuit. Audiuerat enim Diui Iulij patris
sui vxorem Calpurniam nocte, quā is in ter-
ris

ris ultimam egit, in quiete vidisse multis eum confectum vulneribus in suo sinu iacentem, somnijque atrocitate vehementer exterritam, rogare non destitisse vt proxima die à Curia se abstineret. At illum, ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur, senatum, in quo ei paricidarum manus allatæ sunt, adire contendisse. Non est operæ inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri, præsertim diuinitatis fastigio coniunctos: sed iam alter operibus suis aditum sibi ad cælum instruxerat, alteri vero longus adhuc terrestrium virtutum orbis restabat. Quapropter ab hoc tantummodo impendentem mutationem status cognosci ab illo etiam differri dij immortales voluerunt, vt aliud cælo decus daretur, aliud promitteretur.

Illud etiam somnium magnæ & admirationis & clari fuit exitus, quod eadem nocte duo consules P. Decius Mus, & T Manlius Torquatus, Latino bello & graui & periculoso, non procul à Vesuui montis radicibus positis castris viderunt, Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, Dijs Manibus Matrique Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hostium aggredetur, superque eas sese ipsum deuouisset, victoriam habiturum: Id luce proxima consulibus sacrificio vel expiratus, si posset

III.

A. V.

cdxiii.

Lin. 8.

et alii.

set

set auerti : vel certum deorum etiam monitu
visum foret, executuris hostiarum exta som-
nio congruerunt. Conuenitque inter eos,
cuius cornu prius laborare cœpisset, vt is pa-
triæ fata capite suo lueret : quæ neutro for-
midante, Decium depoposcerunt.

Sequitur æqua ad publicam religionem
pertinens somnium. Cum plebeis ludis qui-
dam paterfamilias per circum Flaminium,
prius quam pompa induceretur, seruum suū
verberibus multatum, sub furca ad suppli-
cium egisset. Ti: Atinio homini ex plebe Iu-
piter in quiete præcepit, vt consulibus dice-
ret, sibi præfultorem ludis Circensibus pro-
ximis non placuisse: quæ res nisi attentata lu-
dorum instauratione expiata esset secururū
non mediocre vrbis periculum. Ille, veritus
ne cum aliquo incommodo suo religione sū-
mum implicaret imperium, silentium egit.
Euestigioque filius eius, subita vi morbi cor-
reptus, interiit. Ipse etiam per quietem ab eo-
dem deo interrogatus, an satis magnam pœ-
nam neglecti imperij sui pependisset in pro-
posito perseuerans, debilitate corporis solu-
tus est: ac tum demum ex cōsilio amicorum,
lectica ad tribunal cōsulū, & inde ad Sena-
tū perlatus, ordine totius casus sui exposito,
magna cum omnium admiratione, recupe-
rata mēbrorū firmitate, pedib. domū rediit.

Ac ne illud quidem inuoluēdum silentio:
Inimicorum conspiratione Urbepulsus M.
Cicero,

III.
A. V.
celxiv.
Liu. 2:
Dion. 7.
Plutarc.
Coriolan.

† al. lecti-
cula.

Cicero, cum in villa quadam campi Atinatis diuersaretur, animo in somnum profuso, per loca deserta & inuias regiones vaganti, sibi C. Marium consulatus ornatum insignibus putauit obuium factum: & interroganti eum quid ita tristi vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde casu, quo conflictabatur, comprehendisse dexteram suam, ac se proximo licitori in monumentum ipsius deducendum tradidisse, quod diceret ibi esse ei latiore[m] status spem repositam: nec aliter euenit. Nam in æde Iouis Mariana S. C. de reditu eius, est factum.

C. autem Graccho imminentis casus atrocitas palam atque aperte per quietem denuntiata est: somno enim pressus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis sibi, Nulla ratione eum vitare posse vt cofato non periret, quo ipse propulsus è Capitolio occidisset. Id ex Graccho prius, quam tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi auerunt: Cœlius etiam certus Romanæ historiæ auctor, sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc viuo peruenisse scribit.

Vincit huiusce somnii dirum aspectu, quod sequitur. Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Cassius Parmensis, qui partes eius securus fuerat, Athenas confugit: vbi concubia nocte, cum sollicitudinibus & curis, mente sopita in lectulo iacêret, existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis,

V.

A. V.

dcccv.

Cic. diuin. i.

Cic. pro

Planc.

VI.

A. V.

dcccvi.

cum Quæ-

sturam pete-

ret. Cic.

diuin. i.

Plutarc.

VII.

A. V.

dcccxij.

Velleius.

2. Porphirio

Acron.

nis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso: interrogatumque quisnam esset, respondisse *κακοδαίμων*. Perterritus deinde tam terro visu, & nomine horrēdo, seruos inelamauit. Sciscitatusque est, * siquidem talis habitus, aut intrantē cubiculum, aut exeuntē, vidissent. Quib. affirmantib. neminem illuc accessisse, iterū quieti & somno se dedit: atq; eadem animo eius obuersa est species: Ita que fugato somno, lumen introferri iussit, puerosq; a se discedere vetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Caesar affecit, paululū admodū tēporis intercessit.

VIII.

Propioribus tamen (vt ita dicam) lineis Aterij Rufi equitis Romani somnium certo euentu admonitum est: qui cum gladiatorium munus Syracusis ederetur, inter quietem retiarj semanu cōfodi vidit: idq; postero die in spectaculo confessoribus narrauit. Incidit deinde vt proximo ab equite loco retiarius cum mirmillione introduceretur, cuius cum faciem vidisset, idem dixit, ab illo se retiario trucidari putasse, protinusque inde discedere voluit: Illi sermone suo, metu eius discusso, causam exitij misero attulerunt. Retiarius enim in eum locum cum pulso mirmillione & abiecto, dum iacentem ferire conatur, traiectum gladio Aterium interemit.

I.

EXTERN A.

A. V.
dxxxiv.

Annibalis quoque vt detestandum Romano sanguini, ita certæ prædictionis somniū, cuius

cuius non vigilię tantum, sed etiam ipsa quies hostilis imperio nostro fuit. Haulit enim proposito & votis suis convenientem imaginem, existimavitq; missum sibi ab Ioue mortali specie excelliorem iuuenem, inuadendę Italiae ducem: cuius monitu primo vestigia nullam in partem motis secutus oculis, mox humani ingenij prona voluntate vetita scrutandi pone respiciens, animaduertit immensę magnitudinis serpentem, concitato impetu, omne quicquid obuium fuerat proterentem: postq; eam magno cum cęli fragore erumpentes nimbos, lucemq; caliginosis inuolutam tenebris. Attonitus deinde quidnam esset monstri, ecquid portenderet, interrogauit. Hic dux: Italiae vides, inquit, vastitatem: proinde sile, & cętera tacitis permittite fati.

Quam bene Macedoniae Rex Alexander per quietem vita imagine pręmonitus erat, vt vitę suę custos esset diligentior, si eum cauendi etiam periculi consilio fortunam instruere voluisset! Namque Cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius cognouit, quam exitu sensit: existimauit enim ab illo se interfici, cum eum nunquam vidisset. Interposito deinde tempore, postquam in conspectum venisset, nocturni metus patefacta imagine, vt Antipatri filium esse cognouit, adiecto versu Græco qui fidem somniorum eleuat, pręparat iam aduersus caput suum venefici, quo occidisse Cassandri manu

Liv. 21

Cicer. diu 7.

Polyc. vt fas-

bulam,

irridet.

II.

dre-

creditur, suspicionem animo repulit.

III.

Cicer. diu. I.

Longe indulgentius dii in poëta Simoni-
de, cuius salutarem inter quietem admoni-
tionem consilii firmitate roborauerunt. Is e-
nim cum ad litus nauem appulisset, inhu-
mumque corpus iacens sepulturæ mandasset,
admonitus ab eo ne proximo die nauigaret,
in terra remansit: Qui inde soluerant, flucti-
bus & procellis in conspectu eius obruti sūt.
Ipse lætatus est, quod vitam suam somnio,
quam nauis credere maluisset. Memor autem
beneficij, elegantissimo eum carmine æter-
nitati consecrauit, melius illi & diuturnius
in animis hominum sepulcrum constituens,
quam in desertis arenis struxerat.

III.

Herod. I.

Efficax & illa quietis imago, quæ Creest
regis animum maximo prius, metu deinde
etiam dolore confecit. Nam è duobus filiis,
& ingenti agilitate, & corporis dotibus præ-
stantiorem, imperijque successioni destina-
tum Atym, existimauit ferro sibi ereptum. I-
taque quidquid ad euitandam denuntiata
cladis acerbitatem pertinebat, nulla ex parte
patria cura cessauit auertere. Solitus erat iu-
uenis ad bella gerenda mitti: domi retentus
est. Habebat armamentarium omnis generis
relorem copia refertum: id quoque amoueri
iussit. Gladio cinctis comitibus utebatur:
vetiti sunt proprius accedere: necessitas ta-
men aditum luctui dedit. Cum enim ingen-
tis magnitudinis aper, Olympi montis cul-

ta, & crebra cum agrestium strage vastaret, inusitatoque malo regium imploratum esset auxilium: filius à patre extorsit, ut ad eum opprimendum mitteretur: eo quidem facilius, quod non dentis sed ferri saevitia in metu reponebatur. Verum dum acri studio interficiendi suem oēs sunt intenti, pertinax caesus imminentis violētiae, lanceam petendae feræ gratia missam, in eum detorsit, & quidem eam potissimum dexteram nefariae caedis crimine voluit aspergi, cui tutela filij à patre mandata erat: *Quam quidem Croesus imprudentis homicidij sanguine violatam, hospitales veritus deos, supplicem sacrificio expiauit.* *Adrastum intelligit.*

Nec Cyrus quidem superior inuictæ fatorum necessitatis paruulum argumentum est, cuius ortus ad imperium totius Asiae spectantis, maternus auus Astyages, duos prænuntios somnii frustra discutere tentauit. Mandanen filiam suam (quod in quiete viderat) vrina eius omnes Asiaticas gentes inundasse non Medorum excellentissimo (ne in eius familiam regni decus transferretur) sed Persarum modicæ fortunæ viro collocauit. Natumque Cyrum exponi iussit, quia similiter quietis temporibus existimauerat genitrali parte Mandanes enatam vitem consueque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret. Sed frustratus est se ipse, nepotis felicitatem, cœlestium iudicio

V.

Herod 10.

Justin 1.

destinatã, humanis cõsiliis impedire conãdo.

VI.

Intra priuatum aut̃ habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente, Himerã, quẽdam non obscuri generis femina, inter quietem opinione sua cælum conscendit, atque ibidem deorum omnium iustratis sedibus, animaduertit præualentem virum flauicoloris, lentiginosi oris, ferreis catenis vinctum Iouis solio pedibusq; subiectum. Interrogatoq; iuvene, quo considerandi cæli duce fuerat vta, quisnam esset, audiit illum Siciliã atque Italiã dirum esse satum, solutumq; vinculis, multis vrbib. exitio futurum: quod somnium postero die sermone vulgavit. Postquã deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati, capitibusque in fontium infesta fortuna cœlesti custodia liberatum, velut fulmẽ aliquod otio ac tranquillitati iniecit Himerarum mœnia inter effusam ad officium & ad spectaculum eius turbam intrantem vt aspexit hunc esse, quem in quiete viderat, vociferata est. Id cognitum tyranno, curam tollendæ mulieris dedit.

VII.

Cic. diuin. I.

Tutius somnium matris eiusdem Dionysii: quæ cum eum conceptum vtero haberet parere visa est Satyriscum: consulto que prodigiorum interprete clarissimum ac potentissimum Graii sanguinis futurum, certum euentu cognouit.

VIII.

Cic. diuin. I.

Ad Carthaginensium dux Amilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnium audisset vocem

non aliter pristinam recuperari salubritatem posse, quam si ab Epidauro Æsculapius esset accersitus. Itaque eo legatis missis, unicam fatalis remedii opem auctoritate sua (quæ iam in terris erat amplissima) impetraturam se credidit: Neque eam opinio decipit: pari namque studio petitum ac promissum est præsidium: euestigioque Epidaurij, Romanorum legatos in templum Æsculapii (quod ab eorum vrbe quinque millibus passuum distat) perductos, vt quidquid inde salubre patriæ latus se existimassent, profuso iure sumerent, benignissime inuitauerunt: Quorum tam promptam indulgentiam, numen ipsius dei subsecutum, verba mortalium, cœlesti obsequio comprobauit: Siquidem is anguis, quem Epidaurij raro, sed nunquam sine magno ipsorum bono visum, in modum Æsculapii venerati fuerunt, per vrbis celeberrimas partes, mitib. oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoque inter religiosam omnium admirationem conspectus, haud dubiam præ se appetitæ clarioris sedis alacritatem ferens, ad triremem Romanâ perrexit: Pauenibusq; inusitato spectaculo nautis, eo conscendit vbi Q. Oguinii legati tabernaculum erat, inque multiplicem orbem, per summam quietem est conuolutus. Tum legati, perinde atque exoptatæ rei cōpotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis a peritis accepto, læti inde soluerunt:

A. V.

cdixi.

Liu. Ouid.

Met. 15.

Liu. 10. 69

II:

Ac prosperam emensi nauigationem postquam Antium appulerunt, anguis, qui vbiq; in nauigio remanserat, prolapsus in vestibulo ædis Ælculapij, mirto frequentibus ramis diffusæ supereminentē excelsæ * altitudinis palmam circumdedit : perque tres dies positis, quib. vesci solebat, non sine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet, Antiensis templi hospitio vsus, vrbi nostræ ad vehendum restinuit, atque in ripam Tyberis egressis legatis, in insulam vbi templum dicatum est, * transnauit: aduentuque suo tempestatem, cui remedio quæsitus erat, dispulit.

* al. magnitudinis.

* al. transfrenauit.

III.

A. V. cclvij.

Lin. 5.

Nec minus voluntarius Iunonis in urbem nostram transitus. Capitis à Furio Camille Veiis, milites iussu Imperatoris simulacrum Iunonis Monetæ, quod ibi præcipua religio ne cultum erat, in Urbem tralaturi, sede sumouere conabantur. Quorum ab vno pœran iocum interrogata Dea, an Romam migrare vellet, Velle se respondit, Hac voce auditus iustus in admirationem versus est. Iamque non simulacrum, sed ipsam cælo Iunonem petiuit, tam, portare se credentes, læti in ea partemontis Auentini, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt.

IV.

A. V. cclxv.

Fortunæ etiam Muliebris simulacrum, quod est via Latina ad quartum miliarium eo tempore cum æde sua consecratum, quod Coriolanum ab excidio Urbis maternæ pre-

ces repulerunt; non semel, sed bis locutum
constitit, his pæne verbis: Ritè me matronæ
vidistis, riteque dedicastis.

Valerio autem Poplicola Cos. qui post
exactos reges bellum cum Veientibus & He-
truscis gessit, illis Tarquinio pristinum im-
perium restituere, Romanis nuper partam li-
bertatem retinere cupientibus: Hetruscis, &
Tarquinio in cornu dextro plio superiorib.
stantus terror subito incessit, vt nõ solũ victo-
res ipsi profugerent, sed etiam pauoris sui
confortes secum Veientes traherent. Cui rei
pro argumento miraculum adijcitur; In-
gens repente vox è proxima silua Arsia, quæ
bre Siluani in hunc pæne modum missa tra-
ditur, Vno plus Hetrusci cadent Roman.
exercitus victor abibit. Miram dicti fidem
gesta numero cadauera exhibuere.

Quid Martis auxilium, quo victoriam
Romanorum adiuuit, nonne memoria cele-
brandum est. Cum Brutij atque Lucani odio
ancitissimo, maximisque viribus, Thurinæ
bis peterent excidium, ac præcipuo studio
columitatem eius C. Fabricius Lusci-
us Cos. protegeret; resque ancipiti euen-
tu collatis vnum in locum vtriusque partis
opiis, gereretur: non audentibus Romanis
celio congregi, eximia magnitudinis iu-
uenis primum eos hortari ad capescendam
ortitudinem cœpit. Deinde, vbi tardiores
animaduertit, arreptis scalis per mediam
hostium

Lin. 2.

Dion. 5.

Plutarc

Cariolan.

A. V.

ccxlii.

Lin. 2.

Dion. 5.

Plutarc,

VI.

A. V.

cdlxxi.

Ann.

Marceli.

24

C

hostium

* *al. terre-
bantur.*

hostium aciem ad contraria castra euasit :
admotis, vallum conscendit. Inde voce
genti clamitans, factum victoriae gradum,
nostros ad aliena castra capienda, & Luc
nos Brutiosque ad sua defendenda, illuc
xit, ubi conferri dubio certamine † tereba
tur. Sed idem impulsu armorum suorum p
stratos hostes iugulandos, capiendosq; B
manis tradidit. XX. enim millia caesa, qu
que millia cum Statio Statilio duce vtri
que gentis, & tribus atque XX. militari
signis capta sunt. postero die cum C o s.
ter honorandos, quorum strenua opera fu
vsus, vallarem coronam ei se seruare dixi
à quo castra erant oppressa, nec iuuenis
id praeium peteret, inueniretur, co
rum pariter atque creditum est, Mar
patrem tunc populo suo adfuisse. Inter
ra huiusce rei manifestae indicia, galea
que duabus distincta pinnis, qua caeleste
put tectum fuerat, argumentum praebu
taque Fabricii edicto, supplicatio Mart
habita, & à laureatis militibus magna
animorum laetitia oblari auxiliij testimon
ei est redditum.

VII.
Dion.

Referam nunc quod suo seculo cogniti
manauit ad posteros, Penates deos Ænoma
Troia aduectos Lauinii collocasse : ind
Ascanio filio eius Albam, quam ipse con
derat, tralatos, pristinum sacrarium rep
se : & quia id humana manu factum can

mari poterat, relatos Albam, voluntatem suā altero transitu significasse. Nec me praterit de motu & voce deorum immortalium, humanis oculis auribusque percepto, quam in ancipiti opinione æstimatio versetur. Sed quia non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem auctores vindicent: nostrum sit, inclytis litterarum monumentis consecrata, perinde ac vana non refugisse.

Facta mentione urbis, è qua primordia ciuitas nostra traxit. Diuus Iulius fausta proles eius, se nobis offert: quam C. Cassius (nunquam sine præfatione publici paricidij nominandus) cum acie Philipensi ardentissimo animo perstaret, vidit humano habitu augustiorem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo in se impetum facientem: quo aspectu perterritus, tergum hosti dedit, voce illa prius emisit. Quid enim amplius agas, si occidisse parum est: Non occideras tu quidem Cassi Cæsarem, neque enim extingui vlla diuinitas potest; sed mortali adhuc corpore utentem violando, meruisti vt tam infestum haberes deū.

VIII.
A.V. dccxi.

Iam quod L. Lentulus litus præ nauigans in quo Cn. Pompeij Magni, perfidia Prolo-
mæi regis interempti, corpus conscissæ sca-
phæ lignis comburebatur: ignarus casus e-
rit, cum ipsi Fortunæ erubescendum rogam
repperidisset, commilitonibus dixit, * Quid sci-
mus, an hac flāma Cn. Pōpeius cremetur? di-

IX.
A.V. dccv.
Plutarc.
Pompeio.
* al. Qui

32 VAL. MAX. LIB. I.
uinitus missæ vocis miraculum est.

A. V.
dccciv.
Orosius.
l. 6. c. 15.
Lucan. 5.

Atque hoc quidem hominis tantum: Illud autem ore ipsius Apollinis editum. quo Appii interitum veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit. Is bello ciuili, quo se Cn. Pompeius à Cæsaris concordia pestifero sibi, nec Reipub. vtili consilio abruperat, euentum grauissimi motus explorare cupiēs viribus imperij (namque Achaicæ præerat antistitem Delphicæ cortinæ, in intimam sacri specus partem coegit descendere: vnde vt certæ consulentibus sortes petuntur, ita nimius diuini spiritum haustus reddentibus pestifer existit. Igitur impulsu concepti nominis instincta virgo, horrendo sono vocis Appio inter obscuras verborum ambages fortia cecinit. Nihil, inquit, ad te hoc Romanum bellum; Eubœa Cœlam obtinebis. At is tantus consiliis se Apollinis moneri, ne illi discrimini interesset, in eam regionem fecerit, qua inter Rhamnunta nobilem Atticæ insulæ partem, Caristumque Chalcibico fregeti vicinam interiaccens, Cœlæ Eubœæ nomen obtinet, vbi ante Pharsalicum certamen multo consumptus, prædictum à deo locum in pulturæ possedit.

XI.
Cic. de
diii. I.
A. V.
dcxlii.

Possunt & illa miraculorum loco possunt. Quod deusto sacrario Saliorum, nihil in præter lituum Romuli integrum æpertum. Quod Ser. Tullii statua cum ædes Fortuæ conflagraffet, inuiolata permansit. Quod

Claudia statua in vestibulo templi Matris
deum posita, bis ea æde incendio consum-
pta prius P. Nasica Scipione & L. Bestia: Itē.
M. Seruilio, & L. Lamia Coss. in sua basi flā-
mis intacta stetit.

Aliquid admirationis ciuitati nostræ Aci-
lij etiam Auiolæ rogas attulit, qui & à medi-
cis & à domesticis mortuus creditus, cum a-
liquamdiu humi iacuisset, elatus, postquam
ignis corpus eius corripuit, viuere se procla-
mauit, auxiliumque pædagogi sui (nam is
solus ibi remanserat) inuocauit. Sed iam flā-
mis circumdatus, fato subtrahi non potuit.

L. quoque Lamia prætorio viro eque vo-
cem fuisse super rogum constitit.

EXTERNA.

Quæ minus admirabilia, Eri Pamphili
casus facit: quem Plato scribit inter eos, qui
in acie ceciderant decem diebus iacuisse, bi-
duoque postquam inde sublatus esset, impo-
situm rogo reuixisse, ac mira quædam tem-
pore mortis visa narrasse.

Et quoniam ad externa transgressi sumus;
quidam Atenis vir eruditissimus cum ictum
lapidis capite excepisset, cetera omnia tena-
cissima memoria retinens, litterarum tan-
tum modo, quibus præcipue inseruierat, ob-
litus est. Dirum malignumque vulnus in a-
nimo percussit, quasi de industria scrutatis
sensibus, in eum potissimum, quo maxime
lætabatur, acerbitate nocendi erupit; singu-

XII.

Cos. fuit.

A. V.

dcccxx.

Plin. l. 7.

cap. 52.

Præfa.

dcccxi.

Plin. l. 7.

cap. 52.

I

De rep. l.

10. §. Ma.

erob. in

Som. Scip.

II.

Plin. l. 7.

cap. 25.

larem doctrinam hominis pleno inuidiæ fere
nere efferendo : Cui si talibus studiis perfrui
fas non erat, vtilius aliquando fuit, ad illa a-
ditum non impetrasse, quam iam percepta
eorum dulcedine caruisse.

III.

Mirabilior tamen sequentis casus narra-
tio: Naufimenis enim Atheniensis vxor, cum
filij ac filiæ suæ stupro interuenisset, inopina-
ti monstri percussa conspectu; & in præsent
tempus ad indignandum, & in posterum ad
loquendum obmutuit. Illi nefarium concu-
bitum voluntaria morte pensarunt. Hoc mo-
do fortuna sæuens huic vocem, ijs vitam a-
demit, illi propitia donat.

IV.

Gell. l. 5. c. 9.

Ægles Samius athleta mutus, cum ei vi-
storia, quã adeptus erat, titulus & præmiu-
eriperetur, indignatione accensus, vocali
euasit.

V.

Gorgiæ quoque Epirotæ fortis viri clar-
fuit origo, qui in funere matris vtero ela-
psus, inopinato vagitu suo lectum ferentem
consistere coegit, nouumque spectaculum
patriæ præbuit, ex ipso genitricis rogo lu-
cem & cunas assecutus: Eodem enim mo-
mento temporis, altera iam fato funeta pa-
rit, alter ante elatus, quam natus est.

VI.

Cic. de
Nat. deor. 1.

Diuinæ fortunæ vulnus Pheræo Iason
quidam exitii eius cupidus intulit. Nam cum
inter insidias gladio eum percussisset, vom-
cam, quæ à nullo medicorū sanari potuerat
ita rupit, vt hominē pestifero malo liberaret.

Æque

Æque diis immortalibus acceptus Simo-
nides, cuius salus ab imminente exitio de-
fensa, ruinæ quoque subtracta est. Cœnanti
enim apud copam, in Cranone (quod est in
Thessalia oppidum) nuntiatum est duos
iuvenes ad ianuam venisse, magnopere ro-
gantes vt ad eos continuo prodiret: ad quos
egressus, neminem reperit ibi. Cæterum eo
momento temporis triclinium, in quo Sco-
pes epulabatur, collapsum, & ipsum & om-
nes conuiuas oppressit. Quid hac felicitate
locupletius, quam nec mare, nec terra sæ-
uiens extinguere valuit?

VII.

*Cic. l. 2. de
Oratore.**Sui laus.**Naufragio**item exem-
ptus fuerat.**vt cap. su-
periori**Cic. de fato.**Suidas.*

Non inuitus huic subnecto Daphidam.

VIII.

ne quis ignoret quantum interfuerit ceci-
nisse deorum laudes, & numen obrectasse.

*Hesych.**Illustr.*

Hic cū eius studii esset, cuius professores So-
phistæ vocantur: ineptæ & mordacis opina-
tionis Apollinem Delphis irridendi causa
consultuit, An equum inuenire posset, cum
omnino nullum habuisset. Cuius ex oraculo
reddita vox est, inuenturum equum, sed vt, co-
perturbatus, periret. Inde cum iocabundus,
quasi delusa sacrarum sortium fide, reuerte-
retur, incidit in regem Attalum, sæpe nu-
mero à se contumeliosis dictis absentem
laccessitum: eiusque iussu, saxo, cui nomen e-
rat Equi præcipitatus, ad deos vsq; cauillan-
dos dementis animi iusta supplicia pepedit.

Eodem oraculo Macedonum rex Philip-
pus admonitus, vt à quadrigæ violentia sa-

IX.
Cicer. de
fato.

litem suam custodiret, toto regno disjung
currus iussit, eumque locum, qui in Bœotia
Quadriga vocatur, semper vitavit: Nec tam
denunciatum periculi genus effugit: nam
Pausanias in capulo gladij, quo eum occi
dit, quadrigam habuit cælatam.

Aeliã. Var.
hist. l. 3.

X

Cicer.
divin. 1.
Arrian. 7.

Quæ tam pertinax necessitas in patre &
filio Alexandro consimilis apparuit. Siqui
dem Calanus Indus sua sponte se ardentem
rogo superiacturus, interpellatus ab eo, ec
quid aut mandaret, aut dicere vellet, Breu
te, inquit, videbo. Nec id sine causa, quia
voluntariũ eius è vita excessum rapida morte
Alexandri subsequuta est.

XI.

Regios interitus magnitudine miracul
remigis casus æquat: quem in hexere Tyrio
rum sentinam haurientem, cum è naui flu
ctus abiecisset; altero latere percussum, flu
ctus contrarius in nauem retulit. Itaque mi
seri simul ac felicitis complorationi permisit
fuit gratulatio.

XII.

Quid illa? nonne ludibria naturæ corpo
ribus humanis fuisse credenda sunt? tole
rabilia quidem, quia scævitia caruerunt, cete
rum & ipsa miraculis annumeranda Nam &
Prusæ regis Bithiniæ filius eodem nomine
quo pater, pro superiori ordine dentium v
num os æqualiter extentum habuit, nec ac
speciem deforme, neque ad vsum vlla ex par
te incommodum.

XIII.

Mithridatis verò regis filia Driperine
Laodice

Laodice regina nata, duplici ordine dentiū deformis admodum, comes fugæ patris, à Pompejo deuicti, fuit.

Ne illius quidem parua admirationis oculi, quem constat tam certa acie luminum vsū esse, vt à Lilybæo, portu Carthaginensium, egredientes classes intueretur.

XIV.

*Plin. l. 7:**c. 21. So-**lin. 6:*

Oculis eius admirabilius Aristomenis Messenij cor: quod Athenienses ob eximiam calliditatem exsectum, pilis refertum inuenerunt: cum eum aliquoties captum, & astutia elapsū cepissent.

XV.

*Plin. l. II**cap. 37.*

At Poëta Antipater Sidonius, omnibus annis, vno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cumque ad vltimam ætatem peruenisset, natali suo certo illo circūitu morbi consumptus est.

XVI.

*Plin. l. 7.**cap. 52.*

Hoc loco apte referantur Polystratus & Hippoclidēs philosophi, eodem die nati, eiusdem præceptoris Epicuri sectam secuti, patrimonij etiam possidendi ad eundem que scholæ communionē coniuncti, eodemque momento temporis vltima senectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitie societatem, quis non ipsius cœlestis Concordiæ sinu genitam, nutritam, atque finitam putet?

XVII.

*Polyst.**meminit**Laertius in**Epicuro*

Quapropter hoc potissimum fuerit, aut in liberis potentissimorum regum, aut in rege clarissimo, aut in vate ingenij florentis, aut in viris eruditissimis, aut in homine

XVIII.

fortis

Plin. l. 8. c.
27.

* *ab. quasi.*

Plin. l. 2. c.
107.
Plin. l. 2. c.
108.

fortis ignotæ, ne ipsa quidem, omnis bonæ
malæque materiæ fecunda artifex Natura
rationem rerum reddiderit. Non magis quàm
quid ita siluestres capreas, Crææ genitas,
tantopere dilexerit, quas sagittis confixas ad
salutare auxilium herbæ dictamni,* tantum
non suis manibus deducit: effecitque ut con-
cepta ea, continuo & tela & vim veneni vul-
neribus respuant. Aut in Cephalenia insu-
la, cum omnia ubique pecora haustu aquæ
quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex
parte anni ore aperto ex alto ventos recipien-
tes, sitim suam sedare instituerit. Aut qua-
propter Crotonæ in templo Iunonis Laci-
niæ aram ad omnes ventos immobili cinere
donauerit potissimum. Vel quare alteram in
Macedonia, alteram in Caleno agro aquam
proprietary vini, qua homines inebrien-
tur, possidere voluerit. Non admiratione ista,
sed memoria prosequi debemus: cum scia-
mus recte ab ea plurimum licentiæ vindica-
ri, penes quam infinitus cuncta gignendi la-
bor consistit.

XIX.

Gell. l. 6. c. 3.
Or. sius l. 4.
c. 8.
Lit. 18.
A. V.
cdxcvii.

Quæ quia supra usitatam rationem exce-
dentiâ attigimus, serpentis quoque à T.
Livio curiosè pariter ac fecunde relata fiat
mentio. Is enim ait in Africa, apud Bagra-
dam flumen, tantæ magnitudinis anguem
fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis
prohiberet. multisque militibus ingenti ore
correptis, compluribus caudæ voluminibus
elisis,

elisis, cum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum balistarum tormentis undique petitam, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque & cohortibus & legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque iacentis pettifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde summovisse castra. Dicit belluæ etiã corium, CXX. pedes longum, in Urbem missum.

VALERII MAXIMI LIBER II.

DE MATRIMONIORVM RITV ET NECESSITVDI- num officijs.

CAP. I.

1. *Nuptiarum auspicia.*
2. *Epula seu conuiuia.*
3. *Matrimonia non repetentes laudate.*
4. *Primum repudium.*
5. *Matronalis libertas ac decor,*
6. *Coniugalis concordia.*
7. *Verecunda consanguinitas.*
8. *Charistia.*
9. *Senectus honorata.*
10. *Iuuentus obseruata, exemplisque instruetã.*

DIVVS & præpotens Naturæ regnum
C 6 scri-

scrutatus, in iijciam stylum tam nostræ Urbis, quam ceterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. Operæ est enim cognosci huiusce vitæ, quam sub optimo principe felicem agimus, quænam fuerint elementa, ut eorum quoque respectus præsentibus, aliquid moribus proficit.

I.
Cicer. di-
uin. I.

Apud antiquos non solum publice, sed etiam priuatim, nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more nuptijs etiamnum auspices interponuntur. Qui quavis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpant.

II.

Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetravit: nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas ad cœnam inuitantur. Quod genus seueritatis ætas nostra diligentius in Capitolio, quam in suis domibus seruat: videlicet quia magis ad rem pertinet deorum, quam mulierum, disciplina contineri.

III.

Quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiae honorabantur. Existimabant enim cum præcipue marronæ sincera fide incorruptum esse animum, qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam, quasi illegitimæ cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes.

Repudium inter vxorem & virum, à con-
dita

aita Vrbe vsque ad vicesimum & quingentesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Caruilius vxorem sterilitatis causa dimisit. Qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabantur.

Sed quo matronale decus, verecundiæ munimento tutius esset, in ius vocanti matronam corpus eius attingere non permiserunt, vt inuiolata manus alienæ tactu stola relinqueretur. Vini vsus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit. Cæterum vt non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis & auro abundantanti, & multa purpura vsæ sunt, & quo formam suam concinniores efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: sed pariter & videre sancte, & aspici mutuo pudore custodiebantur.

Quoties vero inter virum & vxorem aliquid iurgij intercesserat, in sacellum deæ Viriplacæ, quod est in Palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti, quæ voluerant contentione

IV.

A. V. dxxxj.

Dion. l. 2.

Gell. l. 4. c. 3.

V.

Dion. 2.

Plin. l. 14. c.

18. Gell. l. 10.

cap. 23.

IV.

P. Victor.

tione animorum deposita concordēs reuer-
tebantur. Dea nomen hoc à placandis viris
fertur affecuta: veneranda quidem, & nescio
an præcipuis, sed exquisitis sacrificijs colen-
da: utpote quotidianæ ac domesticæ pacis
custos in pari iugo charitatis ipsa sui appel-
latione virorum maiestati debitum ac foemi-
nis reddent honorem.

VII.

Cic. offic. 2.

*al. minus:

Huiusmodi inter coniuges verecundia,
quid? inter cæteras necessitudines, nonne
apparet consentanea? nam ut minimo iudi-
cio maximam vim eius significem, aliquan-
diu nec pater cum filio pubere, nec socer cū
genere lauabatur. Manifestum igitur est tan-
tum religionis sanguini & affinitati, quan-
tum ipsis dijs immortalibus tributum: quia
inter ista tam sancta vincula, non † magis,
quam in aliquo sacro loco nudare se, nefas
esse credebatur.

VII.

Ouid.

Fast. 2.

Conuiuium etiam solenne maiores insti-
tuerunt, idque Charistia appellauerunt, cui
præter cognatos & affines nemo interpone-
batur: ut si qua inter necessarios querela ef-
set orta, apud sacra mensæ, & inter hilarita-
tem animorum, fautoribus concordix adhi-
bitis tolleretur,

IX.

Ouid.

Fast. 5.

Gell. l. 2.

cap. 15.

Senectuti iuuentus ita cumulatam & cir-
cum spectum honorem reddēbat, tanquam
maiores natu adolescentium communes pa-
tres essent. Quocirca iuuenes, Senatus die, v-
tique aliquem ex patribus conscriptis, aut
pro-

propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valuis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem voluntaria statione, & corpora & animos, ad publica officia impigre sustinenda roborabant, breuique progressum morarum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione, ipsi doctiores eunt. Inuitati ad cœnam, diligenter quærebant quinam ei conuiuio essent interfuturi: ne senioris aduentum discubitu præcurrerent: sublataque mensa priores consurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet cœnæ quoque tempore quam parco & quam modesto sermone his præsentibus soliti sint uti.

Maiores nam in conuiujs ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quod ea imitanda iuuentutis alacriorem reddebat. Quid hoc splendidius, quid etiam utilius certamine? pubertas canis suum honorem reddebat: defuncta virum cursu ætas, ingredientis actuosam vitam fauoris nutrimentis prosequabatur. Quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij: ac ne singula imperij nostri lumina percurrendo sim longior, inde, inquam, cæli clarissima pars Diui fulserunt Cæsares.

X.

Cicer.

Tusc. I. §

4 in Bruto

ex Catonis

orig.

Annotatiu

à Prisciano

lib. 6.

DE

64 VAL. MAX. LIB. II.
DE MAGISTRATVVM ATQVE

ORDENVM OFFICIIS ET
iustitias.

CAPVT II.

- 1 *Senatus Rom. fides & taciturnitas.*
- 2 *Auctoritas magistratuum & obseruan-
tia lingua Latina.*
- 3 *C. Marius eloquentiam spernens.*
- 4 *Maiestas consularis.*
- 5 *Constantia legatorum Rom.*
- 6 *Vigilantia senatus.*
- 7 *Diligentia tribunorum plebis.*
- 8 *Abstinentia magistratuum.*
- 9 *Equitum Romanorum probatio & Lu-
percalia.*

I

A. V.
dcij.

Adeo autem magna charitate patriæ omnes tenebantur, ut arcana consilia P. Conscriptorum multis sæculis nemo senator enunciauerit. Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipse per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod secreto in curia erat actum, P. Crasso, rus petens, domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triennio ante Quæstorem factum, ignarusque nondum à Censoribus in ordinem senatorium allectum: quo vno modo his, qui iam honores gesserant, aditus in curiam dabatur. Sed quamuis honestus error Fabii esset, vehementer tamen à consulibus obiurgatus est. Numquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum vincu-

vinculum, labefactari volebant. Ergo cum *A. v.*
 Asiæ rex Eumenes, amantissimus nostræ vr- *dxcl.*
 bis, bellum à Perse aduersus pop. Rom. com- *Litt. 41.*
 parari senatui nuntiasset; non ante sciri po-
 tuit, quid aut ille locutus esset, aut patres re-
 spondissent, quam captum Persem cognitum
 est. Fidum erat, & altum reip. pectus Curia,
 silentiique salubritate munitum & vallatum
 vndique: cuius limē intrantes, abiecta priua-
 ta charitate publicam induebant. Itaque non
 dicam vnum, sed neminem audisse cre-
 deres, quod tam multorum auribus fuerat
 commissum.

H.

Magistratus vero prisca quantopere suam
 populi que Romani maiestatem retinentes
 se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter
 cætera obtinendæ gravitatis indicia; illud
 quoque magna cum perseverantia custodie-
 bant, ne Græcis vñquam, nisi Latine re-
 sponsa darent. Quin etiam ipsa linguæ vo-
 lubilitate, qua plurimum valent, excussa, per
 interpretem loqui cogebant; non in vrbe
 tantum nostra, sed etiam in Græcia, & Asia:
 Quo scilicet Latine vocis honos per omnes
 gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis
 deerant studia doctrinæ, sed nulla non in re-
 pallium togæ subiici debere arbitrabantur:
 indignum esse existimantes, illecebris & sua-
 vitate literarum imperii pondus & auctori-
 tatem domari.

Quapropter non es damnandus rustici
 rigo-

III.
Sallust.
Iurgurt.

A. V.
dclxxli.
Cicer. in
Bruto

rigoris C. Mari, qui gemina lauro coronatam senectutem tuam Numidicis & Germanicis illustrem trophæis, victor deuictæ gentis facundia politiolem fieri noluit, credo ne alienigena ingenij exercitatione patrij ritus seruus transfuga existeres. Quis ergo huic consuetudini, qua nunc Græcæ actionibus aures curiæ exsurdantur, ianuam patefecit? ut opinor; Molorhetor, qui studio M. Ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem nō immerito cepit, quoniam summam viam Romanæ eloquentiæ adiuuerat. Conspicua felicitatis Arpinum, siue vnicum literarum gloriosissimum contemptorem, siue abundantissimum fontem intueri velis.

III.

Maxima autem diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem & proximum lictorem, quamuis officij causa vna progredere, interponeret: filio dumtaxat, & ei puero, ante patrem consulem, ambulandi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus est, ut Q. Fabius Maximus quinquies C. o. s. vir etiam pridem summæ auctoritatis, & tunc vltimæ senectutis, à filio consule inuitatus, ut inter se & lictorem procederet, ne hostium Samnitum turba (ad quorum colloquium descendebant) elidiretur, id facere noluerit. Idem præstitit ille Fabius, qui à senatu legatus ad filium consulem

A. V.
solxxij.

Sulem Succam missus: postquam animadu-
uertit eum ad officium suum extra oppidum
processisse, indignatus quod ex lictoribus
XI. nemo se equo descendere iussisset, plenus
iræ sedere perseverauit: Quod cum filius sen-
sisset, proximo lictori, ut sibi appareret im-
perauit, cuius voci Fabius continuo obsecu-
tus: Non ego, inquit, fili, summum impe-
rium tuum contempsi, sed experiri volui: an-
scires consulem agere: Nec ignoro quid pa-
triae venerationi debeat: verum publica in-
stituta priuata pietate potiora iudico.

Relatis Fabiorum laudibus, offerunt se mi-
rifice constantiae viri: qui legati à senatu Ta-
rentum ad res repetendas missi cum grauissi-
mas ibi iniurias accepissent, vnus etiam vri-
na respersus esset, in theatrum (ut est consue-
tudo Graeciae) introducti, legationem, qui-
bus acceperunt verbis, peregerunt: De his,
quae passi erant, questi non sunt, ne quid vl-
tra, ac mandatum esset, loquerentur: in situ-
que pectoribus eorum antiqui moris respec-
tus dolore, qui ex contumelia grauissimus
nascitur & sentitur, conuelli non potuit. Fi-
nem profecto fruendarum opum, quibus ad
inuidiam diu abundaueras, Tarentina ciui-
tas quaesisti. Nā dum gloriae & virtutis in sei-
psum connexum stabilimentum, nitore for-
tunae praesentis inflata, fastidiose aestimas, in
praeualidum imperij nostri mucronem caeca
& amens irruisti.

Sed

A. V.

Litt. 24

de Fabio.

Verrucollo.

V.

A. V.

cdlxxi.

Litt. 12.

Zonaras.

L. F. h. l. c. 2.

VI.

Sed ut à luxu perditis moribus, ad severi-
sima maiorum instituta transgrediar, ante
senatus assiduam stationem eo loci perage-
bat, qui hodie quoque Senatulum appellat-
tur: Nec expectabat ut edicto contraheretur
sed inde citatus protinus in Curiam venie-
bat: ambiguæ laudis civem existimans, qui
debitis Reipub. officiis non sua sponte, sed
iussus fugeretur: quia quidquid imperio co-
gitur, exigenti magis, quam præstanti ac-
ceptum refertur.

VII.

Illud quoque memoria repetendum est
quod tribunis plebis intrare Curiam non
licebat: ante valvas autem positis subselliis, de-
creta patrum attentissima cura examinabantur
ut si qua eis improbassent, rata esse non sine-
rent. Itaque veteribus Senatusconsultis
littera subscribi solebat: eaque nota signifi-
ficabatur, ita tribunos quoque censuisse.
Qui quamvis pro commodis plebis excuba-
bant, inque imperiis compescendis occupa-
ti erant, instrui tamen ea argenteis vasis & au-
nulis aureis publice præbitis patiebantur,
quo talium rerum usu auctoritas magistra-
tum esset ornatio.

VIII.

Quotum quemadmodum maiestas am-
plificabatur, ita abstinentia arctissime con-
stringebatur. Immolatarum enim ab his ho-
stiarum exta, ad quæstores ærarij delata ve-
niebant, sacrificiisque pop. Rom. tum Deo-
rum immortalium cultus, tunc etiam homi-
num

num continentia inerat, in imperatoribus nostris quam sanctas manus habere deberent apud ista altaria discantibus: Continentiæ vero tantum tribuebatur, vt multorum æs alienum, quia prouincias sincere administrauerant, à senatu persolutum sit. Nam quorum opera publicam auctoritatem splendorem suum procul obtinuisse viderant; eorum dignitatem domi collabi, indignum sibi que deforme esse arbitrabantur.

IX.

Equestris vero ordinis iuuentus omnibus annis bis Urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium, & Equitum probatione. Lupercalium mos à Romulo & Remo inchoatus est, tunc cum lætitia exultantes, quod his auus Numitor, rex Albanorum eo loco, vbi educati erant, urbem condere permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Argiuis consecrauerat: factò sacrificio, cæsisque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore prouecti, diuisa pastorali turba, cincti pellibus immolatarum hostiarum. * iocantes obuios periuerunt: cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum reperitur. Trabeatos vero equites Idibus Iuliis Q. Fabius transfuehi instituit. Idem censor cum P. Decio seditionis finiendæ gratia, quæ comitia in humillimi cuiusque potestatem redacta accenderant, omnem forenses turbam in quatuor tantummodo tribus descri-

Ouid.

Fast. 2.

Plutare.

Romulo.

* al. iocantes gestierunt.

A.V. cccclix

Liu. 9.

scri-

scripsit: easque Urbanas appellavit. Quo salubri facto, vir alioqui bellicis operibus cellens, Maximus cognominatus est.

DE MILITARIBVS INSTI-

TVTIS.

CAP. III.

1 *Capite censi milites primi.*2 *Militaris exercitatio.*3 *Velitum primus usus.*

Laudanda etiam populi verecundia est qui, impigre se laboribus & periculis militando offerendo, dabat operam ne imperatoribus capite censos sacramento, rogare esset necesse, quorum nimia inopia suspecta erat: ideoque his publica arma non committuntur.

I.

A. V.

de xlvj.

Sall. Jugurt.

Gell. lib.

6. 6. 10.

Sed hanc diutina usurpatione firmata consuetudinem C. Marius, capite censi legendo militem, abrupit. Civis alioqui magnificus, sed novitatis suae conscientia, vetustati non sane propitius: memorque similis ignavia humilitatem spernere perseveraret, se à maligno virtutum interprete vel capite censum imperatorem compelli posse. Itaque fastidiosum delectus genus in exercitiis Romanis obliterandum duxit, & talis notae contagio ad ipsius quoque gloriae fugillationem penetraret.

II.

A. V.

de xlvij.

Armorum tractandorum meditatio à Rutilio consule Cn. Mallij collega, militibus est tradita. is enim nullius ante se imperator

CAP. III. DE MILIT. INSTIT. 71

ratoris exemplum secutus, ex ludo Cn. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem * legibus ingeneravit: virtutemque arti, & rursus artem virtuti immiscuit, ut illa impetu huius fortior, hæc illius scientia cautior fieret.

bello
Climbrico.
vide Annales in Scauri adilitate.

Velitum vsus eo bello primum repertus est, quo Capuam Fulvius Flaccus imperator obsedit. Nam cum equitatu Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent. Q. Nævius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuibus & incuruis septenis armatos hastis, paruo tegmine munitos, veloci saltu iungere se equitibus, & rursus celeri motu dilabi instituit, quo facilius equestri proelio subiecti pedites, viros pariter atque equos hostium telis incesserent, Ea que nouitas pugnae vnicum Campana perfidia debilitauit auxilium. Ideoque auctori eius Nævio adhuc honos est habitus.

* al. legioni bus.

III.

A. V.

dxlij.

Liu. 56.

Pront.

Stratag.

l. 4. a. 7

DE SPECTACVLIS.

CAP. IV.

- 1 Theatra primum adificata.
- 2 Loca ordinibus primum attributa.
- 3 Origo scenicarum ludorum.
- 4 Origo secularium.
- 5 Primi saculares.
- 6 Ornamenta & luxus ludorum.
- 7 Gladiatorium & athleticum primum.

Pro-

I.

Proximus militaribus institutis ad urbana
castra, id est, theatra gradus faciendus est, quoniam hæc quoque sæpenumero animo-
sas acies instruxerunt, excogitataque cultu-
deorum & hominum delectationis causa
non sine aliquo pacis rubore voluptatibus
& religionem civili sanguine, scenicorum
portentorum gratia, macularunt.

II.

A. V.

dxcix.

Velleius

2. *Liv.* 48

Quæ inchoatæ quidem sunt à Messalla
Cassio censoribus, cæterum auctore P. Sulpicio
Pione Nasica omnem apparatus operis eter-
num subiectum hastæ venire placuit. Atque
etiam S. C. cautum est, nequis in vrbe propu-
lusve passus mille subsellia posuisse, seden-
tibus ludos spectare vellet, vt scilicet remissioni
animorum iuncta standi virilitas, propria
manæ gentis nota esset.

III.

A. V. dlix.

Liv. 34.

Pedion.

Cornelia.

Per quingentos autem & quinquaginta
anno senatus populo mistus spectaculorum
ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius
Serranus, & L. Scribonius ædiles, ludos
tri deum facientes superioris Africani sen-
tentiam secuti, discretis senatus & populi
cis soluerunt: Eaque res auertit vulgi
mum, & fauorẽ Scipionis magnopere
saut.

IV.

A. V.

ccxxcix

Liv. 7.

Orosius l. 3.

cap. 4.

Nunc causam instituendorum ludorum
ab origine sua repetam. C. Sulpitio Petico
C. Licinio Stolone Coss. intoleranda ver-
ortæ pestilentia, ciuitatem nostram à bell
cis operibus reuocaram, domestici arqui
inte

intestini mali cura afflixerat. Iamque plus in
 flexuoso & nouo cultu religionis, quam in
 collo humano consilio positum opus videba-
 tur. Itaque placandi cœlestis numinis gra-
 tia compositis carminibus vacuas aures præ-
 buit vsque ad id tempus Circensi spectaculo
 contenta, quod primus Romulus, raptis
 virginibus Sabinis, Consualium nomine ce-
 lebrauit. Verum, vt est mos hominum par-
 tula inuita pertinaci studio prosequenti, ve-
 nerabilibus erga deos verbis iuuentus, rudi
 etque incomposito motu corporum ioca-
 punda, gestus adiecit. Ea que res Ludium ex
 Etruria accersendi causam præbuit: cuius
 decora pernicitas vetusto ex more Curetum
 & ydorumque (à quibus Etrusci virginem tra-
 cerunt) nouitate gratia Romanorum ocu-
 los permulsi. Et quia Ludius apud eos Hi-
 strion appellabatur, scenico nomen Histrio-
 nis inditum est. Paullatim deinde ludicra ars
 ad Saryrarum modos perrepsit, à quibus pri-
 mus omnium poëta Liuius, ad fabularum ar-
 gumenta, spectantium animos transtulit. *A. V.*
 que sui operis actor, cum sapius à populo *dxiii.*
 uocatus vocem obtudisset; adhibito pue- *Cicer. in*
 & tibicinis concentu, gesticulationem ta- *Bruto &*
 tus peregit. Attellani autem ab Oscis acci- *Tusc.*
 unt: quod genus delectationis Italica se- *prolog.*
 veritate temperatum, ideoque vacuum no- *Gell. lib: 17.*
 ell est: nam neque tribu mouetur, neque à *c. 21.*
 quilibet stipendiis repellitur.

D

Et

Zosimus
l. hist.
vna.

† al. subue-
nere.

Et quia certi ludi ipsis appellationibus
unde trahantur, apparet; non absurdum
detur Secularibus initium suum, cuius
neris minus certa notitia est reddere. Cui
ingenti pestilentia Urbis agrique vastata
tur, Valesius vir locuples, rusticæ vitæ, du-
bus filiis & filia ad desperationem usque
dicorum laborantibus, aquam calidam
à foco petens, genibus nixus, Lares fa-
liares, ut puerorum periculum in ipsius
put transferrent, orauit: Orta deinde
est, habiturum eos saluos, si continuo flu-
ne Tyberis deuectos Tarentum deportata
ibique ex Diris patris & Proserpinæ ara
tita calida, recreasset. Eo prædicto magis
pere confusus, quod & longa & pericu-
navigatio imperabatur: spe tamen dubia
sentem metum vincente, pueros ad ripam
Tyberis protinus detulit (habitabat enim
villa sua propter vicum Sabinæ regionis
rum) ac lintre Ostiam petens, nocte co-
bia ad Martium campum appulit. Sicut
busque agris * succurrere cupiens; igni
navigio non suppetente; ex gubernato-
gnoscit, haud procul apparere fumum
ab eo iussus egredi Tarentum (id ei loco-
men est) cupide arrepto calice, aquam
ne haustam, eo unde fumus erat obortu-
latior pertulit, diuinitus dati remedij
vestigia quædam in propinquo nactus
existimans: Inque solo magis fumante,

llas ignis habentereliquias, dum tenacius
 omen apprehendit, contractis leuibus, &
 quæ fors obtulerat, nutrimentis, pertinaci
 spiritu flammam emouit, calefactamque a-
 quam pueris bibendam dedit. Qua pota, sa-
 utari quiete sopiti, diutina vi morbi repente
 unt liberati, patrique indicauerunt, vidisse
 e in somniis, quos nescio deorum spongia
 corpora sua pertergere, & præcipere vt ad Di-
 is patris & Proserpinæ aram, à qua fuerat po-
 tio ipsis allata, furuæ hostiæ immolarentur,
 lectisternia ludique nocturni fierent. Is quod
 o loci nullam aram viderat, desiderari cre-
 lens, vt à se construeretur; aram emptu-
 us in Urbem perrexit, relictis q̄ fundamen-
 torum constituendorum gratia terram ac-
 solidum foderent. Hi domini imperium exe-
 quentes, cum ad XX. pedum altitudinem
 sumo egesta peruenissent; animaduerte-
 unt aram Diti patri Proserpinæque inscri-
 ptam. Hoc postquam Valerius nunciante
 eruo accepit, omisso emendæ aræ propo-
 sito, hostias nigras, quæ antiquitus furuæ
 uicebantur, Terenti immolauit, ludos & le-
 ctisternia, continuis tribus noctibus, quia
 eptidem filii periculo liberati erant, fecit.

coelix.

Plutare.

Censorinus.

VI.

A. V.

dclxxv.

Cuius exemplum Valerius Poplicola, qui
 timus consul fuit, studio succurrendi, ciuib.
 curus, apud eandem aram publice nuncu-
 atis votis, cæsisque atris bubus, Diti marib.
 geminis Proserpinæ, lectisternioque, ac lu-

dis trinoctio factis, aram terra, vt ante fuerat
obruit.

Plin. lib.

19. c. 1.

A. V.

dcxxxix.

Cicer. in

L. Pisonem,

Pedian.

A. V.

dcliv.

Plin. lib.

35. c. 4.

A. V.

dcxxxiv.

Plin. lib.

33. c. 3.

A. V.

dclxxiv.

Plin. lib.

36. c. 4.

A. V.

dcxc.

A. V.

dcxcv.

dcxcv.

VII.

A. V.

cdxxxix.

Liu. 16.

A. V.

dcxcv.

Religionem ludorum crescentibus opibus secuta lauitia est. Eius instinctu Q. Metellus Campanam imitatus luxuriam, principum spectantium confessum velorum umbras, tunicis texit. Cn. Pompeius ante omnes a conspectu per semitas decursu æstiuum minuit festiuitatem. C. Pulcher scenam varietate colorum umbrauit, vacuis ante pictura tabulis extantam. Quam totam argento C. Antonius, et C. C. Petreius, ebore Q. Catulus prætexuit. C. C. fatilem fecerunt Luculli. Argentatis chitonibus P. Lentulus Spinter adornauit. Transiit tunc antea Pœniceis indurum tunicis M. C. C. rus exquisito genere vestis cultum indurum.

Gladiatorium munus primum Romanum est in foro boario. Ap. Claudio. M. C. C. uio Coss dederunt M. & D. Bruti, funus memoria patris cineres honorando Athenarum certamen à M. Scauri tractum est in significatione.

DE FRUGALITATE ET

NOCENTIA.

CAPVT V.

- 1 Prima aurata statua in vrbe.
- 2 Ius ciuile cum fastis promulgatum.
- 3 Veneficii prima questio.
- 4 Tibicinum Quinquatria prima.
- 5 Frugalis antiquorum victus.

6 Febris dea sacella in vrbe.

Statuam auratam nec in vrbe, nec in vlla parte Italiae quisquam prius aspexit, quam à M. Acilio Glabrione equestris patri ponere-
ritur in aede Pietatis: Eam autem aedem P. Cornelio Lentulo, & M. Baebio Tamphilo Coss. ipse dedicauit, quia pater cōpos voti factus, rege Antiocho apud Thermopylas superato.

Ius ciuile per multa saecula inter sacra ceremoniasque deorum immortalium abditū solisque pontificibus notum, Cn. Flavius libertino parte genitus, & scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus aedilis curulis vulgauit, ac fastos pæne toto foro exposuit. Qui cum ad visendum egrum collegam suum veniret, neque à nobilibus, quorū frequentia cubiculum erat completum, sedendi loco reciperetur: sellam curulem afferri iussit, & in ea honorum pariter atque contemptus sui vindex, confedit.

Veneficij quaestio & moribus & legibus Romanis ignota, complurium matronarum praefacto scelere orta est: Quae cum viros suos clandestinis infidijs veneno perimerent, inius ancillae indicio protractae; pars capitata iudicio damnatae, centum septuaginta numerum expleuerunt.

Tibicinum quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se conuertere, cum iater publicas priuatasque ferias, actiones, perso-

A. V.
cdxliij.
Liu. 9.
Ouid.
Fastor. 6.
Plutarc
Problem.

nis tecto capite, variaque veste velatis, con-
centusque edit. Inde tracta licentia. Quo-
dam vetiti in æde Iouis, quod prisco mo-
factitauerant, vesci, Tibur irati se contul-
runt. Quorum ministerio senatus deser-
sacra non æquo animo ferens, per legatos
Tiburibus petit, vt eos gratia sua Romanis
templis restituent. Quos illi in proposito
perseuerantes interposita festæ epulationis
simulatione, mero somnoque sopitos, pla-
stris in Urbem deuehendos curauerunt,
quibus & honos pristinus restitutus, & be-
iufce lusus ius est datum. Personarum
pudorem circumuentæ temulentiaë causa
haber.

V.

Immen.
Sat. I.
Quisfer-
vula septem
Secreto
coenauit
auus?
Plin. lib.
18. c. 8.

Fuit etiam illa simplicitas antiquorum
cibo capiendo, humanitatis simul & co-
tinentiæ certissima index. Nam maximis
ris prandere & cœnare in propatulo, ve-
cundia non erat: nec sane vllas epulas
bebât, quas populi oculus subijcere erub-
cerent: Erant adeo continentiaë attenti,
frequentior apud eos pultis vsus quam panis
esset. Ideoque in sacrificiis mola, quæ voca-
batur, ex farre & sale constat, extra farre spa-
guntur: & pullis, quibus auspicia petu-
tur, puls obijcitur: Primitus enim ex libe-
mentis victus sui deos eo efficacius, quo sim-
plicius placabant.

Et cæteros quidem ad benefaciendum
nerabantur. Febrem autem ad minus nocere
dum

dum, templis colebāt, quorum adhuc vnum VI.
 in Palatio, alterum in area Marianorum mo- Plin. l. 2.
 numentorum, tertium in * summa parte Vi- cap. 7.
 ci longi extat. In eaque remedia, quę corpo- * al. in
 ribus agrorum adnexa fuerant, defereban- summo
 tur. Hęc ad humanę mentis æstus leniēdos Vico longo.
 cum aliqua vsus ratione excogitata, cæterum
 salubritatem suam industrię certissimo ac
 fidelissimo munimento tuebantur: bonę
 que valerudinis eorum quasi quædam mater
 erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis &
 alienę nimię vini abundantię, & ab immo-
 derato Veneris vsu auersa.

DE EXTERNIS INSTI-

TVTIS.

CAP. VI.

- 1 *Spartanorum frugalitas.*
- 2 *Mos militaris eorumdem.*
- 3 *Atheniensium institutum contra otiosos
& inertes.*
- 4 *Areopagus eorumdem.*
- 5 *Honos virtutis apud eosdem.*
- 6 *Ingratitudinis actio apud eosdem.*
- 7 *Massiliensium instituta varia.*
- 8 *Ceiorum venenum publicum.*
- 9 *Massiliensium lex de aduenis armatis*
- 10 *Gallorum mos in mutuo dando.*
- 11 *Cimbrorum Celtiberorumque mos in ad-
eundis proelijs.*
- 12 *Thracum opinio de vita calamitate.*
- 13 *Lyciorum luctus.*

- 14 *Indarum foeminarum fidus amor ex
maritos.*
- 15 *Poenicarum foeminarum prostitutio.*
- 16 *Persarum institutum in educandis lib
ris.*
- 17 *Numidarum regum mos in auctoritate
seruanda.*

I.
Cicer. pro
Flacco.

Idem sensit proxima maiorum nostrorum grauitati Spartana ciuitas: quæ seuerissimè Lycurgi legibus obtemperans, aliquantulum diu ciuium suorum oculos à contemplanda Asia retraxit; ne illecebris eius capti, & delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde, & immodicis sumptus, & omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse: primosque Ionas uenienti, coronarumque in conuiuio dandorum, & secundæ mensæ ponendæ consuetudinem, haud parua luxuriæ irritamenta reperisse: Ac minime mirum est, quod homines labore ac patientia gaudentes, tenacissimi mos patriæ neruos, externarum deliciarum contagione solui & hebetari noluerunt: quanto faciliorem virtutis ad luxuriam quam luxuriæ ad virtutem transitum viderent. Quod eos non frustra timuisse dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, vt primum se Asiæ moribus permisisset, fortitudinem suam, effeminatæ eius cultum mollire non erubuit.

Aemil.
Prob.
Thucyd. 3.

Eiusdem ciuitatis exercitus non antea
dim

dimicandum descendere solebant, quam tibia concentu, & anapæsti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent, vegeto & crebro ictus sono strenue hostem invadere admoniti. Ijdem ad dissimulandum & occultandum vulnerum suorum cruorem Pœniceis in prælio tunicis utebantur; non ne ipsis aspectus eius terrorem, sed ne hostibus fiducia aliquid afferret.

Egregios virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum, prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequuntur: apud quos inertia è latebris suis, languore marcens, in forum perinde ac delictum aliquid protrahitur, sic sitque ut facinorosa, ita erubescenda reat culpa.

Est & eiusdem urbis sanctissimum consilium Arcopagus, ubi quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quaestu sustentaretur diligentissime inquiri solebat, ut homines honestatem (vitæ rationem memores reddendam esse) sequerentur.

Eadem bonos ciues corona decorandi primo consuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput probabile institutum, rem siue personam intueri velis: Nam & virtutis vberissimum alimentum est honor? & Pericles dignus à quo talis muneris dandi posteritas potissimum initium caperet.

Age, quid illud institutum Athenarum, quam

H.

Thucyd.
Gell.

l. i. c. ii.

Plutare.

Lyturg.

Plutare.

in institutis

Lac.

III.

Stobaus

serm. 42

ex Nicodemis

moribus

gentium

Isoc.

Areopag.

Idem de

Sardis

Aelian.

Var.

hist. 2.

IV.

Isoc. Areopag.

V.

Cicer. de

opt. gen.

orat.

*Æsch.**Demost.**Vipia.*

VI.

*Donat.**And.**Ter.**Tac. 13.**Plutarc.**Solone.*

VII.

quam memorabile, quod conuictus à patrone libertus ingratus, iure libertatis exultat. Superfedeo te, inquit, habere ciuem tati muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum vt credam vrbi vtilem quem tui scelestum cerno: abi igitur, & esto liberuus, quoniam liber esse nescisti.

Inde Massilienses quoque ad hoc tempus vsurpant disciplinæ gravitatem, prisca moris obseruãtia, charitate populi Rom. præcipue conspicui; qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognouerint. Quasi erroris subueniendum non putant? quia iam culpa iniuriam accepit, qui ei se toties obiecit. Eadem ciuitas seueritatis custos & rima est. Nullum aditum in scenam Mithridatis dando, quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam faciat. Omnibus autem, qui per aliquam regionis simulationem alimenta inertia querunt, clausas portas habet, & mendacem & cosam superstitionem submouendam existimans. Cæterum à condita Vrbe gladius est ibi, quo noxii iugulantur: rubigine eodem exesus, & vix sufficiens ministerio index in minimis quoque rebus omnia quæ consuetudinis momenta seruanda. Duæ etiam ante portas eorum arcæ iacent: altera, qua liberorum, altera, qua seruorum

corpora ad sepulturæ locum plastro deue-
 huncur, sine lamentatione, sine planctu lu-
 ctus funeris die, ~~et~~ festico sacrificio, ad-
 iectoque necessarium conuiuio, finitur.
 Etenim quid attinet, aut humano dolori in-
 dulgeri, aut diuino numini inuidiam fieri,
 quod immortalitatem suam nobiscum par-
 tiri noluerit? Venenum cicuta temperatum
 in ea ciuitate publice custoditur, quod da-
 tur ei, qui causas sexcentis (id enim sena-
 tus eius nomen est) exhibuit, propter quas
 mors sit illi expetenda: Cognitione viri be-
 neuolentia temperata, quæ nec egredi vita
 temere patitur, & sapienter excedere cupi-
 enti celere[m] fati viam præbet, vt vel aduersa
 vel prospera nimis vsis fortuna) vtraque e-
 nim finiendi spiritus, illa ne perseveraret, hæc
 ne destituat, rationem præbet) compro-
 bato exitu terminetur.

Quam consuetudinem Massiliensium VII.
 non in Gallia ortam, sed è Græcia translata *Aelian.*
 inde existimo, quod illam etiam in insula *Var.*
 Ceo seruari animaduerti, quo tempore, *A. hist. [3.]*
 cum Sex. Pompeio petens, Iulida op- *Steph.*
 pidum intrasi. Forte enim euenit, vt tunc *A. V.*
 summæ dignitatis ibi femina, sed vltimæ *dccclxxi.*
 iam senectutis, reddita ratione ciuibus cur *circiter.*
 excedere vita deberet, veneno consumere se
 destinavit, mortemque suam Pompeii præ-
 sentia clariorem fieri magni æstimavit. Nec
 preces eius vir ille, vt omnibus virtutibus,

ita humanitatis quoque laudibus instructif-
 fimus, aspernari sustinuit. Venit itaque ad
 eam, facundissimoque sermone, qui ore eius
 quasi è beato quodam eloquentiæ fonte ma-
 nabat, ab incepto consilio diu nequidquam
 reuocare conatus, ad vltimum propositum
 exequi passus est, quæ nonagesimum annu
 transgressa cum summa & animi & corporis
 sinceritate, lectulo, quantum dignoscere e-
 rat, quotidiana consuetudine cultius strato
 recubans, & innixa cubito, Tibi quidem in-
 quit, Sex. Pompei diu magis, quos relinquo
 quam quos peto gratias referant: quia nec
 hortator vitæ meæ, nec mortis spectator esse
 fastidisti. Ceterum ipsa hilarem Fortunæ vul-
 tum semper experta, ne auiditate lucis tri-
 stem intueri cogar, reliquias spiritus me-
 prospero sine, duas filias, & septem nepotum
 gregem superstitem relictura, permuto. Co-
 hortata deinde ad concordiam suos, distri-
 buto eis patrimonio, & cultu suo sacrisque
 domesticis maiori filia traditis; poculum, in
 quo venenum temperatum erat, constanti
 dextra arripuit: Tum defusus Mercurio deli-
 bamentis, & inuocato numine eius, vt
 placido itinere in meliorem sedis inferna
 deduceret partem; cupido haustu mortiferi
 traxit potionem. Ac sermone significans
 quasnam subinde partes corporis sui rigo
 occuparet, cum iam visceribus eum & cordi
 imminere esset locuta: filiarum manus ad
 super

supremum opprimendorum oculorum officium aduocauit. Nostros autem, tametsi nouo spectaculo obstupefacti erant, suffusotamen lacrymis dimisit.

IX.

Sed ut ad Massiliensium ciuitatem, unde in hoc diuerticulum excessi, reuertar; intrare oppidum eorum nulli cum telo licet: Prestoque est, quid id custodiæ gratia acceptum, exituro reddat, ut hospitia sua, quemadmodum aduenientibus humana sunt, ita ipsis queque tuta sunt.

X.

Horum mœnia egresso vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare solitos; quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse. Dicerem stultos, nisi idem bracari sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit.

XI.

Auara & fœneratoria Gallorum philosophia Alacris & fortis Cimbrorum & Celtiberorum, qui in acie exultabant, tanquam gloriose & feliciter vita excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. Celtiberi etiam nefas esse ducebant prælio superesse, cum is occidisset pro cuius salute spiritum deuouerant. Laudanda utrorumque populorum animi præstantia, quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiae constanter præstandam arbitrabantur.

Plutare.
Sertorio.

Thraciæ vero illa natio merito sibi sapientiae

XII.
Herod. 5.
Solin. c. 15.

entia laudem vendicauerit, quæ natales ho-
minum flebiliter, exequias cum hilaritate
celebrans: sine viliis doctorum præceptis, ve-
rum condicionis nostræ habitum peruidet.
Remoueat itaque naturalis omnium an-
imæ dulcedo vitæ, quæ multa & facere
pati turpiter cogit, si eius aliquanto felicitas
ac beator finis reperiatur.

XIII.
Plut. a. c.
conf. latoria

Quocirca recte Lycii, cum iis luctus in-
dit, muliebrem vestem induunt: vt deforma-
tate cultus commoti maturius stultum pro-
ijcere mœrorem velint.

Cicer.
Tusc. 55.
Solin. c. 5.

Verum quid ego fortissimos hoc in ge-
nere prudentiæ viros laudem? Respiciant
Indorum scemina, quæ cum more patri-
complures eidem nupte esse soleant, morte
marito, in certamen iudiciumque veniunt
quam ex iis maxime dilexerit: Victrix gaudet
exultans, deductaque à necessarijs lætatur
præferens vultum, coniugis se flammis sup-
iacit, & cum eo tamquam felicissima cre-
matur: superatæ cum tristitia & mœrore
vita remanent. Protrahere in medium Cimbricam
audaciam, adijce Celtibericam fide-
iunge animosam Traciæ sapientiam, annu-
ete Lyciorum in luctibus abiiciendis callide
quæsitam rationem: Indico tamen rogo
nil eorum præferes, quem vxoris pietas
modum genialis tori propinquæ mortis
cura conscendit.

XV.
Iust. 18.

Cui gloriæ Pœnicarum sceminarum,

ex comparatione turpius appareat, dedecus subnectam. Siccae enim fanum est Veneris, in quod se matronae conferebant; atque inde procedentes ad quaestum, dotes corporis in iuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iuncturae.

Iam Persarum admodum probabile institutum fuit, quod liberos suos non prius aspiciant, quam septimum impleverint annum, quo parvulorum amissionem aequiore animo sustinerent.

XVI.
Herod. 22.

Ne Numidiae quidem reges vituperandi, qui more gentis suae nulli mortalium osculum ferebant. Quidquid enim in excelsa fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse convenit.

DE DISCIPLINA MILI-

T A R I.

CAP. VII.

OBSERVATA A ROMA-

N I S.

- 1 P. Scipione Aemiliano Cos.
- 2 Q. Metello Numidico Cos.
- 3 P. Rupilio Cos.
- 4 C. Aurelio Cotta Cos.
- 5 Q. Fulvio Flacco cens.
- 6 A. Postumio Tuberto dict. & L. Manlio Torquato Cos.

7 L. Quin-

- 7 L. Quinctio Cincinnato dict.
- 8 L. Papirio Cursore dict.
- 9 Calpurnio Pisone Cos.
- 10 Q. Metello Macedonico procos.
- 11 Q. Fabio Max. Seruiliano procos.
- 12 P. Africano maiore procos.
- 13 P. Africano minore procos.
- 14 L. Emilio Paulo procos.
- 15 Senatus Romano.

EXTERNIS.

- 1 Senatu Carthaginiensi.
- 2 Clearcho Spartanorum duce.

I.
A. V.
dcxix.
Liu. 57.
Front.
Strab. l. 2. c. 1.
L. Florus 2.
c. 18.

Venio nunc ad præcipuum decus & stabilimentum Rom. imperii, salutari perseverantia ad hoc tempus sincerum & incolumiter servatum, militaris disciplinæ tenacissimum vinculum; in cuius sinu ac tutela serenus tranquillisque beatæ pacis status acquiescit.

P. Cornelius Scipio, cui delata Carthaginiæ cognomen dedit, consul in Hispaniam missus, ut insolentissimos Numantiniæ urbis spiritus, superiorum ducum culpa nutritos, contunderet; eodem temporis momento, quo castra intrauit, edixit: ut omnia ex his quæ voluptatis causa comparata essent, auferrentur ac summouerentur. Conficitur tum maximum inde institutorum & liberos numerum cum duobus millibus scortorum abiisse. Hac turpi atque erubescenda sentina vacuifactus noster exercitus, qui paulo

paulo ante, metu mortis, deformi se fœderis:
ictu maculauerat, erecta virtute recreataque:
acrem illam & animosam Numantiam in-
cendis exustam ruinisque prostratam solo
æquauit. Itaque neglectæ disciplinæ milita-
ris indicium, Mancini miserabilis deditio,
seruatæ merces, speciosissimus Scipionis tri-
umphus extitit.

Eam sectam Metellus secutus, cum exer-
citum in Africa, Iugurthino bello nimia
Sp. Albinus indulgentia corruptum consul ac-
cepisset: omnibus imperij neruis ad reuocan-
dam pristinæ disciplinam militiæ connisus
est. Nec singulas partes apprehendit, sed to-
tam continuo in statum suum redegit. Pro-
tinus namque lixas è castris summouit, ci-
bumque coctum venalem proponi vetuit: In
agmine neminem militum ministerio ser-
uorum iumentorumque, vt arma sua & a-
limenta ipsi ferrent, vt passus est. Castrorum
subinde locum mutauit: * eadem, tanquam
Iugurtha semper adesset, vallo fossaq; aptif-
sime cinxit. Quid ergo restituta continentia,
quid repetita industria profecit? Crebras sci-
licet victorias: & multa trophæa peperit ex
eo hoste, cuius tergum, sub ambizioso im-
peratore, Romano militi videre non conti-
gerat.

Bene etiam illi disciplinæ militari adfue-
runt, qui, necessitudinum perruptis vincu-
lis, vltionem vindictamque læsæ cum igno-
minia:

II.

A. V.

dcclix.

Sallust.

Iugurt.

Front. lib. 4.

cap. 1.

* al. & cæi.

III.

A. V. dixxi.

minia domuum suarum exigere non dubitauerunt. Nam P. Rupilius cōsul eo bello quo in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromicenam arcem amiserat, prouincia iussit dedere.

IV.

*A. V. di.**Fron. l. 4. c. 1.*

Iam C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi iunctum, quem obsidioni L. paritanæ ad auspicia repetenda Messeniam transiturus præfecerat, virgis cæsum, gregalis militiae munere inter pedites fungicogit, quod eius culpa agger incensus, & præcastra fuerant capta.

V.

*A. V.**dlxxxix.**Liu. 41.**Velleius**Fron. l. 4. c. 1.**A. V.**dixxiii.**Liu. 40.*

Q. etiam Fuluius Flaccus censor, Fuluium fratrem cohortem legionis, in qua Trib. militum erat iniussu consulis domum dimittere ausum, senatu mouit. Non digna exemplum, quæ tam breuiter, nisi maioribus viris referrentur. Quid enim tam difficile, quam copulato societate generis & inimicorum deformem in patriam reditum incutere; aut communiōne nominis, ac familiaritatis propinquitatis feruæ cohærenti, veterum contumeliosa verbera adhibere? At censorium supercilium aduersus fraternam charitatem distringere? Dentur hæc singula quamuis claris ciuitatibus, abunde tam gloria disciplinæ militaris instructæ videntur.

VI.

At nostra vrbs, quæ omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replere

C A P. VII. D E D I S C. M I L I T. S I

repleuit, Imperatorum proprio sanguine
 manantes secures (ne turbato militiae ordi-
 ne vindicta deesset) è castris publice speciosas
 priuatim lugubres duplici vultu recepit: in-
 certa gratulandi prius, an alloquendi offi-
 cio fungeretur. Igitur eo quoque hæsitante
 animo vos bellicarum rerum seuerissimi cu-
 stodes, Postumi Tuberte, & Manli Torqua-
 te, memoria ac relatione complector; quia a-
 nimaduerto fore, vt pondere laudis, quam
 meruistis, obrutos: magis imbecillitatem in-
 genii mei detegam; quam vestram virtutem
 sicut par est, representem Tu namque Postu-
 mi dictator, A. Postumium, quem ad generis
 penetratiumque sacrorumque successiõnem
 propagandam genueras, cuius infantiae blã-
 dimenta sinu atque osculis foueras; quẽ pue-
 rum litteris, quem iuuenem armis instruxe-
 ras; sanctum, fortem, amantem tui pariter ac
 patriæ; quia non tuo iussu, sed sua sponte
 præsidio progressus, hostes fuderat, victorem
 securi feriri iussisti; & ad hoc peragendum
 imperium, paternæ vocis ministerio sufficere
 valuisti. Nam oculos tuos, certum scio, cla-
 rissima in luce tenebris effusos, ingens ani-
 mi opus intueri nequiuisse. Tu item Manli
 Torquate Latino bello consul, filium, quod
 puocatus à Geminio Metio duce Tusculano-
 rum ad dimicandum te ignaro descenderat,
 gloriosam victoriam & speciosa spolia referẽ-
 tẽ, abripi à licitore, & in modũ hostiæ macta-

A. V.

cccxxij.

Diod. Sicul.

12.

Gell. 17.

ult.

Lin. 4.

A. V. cdxv.

Li. 8.

Gell. 5. alia.

ri iussisti: satius esse iudicans, patrem forti
filio, quam patriam militari disciplina care
re.

VII.

A. V. CCXCV.

Eiu. 3.

Dion. 10.

Et alij.

Age, quanto spiritu putamus usum L.
Quinctium Cincinnatum dictatorem eo
tempore quo deuictis Æquis & sub iugum
missis, L. Minutium consulatum deponere
coëgit, quod castra eiusdem hostes obsede
rant? Indignum enim maximo imperio cre
didit, quem non sua virtus, sed fossa vallum
que tutum præstiterat: cuique verecundia
non fuerat, arma Romana metu trepida cla
uis portis contineri. Ergo imperiosissimi XII
fasces, penes quos senatus & equestris ordi
nis, & vniuersæ plebis summum decus erat
quorumque nuda Latium, ac totius Italia
vires regebantur, contusi atque fracti dicta
toris se animaduersioni substrauerunt. Ac
inulta foret læsa gloria militaris, consul de
licti omnis vindex punitus est. His (vt in
dicam) piaculis, Mars imperii nostri patet
vbi aliqua ex parte à tuis auspiciis degene
ratum erat, numen tuum propitiabatur: at
finium & cognatorum & fratrum nota, fi
liorumque strage, ignominiosa consulum
iuratione.

VIII

A. V.

cdxxix.

Eiu. 8.

Dulchre.

Eiusdem ordinis est quod sequitur: Papi
rius dictator, cum aduersus imperium eius
Q. Fabius Rullianus magister equitum ex
ercitum in aciem eduxisset, quanquam fuisse
Sannitibus in castra redierat, tamen neque

virtu

CAP. VII. DE DISC. MILIT. 93

virtute eius neque successu, neque nobilitate morus, virgas expediri eumque nudari iussit. O spectaculum admirabile, & Rullianus, & magister equitum, & victor, scissa veste, spoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus: vt in acie exceptorum vulnerrum nodosis ictibus cruore renouato, victoriarum, quos modo speciosissimos erat adeptus titulos, respergeret. Precibus deinde suis exercitus occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit; vbi frustra senatus auxilium implorauit. Nihilo minus enim Papi-rius in exigenda pœna perseuerauit: itaque coactus est pater eius, post dictaturam tertiumque consulatum, rem ad populum deuocare, auxiliumque tribunorum plebis supplex pro filio petere. Neque hac re seueritas Papirij refrenari potuit: cœterum, cū ab vniuersis ciuibus & ipsis tribunis plebis rogaretur, testatus est, non pœnam illam se Fabio, sed populo Romano & Tribunitiæ concedere potestati.

L. quoque Calpurnius Piso consul, cum in Sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret, & C. Titius equitum præfectus, fugitiuorum multitudine circumuentus, arma cum suis tradidisset; his præfectum ignominia generibus affectit. Iussit eum toga laciniis abscisis amictum, * discinctaque tunica indutum, nudis pedibus, à mane in noctem usque ad principia per omne tempus militiae adesse,

IX.

A. V. dcxxx.

Fron. l. 4. c. 1

* al. de cinctaque.

adefse. Interdixit etiam ei conuictum hominum, vsumque balnearum: turmasque equitum, quibus præfuerat adeptis equis, in funditorum alas transcripsit. Magnum profecto dedecus patriæ magno Pisonis dolore vindicatum est; quoniam quidem id egerit, vt qui cupiditate vitæ adducti, cruciatu dignissimis fugitiuis trophæa de se statuerant concesserant, libertatique suæ seruili manu flagitiosum imponi iugum non erubuerant, amatum lucis vsum experirentur, mortemque, quam effeminate timuerant, viriliter optarent.

X.
A. V. dcxi.
Velleius
Front. l. 4.
c. 1.
Auctor de
viris Illustr.
c. 61.

Nec minus Pisonem acriter Q. Metellus qui cum apud Contrebiam res gereretur collocatas à se in quadam statione quinque cohortes, atque ex ea viribus hostium depulsas, repetere eandem stationem euestigari iussit: non quod speraret ab iis amissum locum cum recuperari posse, sed vt præteritæ culpe iam pugnae, insequentis certaminis manifesto periculo puniret. Edixit etiam, vt si quis ex his fugiens castra petiisset, pro hoste interficeretur. Qua seueritate compressi milites, corporibus fatigatis, & animis desperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitate multitudinemque hostium superarunt. Huiusmodi manæ igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

XI.
A. V. dcxii.

In eadem prouincia Q. Fabius Max. ferocissimæ gentis animos contundere & debilitare

litare cupiens mansuetissimum ingenium
 suum, ad tempus deposita clementia, sævio-
 re uti seueritate coegit. Omnium enim qui
 nex præsidii Romanis ad hostes transfuge-
 rant captique erant, manus abscidit: ut trun-
 ca præ se brachia gestantes, defectionis me-
 ritum reliquis iniicerent: Rebelles itaque ma-
 nus à corporibus suis distractæ, inque cruen-
 tato solo sparsæ, cæteris, ne idem committe-
 re auderent, documento fuerunt.

Nihil mitius superiore Africano: ista-
 men ad firmendam disciplinam militarem,
 aliquid ab alienissima sibi crudelitate ama-
 ritudinis mutuandum existimauit. Siquidem
 deuicta Carthagine, cum omnes, qui ex no-
 stris exercitibus ad Pœnos transfierant, in
 suam potestatem redegisset; grauius in Ro-
 manos, quam in Latinos transfugas animad-
 uertit. Hos enim tanquam patriæ fugitiuos
 crucibus affixit, illos tanquam perfidos so-
 cios securi percussit. Non prosequar hoc fa-
 ctum ulterius, & quia Scipionis est, & quia
 Romano sanguini, quamuis merito perpe-
 so, seruire supplicium insultare non atti-
 net: cum præsertim transire ad ea liceat, quæ
 sine domestico vulnere gesta narrari pos-
 sunt.

Nam posterior Africanus, euerso Punico
 imperio, exterarum gentium transfugas, in
 rodendis populo spectaculis feris obiecit.

Et L. Paullus persæ rege superato, eiusdem
 gene-

Fron. l. 4. c. 2
App. Iberic.

XII
A. V. d. lii.
Liu. 30 fine.

XIII.
A. V. d. c. vii.
Liu. 51.

XIV,
A. V
dxxcvi.

generis & culpæ homines elephantis proter-
rendos substrauit: utilissimo quidem exem-
plo, si tamen acta excellentissimorum virtu-
rum humiliter æstimare sine insolentiæ re-
prehensione permittitur. Aspero enim & ad-
sciso castigationis genere militaris disciplina
indiget: quia vires armis constant, quæ,
à recto tenore descuerunt, oppressura sunt
nisi opprimantur.

XV.
A. V. dxli.
Liu. 26.

Sed tempus est eorum quoque menti-
nem fieri, quæ iam non à singulis, verum
vniuerso senatu, pro militari more obtine-
ndo defendoque administrata sunt. L. Marcus
Tribunus militum, cum reliquias duorum
exercituum P. & Cn. Scipionum, quos ar-
Pœnorum in Hispania absumpserant,
spersas mira virtute collegisset, earumq;
fragilis dux esset creatus; senatui de rebus
actis à se scribens in hunc modum orsus
L. MARCIUS PROPR. Cuius ho-
ris usurpatione uti eum patribus conscri-
non placuit; quia duces à populo, non à
tribus, creari solerent. Quo tempore tam-
gusto, tamque graui, propter immane Ro-
damnum etiam tribus militum adulan-
erat, quoniam quidem ad statum totius
uitatis corrigendum vnus suffecerat,
nulla clades, nullum meritum, Valentia
militari disciplina apud senatum fuit.
currebat enim quam animosa seueritate
rentino bello maiores eorum vsi fuissent

quo quassatis & attritis Reipub. viribus, cum
 magnum captiuorum ciuium suorum nume
 rum à Pyrrho rege vltro missum recepissent; *A. V. cdlxxv.*
 decreuerunt vt ex ijs qui equo meruerant, pe
 ditum numero militarent: qui pedites fue
 rant, infunditorum auxilia transcriberentur. *Front. 4. cap. 1. lo. Zonaras.*
 Neve quis eorum intra castra tenderet, neve
 locum extra assignatum, vallo aut fossa cin
 geret, neve tentorium ex pellibus haberet:
 Recursum autem ijs ad pristinum militiæ or
 dinem proposuerunt, si quis bina spolia ex
 hostibus tulisset: Quibus supplicijs compres
 A. V. dxxxvij.
 s, ex deformibus Pyrrhi munusculis, acerri
 ni hostes extiterunt. Parem iram aduersus
 Liu. 22.
 hos senatus distrinxit, qui apud Cannas Rēp. *Cap. 23.*
 deseruerant. Nam cum eos grauitate decre
 A. V. dcli.
 t, vltra mortuorum condicionem relegas
 set, acceptis à M. Marcello litteris, vt eo
 Liu. 25.
 rum sibi opere ad expugnationem Syracu
 Front.
 arum vti liceret; rescripsit indignos esse
 l. 4 cap. 1.
 qui in castra reciperentur. Cæterum se ei per
 mittere, vt faceret quod expedire Reipubl.
 iudicasset, dum nequis ex eis munere vacaret,
 vt dono militiæ donaretur, aut in Italiam,
 nec hostes in ea essent, accederet. Sic ener
 A. V. dlxxvij.
 ges animos odisse virtus solet. Age, quam
 Front. l.
 sauiiter senatus tulit, quod Q. Perillium
 4. cap. 1.
 consulem fortissime aduersus Ligures pu
 gnantem occidere milites passi essent: Legi
 ni enim neque stipendium anni procede
 re neque æra dari voluit; quia pro salute

imperatoris, hostium telis se non obrant. Idque decretum amplissimi ordinis speciosum & æternum Perillii monumentum extitit, sub quo in acie, morte, in Curia tione clari cineres eius acquiescunt. Cõfirmatione animo, cum ei Annibal sex millium Romanorum, quæ capta in castris habebat, remendorum potestatem fecisset, cõditiones spreuit; memor tantam multitudinem matorum iuuenum, si honeste mori volissent, turpiter capi non potuisse. Quorum scio vtrum maius dedecus fuerit, quod patri spei, an quod hostis metus nihil in his fuerit: hæc pro se, ille ne aduersus se dicerent, parui pendendo. Sed cum aliquot senatus pro militari disciplina se seuerum hibuerit, nescio an tum præcipue, milites qui Rhegium iniusto bello cupauerant, mortuoque duce Iubellio Cæsum scribam eius sua sponte imperium delegerant, carcere inclusit, ac M. uio Flacco Trib. Pl. denunciante, ne in Romanos aduersus morem maiorum maduereret, nihilominus propositum curus est. Cæterum quo minore cum imperio id perageretur, quinquagenos per dies los dies virgis caesos, securi percussorumque corpora sepulture mandantemque lugere vetuit.

EXTERNA EXEMPLA.
Leniter hoc patres conscripti, si Ca

A. V.
dcccxxvij.
Lin. 22.

A. V.
edxxxij.
Lin. 15.
Polyb. I.
Zenobas.

inensium senatus in militia negotijs pro-
curandis violentiam intueri velimus; à quo
tunc bella pravo consilio gerentes, etiam *Auctor*
prospera fortuna subsecuta esset, cruci ta- *de viris*
nem suffigebantur: quod bene gesserant, *Illust.*
eorum immortalium adiutorio; quod male *cap. 38.*
commiserant, ipsorum culpæ imputantes.

Clearchus vero Lacedæmoniorum dux e- *IT.*
regio dicto disciplinam militiæ continebat, *Front. 4*
lenitidem exercitus sui auribus inculcando, *cap. II.*
militibus imperatorem potius, quam ho-
stem metui debere. Quo aperte denuntia-
bat futurum, ut spiritum pœnæ impende-
ret, quem pugnae acceptum ferre dubita-
rent. Idque à duce præcipi non mirabantur,
paternarum blanditarum memores, quæ ** ἦ τὰν ἦ*
exituros eos ad præliandum monebant, * ut *ὄμν τὰν,*
ut viui cum armis in conspectum earum ve-
rent, aut mortui in armis referrentur. Hoc
contra domesticos parietes accepto signo,
partanæ acies dimicabant. Sed aliena pro-
pexisse tantummodo satis est, cum proprijs
multoque vberioribus & felicioribus exem-
plis gloriari liceat.

DE IVRE TRIUMPHANDI.

CAP. VIII.

- 1 *Leges dua de triumpho.*
- 2 *C. Lutatij Cos. & Q. Valerii pr. alter-*
cationes de triumpho.
- 3 *Cn. Fulvius Flaccus triumphum sper-*
ans.

B 2

4 Q Ful-

- 4 Q. Fulvio, & L. Opimio cur negatus triumphus.
- 5 Cur item P. Scipioni maiori & M. C. Cellerio.
- 6 Conuiuia triumphantium.
- 7 Qui ex ciuili victoria non triumpharunt.

DISCIPLINA militaris acriter reuerentia, principatum Italiae Romano imperio perit, & multarum urbium, magnorumque validissimarum gentium regimena peritura est, fauces Pontici sinus patefecit, Alpes Taurique montis conuulsa claustra tradidit, ortumque è paruula Romuli casa totius orbis fecit columen. Ex cuius sinu niam omnes triumphi manarunt, sequitur ut de triumphandi iure dicere incipiam.

I. Ob leuia preelia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant: quibus si occurreretur, lege cautum est ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium in acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius urbis nostrae decus maiores existimabant. Ceterum ne tam præclara lex cupiditate lauræ tereretur, legis alterius adiutorio fulgentur, quam L. Marius, & M. Cato Trib. pl. iurauerunt. Pœnam enim Imperatoribus minime qui aut hostium occisorum in proelio amissorum ciuium falsum numerum, aut in senatui ausi essent referre. Iubetque

C A P. VIII. DE IVRF TRIVMP. IOI

um primum Urbem intrassent, apud qua-
tores urbanos iurare, de vtroque numero ve-
te ab his senatui esse scriptum.

Post has leges iudicij illius tempestiua mē
tio introducetur, in quo de iure triumphan-
di inter clarissimas personas & actum & ex-
cessum est. C. Lutatius consul & Q. Valerius A. V.
Prætor circa Siciliam insignem Pœnorum dxii
classem deleuerant, quo nomine Lutatio
consuli triumphum senatus decreuit. Cum
tatem Valerius sibi eum quoque decerni de-
sideraret, negauit id fieri oportere Lutatius,
ne in honore triumphi minor potestas ma-
iori æquaretur. Pertinaciusque progressa
contentione, Valerius sponsione Lutatium
prouocauit, Ni suo ductu Punica classis es-
set oppressa. Nec dubitauit restipulari Luta-
tius. Itaque iudex inter eos conuenit Atilius
Calatinus, apud quem Valerius in hunc mo-
dum egit: consulem ea pugna in lectica clau-
sum iacuisse, se autem omnibus imperato-
rijs partibus functum. Tunc Calatinus prius
quam Lutatius causam suam ordiretur,
Quæro, inquit, Valeri, à te, si, dimicandum
nece esset, contrarijs inter vos sententijs
dissiditis? vtrum quod consul, an quod
prætor imperasset, maius habiturum fuerit
momentum? Respondit Valerius, non face-
re se controuersiam, quin priores partes cō-
sulis essent futuræ. Age deinde, inquit Cala-
tinus, Si diuersa auspicia accepissetis; cuius

† ab. susce-
peritis.

magis auspicio staretur: Item respondit Valerius, consulis. At iudex, Iam mehercule inquit, cum de imperio & auspicio in vos disceptationem * susceperim, & tu vtrique aduersarium tuum superiorem fuisse tearis, nihil est quod vltcrius dubitem. Iamque, Lutati quamuis adhuc tacueris, secundum te litrem do, Mirifice iudex, quod manifesto negotio tempus tibi passus non est. Probabilius Lutatius, quod ius amplius mi honoris constanter defendit. Et ne Valerius quidem improbe, quia fortis & proferre pugnae vt non legitimum, ita se dignum premium petit.

III.

V.

dxli.

Lin. 25.

A. V.

dxlij.

Lin. 26.

IV.

A. V.

dxlij.

A. V.

dcxxxix.

Quid facias Cn. Fulbio Flacco, qui expectandum alijs triumphi honorem; de quo tum sibi à senatu ob res gestas spreuit ac pudiauit? Nimirum non plura præcerper quam acciderunt. Nam vt Urbem intra continuo ipse quaestione publica afflictus ilio multatus est: vt si quid religionis insolentia commisisset, poena expiaret.

Sapientiores igitur Q. Fulvius, qui Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis deditionem compulsis, triumphandi potestatem à senatu petierunt. Vterque editis peribus magnificus, sed neuter petita compos. Non quidem inuidia Patrum conscriptor, cui nunquam aditum in Curia voluerunt: sed summa diligentia obseruandi iuris, quo cautum erat, vt pro aucto im-

no, non * pro recuperatis, quæ populi Rom. fuissent, triumphus decerneretur. Tantum enim interest adijcias aliquid, an detractum restituas; quantum distat beneficij initium ab iniuriæ fine.

Quin etiam ius, de quo loquor, sic custoditum est, ut P. Scipioni ob recuperatas Hispanias, M. Marcello ob captas Syracusas triumphus non decerneretur; quod ad eas res gerendas sine vlllo missi erant magistratu. Proventur nunc cuiuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonumque piraticis rostris, laudis inopes laureæ ramulos festinabunda manu decerpserunt. Carthaginis imperio abrupta Hispania, & Sicilia caput abscisum Syracusæ, triumphales iungere currus nequiverunt. Et quibus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipsa nomina instar æterni sunt triumphi. Sed clarissimos solidæ, veræque virtutis auctores, humeris suis salutem patriæ gestantes, etiam coronatos inveni senatus cupiebat, iustiori tamen reservandos laureæ putavit.

His illud subnectam: Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo, C o s s. inuitari ad cœnam, deinde rogari ut venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharit, maiorem in eodem conuiuio sit imperij.

Verum quamuis quis præclaras res, maximeque vtilis Reip. civili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non

† al. ob recuperata.

V.

A. V.

dxlvij.

Liv. 28.

A. V.

dxliij.

Liv. 26.

Laureolam
in missa-
ceo. quareri.

Plutare.

Problem.

VIII.

A. V.

dcxx. §

dcxxxii.

Plutarc.

A. V.

dclxxvi.

Liu. 90

Plutarc.

Pompeio

A. V.

dcxli

Sallust.

Plutarc.

Cicer.

Dion. l. 57.

A. V.

dcxlii.

Plutarc.

Dion.

Appian.

Cic. Philip.

lib. 14.

A. V.

dclxxvii.

Plutarc.

Dion.

Appian.

est, nec vllæ supplicationes decretæ sunt, ne
 que aut ouans, aut curru triumphauit
 quia vt necessariae istæ, ita lugubres semper
 existimatæ victoriæ sunt, vt pote non exte
 no, sed domestico partæ cruore. Itaque
 Nafica Ti. Gracchi, & Opimius C. Grac
 factiones mæsti trucidarunt. Q. Catulus,
 Lepido collega suo cum omnibus seditio
 copijs extincto, tantum moderatum præ
 ferens gaudium, in Urbem reuertitur, C. C
 iam Anthonius Catilinæ victor, absterse
 gladios in castra retulit, L. Cinna, & C. M
 rius hauserant quidem auidi ciuilem sangui
 nem: sed non protinus ad templa deorum
 aras terenderunt. Item L. Sylla, qui plurim
 bella ciuilia confecit, cuius crudelissimi &
 solentissimi successus fuerunt, cum confu
 mata potentia triumphum duceret, vt Gr
 ciæ & Asiæ multas vrbes, ita ciuium Rom. n
 lum oppidum vexit.

Piget tædetque per vulnera Reip. vlt
 procedere: lauream nec senatus cuique
 dedit, nec quisquam sibi dari desiderauit,
 uitatis parte lacrymante. Cæterum ad qu
 cum prone manus porriguntur, vbi ob
 ues feruatos corona danda est; qua post
 Augustæ domus sempiterna gloria trium
 phant.

DE CENSORIA SEVERITATE

C A P. I X.

I M. Camilli & M. Postumii in cœlibes

CAP. IX. DE CENS. SEVERIT. 105

- 2 M. Valerii Max. & C. Iunii Brun. in L. Antonium
- 3 M. Catonis in L. Flaminium;
- 4 C. Fabricii in P. Rufinum.
- 5 M. Antonii & L. Flacci in M. Duroonium.
- 6 C. Neronis & M. Salinatoris in se mutuo & populum Romanum.
- 7 M. Messala & P. Sempronii in quadringentos equites.
- 8 M. Reguli & P. Phili in reliquias Campanenses.
- 9 Qui notati ad censuram postea perurunt.

CASTRENSIS disciplinæ tenacissimū vinculum, & militaris rationis diligens observatio, admonent me, vt ad censuram pacis magistram custodemque transgrediar. Nam vt opes pop. Romani in tantam amplitudinem imperatorum virtutibus excesserūt; ita probitas & continentia censorio supercilio examinata est. Opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur, gentes, regnis iniiciantur manus, nisi foro & curiæ officium ac verecundia sua constiterit, partarum rerum æquatus cælo cumulus, sedem stabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet nosse, atque adeo recordari acta censoriæ potestatis.

Camillus & Postumius censes, æra pœnæ

I.

A. V. cccii.
Plutarc.
Camille.

næ nomine eos qui ad senectutem cœliber
peruenerant, in ærarium deferre iusserunt
iterum puniri dignos, si quo modo de tam
iusta constitutione pueri essent ausi: cum
hunc modum increparêtur. Natura vobis quæ
admodum nascendi, ita gignendi legem scri
bit; parentesque vos alendo, nepotum nu
triendorum debito (si quis est pudor) a
gauerunt. Accedit his, quod etiam fortunæ
longam præstandi huiusce muneris aduoc
tionem estis assecuti; cum interim consum
pti sint anni vñstri, & mariti & patris nom
ine vacui. Ite igitur, & nodosam exsoluite
pem, vtilem posteritati numerosæ.

II.

A. V.
dclvi.

Horum seueritatem M. Valerius Max
C. Iunius Bubulcus Brutus censores in co
simili genere animaduersionis imitati,
Antonium senatu mouerunt: quod quæ
virginem in matrimonium duxerat, rep
diasset, nullo amicorum in consilium ad
bito. At hoc crimen nescio an superiore
ius: illo namque coniugalia sacra spreta
tum, hoc etiam iniuriose tractata sunt.
ptimo ergo iudicio censores indignum
aditu Curie existimauerunt.

III.

A. V.
dclxix.
Liu. 39.
Plutarc.
Cotone.

Sic M. Porcius Cato L. Flaminium è
mero senatorum sustulit, quia in provin
quemdam damnatum securi percusserat,
pore supplicij ad arbitrium & spectaculo
mulierculæ, cuius amore tenebatur, elec
Et poterat inhiberi respectu consulari
que

quem is gesserat, atque auctoritate fratris
 eius V. C. T. Flaminini, sed & censor, & Cato
 duplex seueritatis exemplum, eo magis il-
 lum notandum statuit: quod amplissimi ho-
 noris maiestatem tam terro facinore in-
 nauerat: nec pensi duxerat, iisdem imagini-
 bus adscribi, meretricis oculos humano san-
 guine delectatos, & regis Philippi supplices
 manus.

Quid de Fabricij Luscini censura loquar?
 anarravit omnis ætas, & deinceps narrabit
 ab eo Cornelium Rufinum duobus consula-
 tibus, & dictura speciosissime functum,
 quod decem pondo vasa argentea cõparaf-
 set; perinde ac malo exemplo luxuriosum,
 in ordine senatorio retentum non esse. Ipsæ
 mediis fidius mihi litteræ sæculi nostri ob-
 stupefcere videntur, cum ad tantam seueri-
 tatem referendam ministerium accommo-
 dare coguntur; ac vereri ne non nostræ vr-
 bis acta commemorare existimentur. vix e-
 nim credibile est intra idem pomerium de-
 cem pondo argenti, & inuidiosam fuisse
 censum, & inopiam haberi contempri-
 mam.

M. autem Antonius & L. Flaccus censo-
 res Duronium senatu mouerunt, quod legē
 de coërcendis conuiuiorum sumptibus la-
 tam tribunus plebis abrogauerat, mirifica
 notæ caussa. Quam enim impudenter Du-
 ronium Rostra conscendit, illa dicturus. Freni
 sunt

*Quint
 etio.*

*IV.
 A. V.
 cdlxxxix.
 Liu. 14.
 Plutara.
 Sylla
 Gellius*

*V.
 A. V. dclvi.
 A. V. dclix.*

sunt iniecti vobis Quirites nullo modo perpetiendi : alligati & constricti estis amaro vinculo seruitutis . Lex enim lata est quæ vos esse frugi iubet : abrogemus igitur istud horridæ vetustatis, rubigine obsitum imperium. Etenim quod opus libertate, si volentibus luxu perire non licet?

VI.

A. V.

dxlix.

Liu. 29.

Auctor de
viris, Illust.

t. 50.

Adulatur

Tiberio.

vide Suet.

Tib:

Age, par proferamus æquali iugo virtutis, honorumque societate iunctum, instructum autem æmulationis hamo dissidens . Claudius Nero, Liuiusque Salinator secundi Punici belli temporibus firmissima Reipublice latera, quam destrectam simul egerunt centuriam suam? Nam cum equitum centurias recognoscerent, & ipsi propter robur ætatis etiamnum eorum essent è numero, vt est ad Poliam ventum tribum, præco. lecto nomine Salinatoris, citandum necne sibi esset, hæsitauit : Quod vbi intellexit Nero & citat collegam, & equum vendere iussit, quia populari iudicio damnatus esset . Salinator quoque eadem animaduersione Neronem persecutus est, adiecta causa, quod non sincere fide secum in gratiam rediisset. Quibus videri si quis cælestium significasset futurum, eorum sanguis illustrium imaginum seruet deductus, in ortum salutaris principis nostræ conflueret, depositis inimiciis, arctissimo se amicitie foedere iunxissent, seruam ab ipsis patriam communi stirpi seruandam relicturi. Salinator vero quatuor

triginta tribus inter ærarios referre non dubitavit, quod cum se damnassent, postea consulem atque censorem fecissent. prætexuitque causam quia necesse esset eas alterutro facto crimine temeritatis vel periurij teneri. Vnam tantummodo tribum Maciam vacuum nota reliquit, quæ eum suffragiis suis, ut non damnatione, ita ne honore quidem dignum iudicauerat. Quam inconstantis & præualidi illum putamus ingenij fuisse, qui neq; tristi iudiciorum exitu compelli, ne honorum magnitudine adduci potuit, quod se blandiorem in administratione Reip. gereret?

Equestris quoque ordinis bona magna- que pars quadringenti iuuenes, censoriam notam patiente animo sustinuerunt, quos * N. V. Valerius, & P. Sempronius quia in Sicilia ad munitionem opus explicandum ire iussi, facere id neglexerant; equis publicis spoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

Turpis etiam metus censes summa cum seueritate pœnam exegerunt. M. enim Atilius Regulus, & P. Furius Philus, L. Metellum quæstorem, compluresque equites Romanos, qui post infeliciter commissam Cannensem pugnam cum eo abituros se Italia iurauerant direptis equis publicis, inter ærarios referendos curauerunt, eosque graui nota affecerunt: qui cum in potestatem Annibalis venissent, legati ab eo ad senatum

VII.

A. V. di.

From. 4. c. I.

Liu. 18.

* MV. ut

sit pronomē

Manius.

VIII.

A. V.

dxxxix.

Liu. 24.

missi de permutandis captiuis, neque impe-
trassent quod petebant, in vrbe manserunt.
Quia & Romano sanguini fidem præstare
conueniens erat; & M. Atilius Regulus cēsor
perfidiam notabat; cuius pater per summos
cruciatuſ expirare, quam fallere Carthagi-
nenses, satius esse duxerat. Iam hæc censura
ex foro in castra transcendit, quæ neq; time-
ri neque decipi voluit hostem.

IX.

A. V.
dcxxxviii.
Cicer. pro
Cluentio.

Sequuntur duo eiusdem generis exempla,
eaque adiecisse satis erit, C. Geta, cum à L.
Metello, & Cn. Domitio censoribus senatus
motus esset postea, censor factus est.

A. V.
dcxlv.
Front.
aqued.
A. V. dxcix.
Cicer. pro
Cluentio.

Item M. Valerius Messalla censoria nota
perstrictus, censoria postmodum potestate
imperauit: Quorum ignominia virtutem a-
euit: rabore enim eius excitati, omnibus viri-
bus incubuerunt, vt digni ciuib. viderentur,
quib. dari potius, quã obici censura deberet.

DE MAIESTATE.

C A P. X.

ROMANORVM.

- 1 Q. Metelli Numidici iudices.
- 2 P. Africani maioris apud Antiochum re-
gem & exteros.
- 3 L. Æmilii Paulli apud Macedonas.
- 4 P. Africani maioris apud Massanisam &
Panos.
- 5 P. Rutilii exulis apud Asia ciuitates.
- 6 C. Marii proscripti apud Minturnenses.
- 7 M. Catonis Vricensis apud senatum.

3 *Eiusdem apud Populum Rom.*

EXTERNORVM.

1 *Harmodii & Aristogitonis apud Xerxene regem.*

2 *Xenocratis apud Athenienses.*

Est & illa quasi priuata censura maiestas clarorum virorum siue tribunaliū fastigio, sine apparitorum ministerio, potens in sua amplitudine obtinenda. Grato enim & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætexta velata: quam recte quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine † honore.

† *al. onere*
I.

Nam quid plus honoris tribui potuit consuli, quam est datum reo Metello? qui cum causam reperundarum diceret, tabulæque eius ab accusatore expositulata, & ad nomen inspiciendum circa iudicium ferrentur; totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his, relata erat, videret se dubitasse. Non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta sincere administratæ prouinciæ legenda sibi iudices crediderunt: indignum rati integritatem tantiviri exigua cera & paucis literis * perpendi.

A.V. dexti.
Cicer. pro
Balbo & ad
Tit. I.

* *al. perdo.*

Sed quid mirum, si debitus honos à ciuibus Metello tributus est, quem superiori Africano etiam hostis præstare non dubitauit? Si quidem rex Antiochus bello, quod cū Roma-

II.

A. V. dclxiii. Romanis gerebat, filium eius à militibus
Liu. 37. suis interceptum, honoratissime excepit, re
App. giisque muneribus donatum, ultro & cele
Syriaca. riter patri remisit: quamquam ab eo tur
A. V maxime finibus imperii pellebatur. Sed & re
dclxvi. laceffitus, maiestatem excellentissimi vi
Plutarc. venerari, quam dolorem suum vlcisci ma
 luit. Ad Africanum eundem in Literni
 villa se tenentem, complures prædonum du
 ces videndum eodem tempore forte conflu
 xerant. Quos cum ad vim faciendam venisse
 existimasset, præsidium domesticorum in
 recto collocavit, eratque in his repellendis
 & animo & apparatu occupatus. Quod quod
 prædones animaduerterunt, dimissis militibus
 bus abiectisque armis, ianux appropinquan
 quant, clara voce nuntiantes: non vitæ eius
 hostes sed virtutis admiratores venisse: colen
 spectum & congressum tanti viri quasi cele
 leste aliquod beneficium expetentes. Proinde
 securum se spectandum præbere ne grauati
 tur. Hæc postquam domestici Scipioni referen
 lerunt, fores referari, eosque intromitti iussit
 qui postes ianux tanquam aliquam religio
 sissimam aram, sanctumque templum venien
 rati cupide Scipionis dexteram apprehenderen
 dunt; ac diu deosculari, positis ante vestibuli
 lum donis, quæ deorum immortalium numine
 ni consecrari solent, læti quod Scipione in
 vidisse contigisset, ad lateres reuerterunt. Quo
 his fructu maiestatis excelsius? quid etiam in
 cu

cundius? Hostis iram admiratione sui placavit: spectaculo præsentiæ suæ latronum gestientes oculos † obstupescit. Delapsa cœlo sidera hominibus si se offerant, venerationis amplius non recipiunt.

Et hæc quidem viuo Scipioni, illud autem Æmilio Paulo exanimi contigit. Nam cum exequiæ eius celebrarentur; ac forte tunc principes Macedoniae, legationis nomine, Romæ morarentur, funebri lecto sponte sua sese subiecerunt, Quod aliquanto maius videbitur, si quis cognoscat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuisse adornatam. Quantum enim Paulo tribuerunt, propter quem gentis suæ cladum incidia per ora vulgi ferre non exhorruerunt: quod spectaculum funeri speciem alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paule Macedonia vbi nostræ illustrem ostendit: incolumem spoliis suis: fato functum humeris.

Ne filii quidem tui Scipionis Æmiliani, quem in adoptionem dando duarum familiarum ornamentum esse voluisti, maiestati parum honoris tributum est: cum enim adolescentem admodum à Lucullo consule petendi auxiliij gratia ex Hispania in Africam missum, Carthaginenses & Massanisa Rex de pace disceptatorem, velut consulem & imperatorem habuerunt. Ignara quidem factorum suorum Carthago: Orientis enim illud iuuentæ decus, deorum atque hominum

† *al. vidit.*

III.

A. V.

*dxciij.**Plutarc.*

IV.

A. V. *dcii.**App.**Libyca.*

in-

indulgentia, ad excidium eius alebatur: ut fu-
perius cognomen Africanum capta, postea
rius euerfa Cornelie genti daret.

V.
A.V. dclx.
Liu. 50.
Senec. epist.
81.

Quid damnatione, quid exilio miserum
At P. Rutilio conspiratione publicanorum
perculso, auctoritatem adimere non valuerunt.
Cui Afiam petenti omnes prouincie
lius ciuitates legatos secessum eius operien-
tes obuiam miserunt. Exulare aliquis hoc
co, an triumphare iustius dixerit?

VI.
A.V. dclxv.
Plutarc.
App.
Giuil. I.

C. etiam Marius in profundum vltimi
rum miseriarum abiectus, ex ipso vitæ
crimine, beneficio maiestatis emerfit. Missi
enim ad eum occidendum in priuata domo
Minturnis clausum seruus publicus, nationis
Cimber, & senem, & inermem, & squalo-
oblitum, strictum gladium tenens, aggre-
non sustinuit, sed claritate viri occæcatus
abiecto ferro, attonitus inde ac tremens
git. Cimbrica nimirum calamitas oculum
hominis perstrinxit: deuictæque suæ gen-
interitus animum comminuit: etiam de
immortalibus indignum ratis, ab vno
nationis interfici Marium, quam totam
leuerat. Minturnenses autem maiestate
lius capti, compressum iam & constrictum
dira fati necessitate, incolumē præstitere
nec fuit his timori asperrima Syllæ victori-
ne in eos conseruationem Marij vlcisce-
tur, cum præsertim ipse Marius eos à col-
seruando Mario absterrere posset.

C A P. X. D E M A I E S T A T E. 115

M. quoque Porcium Catonem admiratio
fortis, & sinceræ vitæ, adeo admirabilem se-
natui fecit, vt cum inuito C. Cæsare confu-
le aduersus publicanos dicendo in curia diē
extraheret, & ob id eius iussu à lictore in car-
cerem duceretur, vniuersus senatus illum se-
quinon dubitaret: quæ res diuini animi per-
seuerantiam flexit.

VII.

A. V.

dcxciv.

Plutarc.

Gell. 4.

cap. 16.

Eodē Ludos Florales, quos Messius ædilis
faciebat, spectante, populus, vt Mimæ nu-
darentur, postulare erubuit: quod cum ex
Fauonio amicissimo sibi vna sedente cogno-
uisset, discessit è theatro, ne præsentia sua
spectaculi consuetudinem impediret: Quem
abeuntem ingenti plausu populus prosecu-
tus, priscum morem iocorum in scenam re-
uocauit; confessus plus se maiestatis vni tri-
buere, quam vniuerso sibi vindicare. Quibus
opibus, quibus imperiis, quibus triumphis
hoc datum est? exiguum viri patrimonium,
stricti continentia mores, modicæ cliente-
læ, domus ambitioni clausa, paterni ge-
neris vna imago, minime blanda frons; sed
omnibus numeris perfecta virtus. Quæ qui-
dem effecit, vt quisquis sanctum & egre-
gium ciuem significare velit, sub nomine
Catonis definiat.

VIII.

A. V.

dcxcix.

Senec. ep. 98.

Martial.

lib. 1.

EX T E R N A.

Thucyd.

Dandum est aliquid loci etiam alienige-
nis exemplis, vt domesticis aspersa, varietate
ipsa delectent. Harmodij & Aristogitonis,
qui

qui Athenas tyrannide liberari conati sunt effigies æneas Xerxes ea vrbe deuicta in regnum suum transtulit: longo deinde interiecto tempore, Seleucus in pristinam sedem reportandas curauit: Rhodii quoque eas vrbes suæ appulsas, cum in hospitium publice inuitassent, sacris etiam puluinaribus collocauerunt. Nihil hac memoria felicius, quam tantum uenerationis in tam paruulo ædificasset possedit.

II.

*Cicer. pro
Balbo.*

Diog.

Laert.

Quantum porro honoris Athenis Xerxi crati sapientia pariter ac sanctitate claro tributum est: Qui cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, ut more ciuitatis iuraret omnia se vere retulisse: vniuersi iudices consurrexerunt, proclamaruntque ne iniurandum diceret: Quodque sibimetipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, sinceritati eius concedendum existimarunt.

VALERII MAXIMI

LIBER III.

DE INDOLE.

CAP. I.

CVIVS EXEMPLA SVNT ROMANORVM

1 *Aemilii Lepidi pueri.*

2 *M. Catonis Uticensis.*

3 *C. Cassii Longini.*

EXTERNVM VNVM.

I. Alci.

I *Alcibiadis Atheniensis.*

Attingam nunc quasi cunabula quædam & elementa virtutis: animique procedente * *al. culmo* tempore ad summum gloriæ* cumulum peruenturi, certo cum indolis experimento, datos gustus referam.

Æmilius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, ciuem seruauit: cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta S. C. posita. Iniquum enim putauit, eum honori nondum tempestiuum uideri, qui iam virtuti maturus fuisset. Præcurrit igitur Lepidus ætatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemq; laudem è prælio rerulit, cuius eum vix spectatorem anni esse patiebantur. Arma enim infesta, & districti gladii, & discursus telorum & aduentantis equitatus fragor, & cõcurrentium exercituum impetus, iuuenibus quoque aliquantum terroris incutit. Inter quæ Æmiliæ gentis pueritia coronam mereri, spolia rapere valuit.

Hic spiritus ne M. quidem Catonis pueritiæ defuit. Nam cum in domo M. Drusi auunculi sui educaretur, & ad eum Trib. plebis Latini de ciuitate impetranda conuenissent, à Q. Poppedio Latinorum principe, Drusi autem hospite rogatus, vt socios apud auunculum adiuuaret; constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde,

ac

I.

Simile quid refert Macrobius.

Sat. I. de Tarq.

Prisci regis filio.

II.

A. V. dclxxii.

Plutarc.

Catone.

ac sapius interpellatus, in proposito persistit. Tunc Poppedius in excelsam ædium partem leuatum, abiecturum inde se, nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re a incepto moueri potuit. Expressa est itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latine & socii, hunc esse tam paruum; quo senatores ne sperare quidem nobis ciuitatem licuisse. Tenero ergo animo Cato totius Curiaegrinitatem percepit, perseuerantiaque sua Latinos iura nostræ ciuitatis apprehendere cupientes repulit.

*A.V. dclxxi.
Plutarc.*

Idem cum salutandi gratia prætextatus ad Syllam venisset, & capita proscriptorum in atrium allata vidisset; atrocitate rei commotus pædagogum suum Sarpedonem nomine interrogauit, quapropter nemo inueniretur qui tam crudelem tyrannum occideret: Cumque is, non voluntatem hominibus sed facultatem deesse, quod * salus eius magno militum præsidio custodiretur, respondisset: vt ferrum sibi daretur, obsecrauit affilando perfacile secum interfectorum, qui in lecto illius confidere soleret. Pædagogus & animum Catonis agnouit, & propositum exhorruit eumque postea ad Syllam excusum semper adduxit. Nihil hoc admirabile. Puer in officina crudelitatis deprehensus, vitæ storem non extimuit; tum maxime Consules, Municipia, Legiones, Equestris ordinem maiorem partem trucidantem: Ipsum Mærius

* *ad. Sylla.*

quid de fuga sua, quam de Syllæ nece cogitasset.

Cuius filium Faustum C. Cassius condiscipulum suum in schola proscriptionem paternam laudantem ipsum quoque, cum perperatam potuisset: idem facturum minitantiem, colapho percussit. Dignam manum, quæ publico parricidio se non contaminaret.

III.

A. V.

dclxxviii.

circiter.

Plutarch.

Brute.

EXTERNA.

Et ut à Græcis aliquid, Alcibiades ille, cuius nescio verum bona an vitia patriæ perniciosa fuerint: illis enim ciues suos decipit, his affixit: cum adhuc puer ad Periclem auunculum suum venisset, eumque secreto tristem sedentem vidisse, interrogauit, quid ita tantam in vultu confusionem gereret: At illo dicente, mandato se ciuitatis Propylææ Mineræ, quæ sunt ianuarum arcis, ædificasse, consumptaque in id opus ingenti pecunia, non inuenire quo pacto ministerij rationem redderet, atque adeo confictari. Ergo, inquit, quare potius quemadmodum rationem non reddas. Itaque vir amplissimus atque prudentissimus, suo consilio defectus, puerili usus est atque id egit ut Atheniensis finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ utrum Alcibiadem lamententur an glorientur: quoniam adhuc inter execrationem hominis

I.

Plutarch.

Et ad

- 1 M. Horatius Cocles.
- 2 Clœlia virgo.
- 3 Romulus.
- 4 A. Cornelius Cossus.
- 5 M. Marcellus.
- 6 Duellorum victores T. Manlius Torquatus. M. Valerius Corvus, & P. Sestius Aemilianus.
- 7 C. Atilius.
- 8 Equites Roman. in prælio ad Verticillam.
- 9 Idem in prælio contra Samnites.
- 10 Milites Rom. in retinenda classe Padana.
- 11 Miles Rom. in prælio Cannensi.
- 12 P. Licinius Crassus procos.
- 13 Q. Metellus Scipio procos.
- 14 M. Cato Uticensis.
- 15 Porcia M. F. M. Bruti.
- 16 M. Cato maioris Catonis filius.
- 17 P. Scipio Nasica.
- 18 M. Aemilius Scaurus.
- 19 C. Julius Caesar procos.
- 20 Tres milites, Vibius Accens, Valerius Arvilius, T. Pedanius.
- 21 Q. Cotius Achilles.
- 22 C. Atilius.
- 23 M. Cœsius Sœna.

24 L. Sicinius Dentatus.

EXTERNA.

1 T. Iubellius Campanus.

2 Gobrias ac Persa.

3 Leonidas Spartanus.

4 Othryadas Spartanus.

5 Epaminondas Thebanus.

6 Theramenes Atheniensis.

7 Theogenes Numantinus.

8 Asdrubalis Pœni vxor.

9 Harmonia Gelonis regis filia.

Nos quia iam initia procurfusque virtu-
 is patefecimus, actum ipsum persequimur,
 cuius ponderosissima vis, & efficacissimi
 acerti, in fortitudine consistunt. Nec præ-
 erit me, conditor Urbis nostræ Romule,
 principatum tibi hoc in genere laudis assi-
 gnari oportere. Sed patere, obsecro, vno te
 præcurri exemplo, cui & ipse aliquantum
 honoris debes: quia beneficio illius effectum
 est, ne tam præclarum opus tuum Roma di-
 beretur.

Et Ruscis in urbem ponte Sublicio irrum-
 ptibus, Horatius Cocles extremam eius
 artem occupauit totumque hostiũ agmen, *I. A. V. cclv.*
 nec post tergum suum pons absumpere *Liu. 2. 4.*
 , infatigabili pugna sustinuit. Atque vt *Dion. 5.*
 partiam periculo imminente liberatam vi-
 armatus se in Tiberim misit: cuius for-
 tudinem dii immortales admirati, inco-
 mitatem sinceram ei præstiterunt. Nam
 F neque

neque altitudine deiectus quassata ſive,
 que pondere armorum preſſus, nec villo
 ticiſ circuitu actus; nec telis quidem,
 vndique congerebantur, læſus turum na
 di euentum habuit. Vnus itaque tot ciui
 tes illos admiratione, hos inter læticia
 metum hæſitantes: vnusque duos a
 rima pugna confertos exercitus, alterum
 pellendo, alterum propugnando, diſtra
 Denique vnus vrbi noſtrę tantum ſcutum
 quantum Tyberis alueo, munimenti an
 Quapropter diſcedentes Etruſci dicerent
 tuerunt: Romanos vicimus, ab Horat
 ſti ſumus.

II.

A. V.

ccxlv.

Liu. 2.

Plutarc.

Poplis.

Dion. 5.

III.

A. V. iij.

Liu. 1.

Plutarc.

Dion. 2.

Propertius.

4.

* ab. corri-
 puit.

Immemorem me propoſiti mei
 pæne facit: eadem enim tempeſtate, ce
 uerſus eundem hoſtem & in eodem
 inclytum auſa facinus. Inter ceteras en
 gines obſes hoſti Porſenę data, nocturno
 pore cuſtodiam egreſſa, equum conſe
 celerique traiectu fluminis, non ſolu
 dione, ſed etiam metu patriam puella
 viris lumen virtutis præferendo.

Redeo nunc ad Romulum, qui ab
 ne Cenienſium rege ad dimicandum
 carus, quamquam & numero & fortitudo
 militum ſuperiorem ſe crederet, tutum
 erat toto cum exercitu, quam ſolus
 aciem deſcendere, ſua potiffimum de
 men victorię * rapuit: nec incepto ei

tuna defuit. Occiso enim Acrone, fufisque
 hostibus, epima de eo spolia Ioui Feretrio re-
 tulit. Haftenus istud: quia publica religio-
 ne consecrata virtus, nulla priuata laudatio-
 ne indiget.

A Romulo proximus Cornelius Cossus, *IV.*
 eidem deo spolia consecrauit, cum magister *A. V.*
 equitum ducem Fidenatium in acie cōgres- *cccxxv.*
 sus interemisset. Magnus initio huiusce ge- *Liu. 4.*
 neris inchoatae gloriae Romulus. Cossus quo- *Proper-*
 que militum acquisitum est, quod Romu- *tius. 4.*
 lum imitari valuit.

Ne M. quidem Marcelli memoriam ab *V.*
 his exemplis separare debemus, in quo tan- *dxxx.*
 tus animi vigor fuit, vt apud Padum Gallo- *Plutarc.*
 rum regem, ingenti exercitu stipatum, cum *Proper-*
 paucis equitibus inuaderet: quem protinus *tius. 4.*
 obtruncatum, armis exiit, eaque Ioui Fere- *VI*
 trio dicauit. *A. V.*

Eodem virtutis & pugnae genere vsi sunt *cccxcii.*
 T. Manlius Torquatus, & Valerius Coruius *§ cdi.*
 & Aemilianus Scipio. Hi enim vltro † pro- *Liu. 7.*
 uocatos hostium duces interemerunt: sed *Gell. 9.*
 quia sub alienis auspiciis rem gesserant, spo- *A. V. dcii.*
 lia Ioui Feretrio non posuerunt consecran- *Liu. 48.*
 da. Idem Spicio Aemilianus, cum in Hispa- *† al. prouo-*
 nia sub Lucullo duce militaret, atque Inter- *cantes.*
 natia praualidum oppidum circumfedere *A. V. dciii.*
 tur, primus moenia conscendit. Neque erat *Liu. 48.*
 in eo exercitu quisquam aut nobilitate, *Appian.*
 aut animi indole, aut futuris actis, *Iberica.*

cuius saluti magis parci & consuli deberet
 sed tunc clarissimus quisque iuuenum,
 amplificanda & tuenda patria, plurimum
 boris ac periculi sustinebat, deforme
 existimans, quos dignitate præstaret, ab
 virtute superari. Ideoque Aemilianus
 militiam, aliis propter difficultatem
 tibus, sibi deposcit.

VII.
 A. V.
 ccclxiii.
 Liu. 5.
 Plutarc.
 Camillo.

Magnum inter hæc fortitudinis
 plum antiquitas offert. Romani à Gal-
 rum exercitu pulsî, cum se in Capitolium
 in arcem conferrent, idque his collibus
 rati omnes non possent; necessarium
 filium in plana vrbis parte seniorum
 quendorum ceperunt, quo facilius im-
 tus reliquias imperij tueretur. Ceterum
 lo quidem tam misero tamque luctuoso
 pore, ciuitas nostræ virtutis suæ oblit-
 Defuncti enim honoribus apertis ianuis
 curulibus sellis, cum insignibus mag-
 tuum, quos gesserant, sacerdotiorum
 quæ erant adepti, confederunt, vt & ipsi
 casu suo splendorem & ornamenta vir-
 teritæ retinerent, & plebem ad fortius
 nendos casus suo vigore prouocarent.
 rabilis eorum aspectus primohostibus
 & nouitate rei, & magnificentia cultus
 pso audaciæ genere commotis. Sed qui
 bitaret, quin & Galli & victores, illam
 mirationem mox in risum & in omne
 meliæ genus conuersuri essent? Non exp-

igitur hanc iniuriæ maturitatem * C. † *al. M.*
 Atilius; verum barbam suam promulcenti *Atilius.*
 Gallo Scipionem vehementi ictu capiti infli- *Liu. 8.*
 sit, eique propter dolorem ad se occidendū *Plutarc.*
 uente cupidius corpus obrulit. Capi ergo *M. Papi.*
 virrus nescit? patientia dedecus ignorat. For- *rium vocat.*
 tuna succumbere tristius ducit omni fato,
 noua & speciosa genera interitus excogitat,
 si quisquam interit qui sic extinguitur.

Reddendus est nunc Romanæ iuuentuti *VIII*
 debitus honos & gloriæ titulus, quæ C. Sē- *A. V.*
 pronio Atratio consule cum Volscis apud *cccxxx.*
 Verruginem parum prospere dimicante, ne *Liu. 4.*
 acies nostra iam inclinata propelleret, equis
 delapsa, seipsam centuriauit, atque hostium
 exercitum rupit. Quo dimoto, proximum
 tumulum occupauit, effecitque vt omnis
 Volscorum in se conuersus impetus, legio-
 nibus nostris ad confirmandos animos sa-
 lutare laxamentum daret. Itaque cum iam
 de trophæis statuendis cogitarent, prælium
 nocte dirimente, victoresne an victi abirent,
 incerti discesserunt.

Strenuus ille quoque flos ordinis eque- *IX.*
 stris cuius mira virtute Fabius Maximus Rul- *A. V.*
 lianus magister equitum bello quod aduer- *cdxxxix.*
 sus Samnites gerebatur, male commissi præ- *Liu. 3.*
 lij crimine leuatus est. Namque Papirio Cur-
 fore propter auspicia repetenda ad Urbem
 proficiscente, castris præpositus, ac vetitus
 in aciem exercitum ducere, nihilominus
 F † manus

manus cum hoste, sed non tam feliciter
 quam temere conseruit: procul enim dubi-
 superabatur. Cæterum optimæ indolis in-
 uentus detractis equorum frenis, vehemen-
 ter eos calcaribus stimulos, in aduerso
 Samnites egit, obstinataque animi * præ-
 tia extortam manibus hostium victoriam
 & cum ea spem maximi ciuis Rulliani patri
 restituit.

* *al. præ-
 sentia.*

Qualis demum roboris illi milites?
 vehementi ictu remorum concitatam fugam
 Punicam classem, nantes lubrico pelagi, quæ
 si † camporum firmitate, pedites in litus
 traxerunt?

X

A. V.

dxxxv.

circiter.

* *al. brachio-
 rum.*

XI.

A. V.

dxxxvij.

Liv. 22.

XII.

A. V.

dcxxij.

Orosius 5.

cap. 10.

*L. Flor. 2. fi-
 ne.*

Eiusdem temporis & notæ miles, qui Cal-
 nensi proelio, quo Annibal magis vires Ro-
 manorum contudit, quam animos fregit,
 ad retinenda arma inutiles vulneribus mi-
 nus haberet, spoliare se conantis Numidæ
 ceruicem complexus, os, naribus & auribus
 corrosis, deforme reddidit: inque plenæ
 tionis morsibus expirauit. Sepone iniquum
 pugnae euentum, quantum interfectore fo-
 tior interfectus? Pœnus enim in victori-
 obnoxius morienti, solatio fuit: Romanus
 in ipso fine vitæ vindex sui extitit.

Militis huius in aduerso casu tam eg-
 gius tamque virilis animus, quam relati-
 rus sum, imperatoris. P. enim Crassus cum
 Aristonico bellum in Asia gerens, à Thraci-
 bus, quorum is magnum numerum in præ-

no habebat, inter Eleam & Smyrnam excep-
tus, ne in ditionem eius perueniret; dede-
tus, accersita ratione mortis, effugit. Virgam
anim, qua ad regendum equum vsus fuerat,
in vnius barbari oculum direxit, qui vi dolo-
ris accensus, latus Crassi sica confodit, dum-
que se vlciscitur, Romanum Imperatorem
maiestatis amissæ turpitudine liberavit. O-
stendit fortunæ Crassus, quam indignum
virum tam graui contumelia afficere voluif-
set; quoniam quidem iniectos ab ea liberta-
ti suæ miserabiles laqueos prudenter pariter
ac fortiter rupit, donatumque se iam Aristo-
nico, dignitati suæ reddidit.

Eodem mentis proposito vsus est Scipio:
namque infeliciter Cn. Pompeii generi sui
defensus in Africa partibus, classe Hispaniã
petens, cum animaduertisset nauem, qua ve-
hebatur, ab hostibus captam gladio præcor-
dia sua transuerberauit. Ac deinde prostratus
in puppi, quærentibus Cæsarianis militibus
vbinam esset imperator, respondit: Impe-
rator bene se habet, tantumque eloqui va-
luit, quantum ad testandam animi fortitu-
dinem æternæ laudi satis erat.

Tui quoque clarissimi excessus Cato Vti-
ca monumentum est, in qua ex fortissimis
vulneribus tuis plus gloriæ, quam sanguinis
manauit. Siquidem constantissime in gla-
dium incumbendo, magnum hominibus
documentum dedisti; quanto potior esse
debeat.

XIII.

A. V.

Liv. 114.

Appian.

Civil. 2.

Dion. 6.

alii.

XIV.

A. V.

decvii.

Plutarc.

Appian.

Civil. 2.

debeat probis dignitas sine vita, quam
sine dignitate.

XV.
A. V.
dcccix.
Plutarc.
Bruto.

Cuius filia minime muliebris animi: quo
cum Bruti viri sui consilium, quod de intra
ficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quã da
terrimi facti securus est, cognouisset, si
gresso cubiculum Bruto, cultellum tonso
rium quasi unguium resecãdorum causa pe
poscit, eoque velut forte elapso, se vulne
vit: Clamõre deinde ancillarum in cubice
lum reuocatus Brutus, obiurgare eã cõpõ
quod tonsoris præripuisset officium. Cui qu
creto Porcia, Non est, inquit, hoc temerari
factum meum, sed in tali statu nostro am
ris mei erga te certissimum iudicium. Expe
siri enim volui, si tibi propositum ex senten
tia parum cessisset, quam æquo animo
ferro essem interemptura.

XVI.
A. V ch.
dxxxv.
Plutarc.
Paullo
Iust. 33

Felicioꝝ progenie sua superior Cato, à
Porciæ familiæ principia manarunt. Quo
cum ab hoste in acie vehementi periculo
teretur, è vagina gladius eius elapsus de
dit: **Quem** subiectum præliantium glob
& vndique hostilibus pedibus circundant
postquam abesse sibi animaduertit, adeo
stanti animo in suam potestatem redegit,
illum periculo oppressus rapere, sed me
vacuus sumere videretur. Quo spectaculo
attoniti hostes, postero die ad eum supplica
pacem petentes venerunt.

Togę quoque fortitudo militaribus ope
ribus

ibus inferenda est, quia eandem laudem fo-
 atque castris edita meretur, Cum Ti. Grac-
 hus in tribunatu profusis largitionibus fa-
 quore populi occupato temp. * oppressam te-
 aceret; palamque dictitaret; interempto se-
 natu, omnia per plebem agi debere; in ædem
 fici publice conuocati Patres conscripti à
 consule Mucio Scæuola, quidnam in tali tē-
 pestate faciendum esset, deliberabant: Cun-
 ctisque consentibus consul armis temp. tue-
 retur, Scæuola negauit se quidquam vi esse
 pecturum. Tum Scipio Nasica, Quoniam, in-
 quit, consul, dum iuris ordinem sequitur, id
 git, vt cum omnibus legibus Romanum Im-
 perium corruat; egomet priuatus voluntati
 estræ me ducem offero: Ac deinde læuā ma-
 num apertæ togæ circumdedit, sublatusque
 dextera proclamauit: Qui temp. saluum esse
 volunt, me sequantur. eaque voce, cuncta-
 tione bonorum ciuium discussa, Gracchum
 tum scelerata factione, quas merebatur, pœ-
 nas persoluere coëgit.

A. V.
 dcxx.
 Plutarch.
 Cracch
 * al. obsef-
 sam.

Irem cum tribunus plebis Saturninus, &
 Prætor Glaucia, & Equitius designatus Trib.
 plebis maximos in ciuitate nostra seditionū
 morus excitaissent nec quisquam se populo
 concitato opponeret: primum M. Aemilius
 Scaurus. C. Marium consulatum sextum ge-
 rentem hortatus est, vt libertatem legesque
 manu defenderet: protinusque arma sibi af-
 ferri iussit: Quibus allatis, vltima senectū-

A. V.
 dcliii.
 Appiani
 Ciuil. I.
 Cic. pro
 Bubrio

debeat probis dignitas sine vita, quam
sine dignitate.

XV.
A. V.
cccix.
Plutarc.
Bruto.

Cuius filia minime muliebris animi: quoniam
cum Bruti viri sui consilium, quod de inter
ficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quâ
terram facti secutus est, cognouisset
gresso cubiculum Bruto, cultellum ton
rium quasi unguium resecādorū caussa
poscit, eoque velut forte elapso, se vulne
uit: Clamōre deinde ancillarum in cubicu
lum reuocatus Brutus, obiurgare eā cepit
quod tonsoris præripuisset officium. Cui
creto Porcia, Non est, inquit, hoc temer
factum meum, sed in tali statu nostro
ris mei erga te certissimum iudicium. E
siri enim volui, si tibi propositum ex sen
tia parum cessisset, quam æquo animo
ferro essem interemptura.

XVI.
A. V ch.
dxxxv.
Plutarc.
Paullo
Iust. 33

Felicioꝝ progenie sua superior Cato, à
Porciæ familiæ principia manarunt.
cum ab hoste in acie vehemēti periculo
teretur, è vagina gladius eius elapsus de
dit: **Q**uem subiectum præliantium gloriæ
& vndique hostilibus pedibus circumdatur
postquam abesse sibi animaduertit; adeo
stanti animo in suam potestatem redegit
illum periculo oppressus rapere, sed me
vacuus sumere videretur. Quo spectaculo
attoniti hostes, postero die ad eum suppliciter
pacem petentes venerunt.

Togę quoque fortitudo militaribus op
rib.

bus inferenda est, quia eandem laudem fo-
 atque castris edita meretur, Cum Ti. Grac-
 hus in tribunatu profusis largitionibus fa-
 ore populi occupato remp. * oppressam te-
 neret; palamque dictitaret; interempto se-
 dat, omnia per plebem agi debere; in ædem
 dei publice conuocati Patres conscripti à
 consule Mucio Scauola, quidnam in tali tē-
 estate faciendum esset, deliberabant: Cun-
 tisque consentibus consul armis remp. tue-
 retur, Scauola negauit se quidquam vi esse
 scurum. Tum Scipio Nasica. Quoniam, in-
 quit, consul, dum iuris ordinem sequitur, id
 git, vt cum omnibus legibus Romanum Im-
 perium corruat; egomet priuatus voluntati
 stræ me ducem offero: Ac deinde læuâ ma-
 num apertæ togæ circundedit, sublataque
 dextera proclamauit: Qui remp. saluum esse
 volunt, me sequantur. eaque voce, cuncta-
 tione bonorum ciuium discussa, Gracchum
 scelerata factiōe, quas merebatur, pœ-
 nas persolvere coëgit.

Item cum tribunus plebis Saturninus, &
 Prætor Glaucia, & Equitius designatus Trib.
 plebis maximos in ciuitate nostra seditiōnū
 morus excitassent nec quisquam se populo
 concitato opponeret: primum M. Aemilius
 Scaurus. C. Marium consulatum sextum ge-
 rentem hortatus est, vt libertatem legesque
 manu defenderet: protinusque arma sibi af-
 ferri iussit: Quibus allatis, vltima senectū-

XVII.

A. V.

dcxx.

Plutarch.

Cracch

* al. obsef-

sam.

XVIII.

A. V.

dcliii.

Appiani

Ciui. I.

Cic. pro

Bub^orio

* al Prae-
sentia.

XIX.
A. V.
dcxvi
Casar de
bello Gal. 2.
Plutarc.

Sueton.

† al. dimi-
candū est.

XX.
A. V. dxli.
Lin. 25.
sed in expu-
gnatione
castrorum

te confectum & pæne dilapsum corpus in-
duit, spiculoque innixus ante fores Curia
constitit, ac paruulis extremi spiritus reli-
quijs, ne resp. expiraret, effecit: † Præstantia
enim animi sui senatum & equestrem ordi-
nem ad victam exigendam impulit.

Sed vt superius armorum & togæ, ita num-
etiam siderum clarum decus Diuum Iulium
certissimam veræ virtutis effigiem repræsen-
temur. Cum innumerabili multitudine, &
feroci impetu Neruiorum, inclinari a ciem
suaam videret: timidius pugnanti militi seu-
tum detraxit, eo que rectus acerrime prælia-
ri cœpit. Quo facto fortitudinem per totum
exercitum diffudit, labentemque belli fortu-
nam diuino animi ardore restituit. Idem
alio prælio legionis Martiæ aquiliferū incen-
dæ fugæ gratia iā conuersum, faucibus com-
prehensum, in contrariam partem detraxit
dexteramque ad hostem tendens, Quorsum
tu inquit, abis? illic sunt cum quibus † dimi-
camus: & manibus quidem vnum militem
adhortatione vero tam æri omnium legio-
num trepidationem cortexit, vinci que para-
tas, vincere docuit.

Cæterum vt humanæ virtutis actum ex-
equamur: cum Annibal Capuam, in quo
Romanus exercitus erat, obsideret, Vibius
Accus Pelignæ cohortis præfectus, vexi-
lum trans Pœnicum vallum proiecit: se ips-
suosque commilitones (si eo hostes pot-
essent

nera pectore excepisse, tergo cicatricibus vacuo. Nouem triumphales imperatorum currus secutum, totius ciuitatis oculos in se numerosa donorum pompa conuertentem. *Hastas plures intelligit*
 Præferbantur enim aureæ coronæ octo: ciuicæ XIV. murales tres: obfionalis vna: torques CLXXXIII. armillæ CLX. hastæ XVIII. Phaleræ X X V. ornamenta etiam legionum nedum militi satis multa.

EXTERNÆ.

Ille quoque ex pluribus corporibus vnum I.
 magna cum admiratione Calibus cruor cō- *A.V. dxlii.*
 fusus est, in quo oppido cum Fuluius Flac- *Liv. 29.*
 cus, propter Campanam perfidiam principis ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio afficiendos iudicaret, litterisque a senatu acceptis, finem pœnæ eorum statuere cogere, vltro se ei T. Iubellius Taurea Campanus obtulit, & quam potuit clara voce **Q**uoniam, inquit, Fului cupiditate tanta hauriendi sanguinis nostri teneris, quid cessas in me cruentam securim distringere, vt gloriari possis fortiolem aliquanto virum, quam ipse es, tuo iussu esse interemptum? Eo deinde dicente, libenter id se esse facturum, nisi senatus voluntate impediretur: At me, inquit, cui nihil Patres conscripti præceperunt, aspice, oculis tuis quidem gratum, animo vero tuo maius opus edentem. Protinusque interfecta coniuge ac liberis, gladio inobruit. **Q**uem illan virum putemus fuisse, qui suo-

suorum ac sua cæde testari voluit, se Fuluij crudelitatem sugillare, quam senatus misericordia vti maluisse?

II.

*Herod. 3.
Iustin. I.*

Age, Gobriæ quantus ardor animi? quia cum fordida & crudeli Magorum tyrannide Persas liberaret, vnumque ex iis obscuro loco abiectum corporis pondere vrgeret, præclari operis socio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit, ipsum vulneraret; Tu vero, inquit, nihil est quod respectu mei timidius gladio vtaris: vel per vtrumque illum agas licet, dum hic quam celerime pereat.

III.

*Herod. 7.
Iustin. 2.*

Hoc loci Leonidas Spartanus nobilis occurrit: cuius proposito, opere, exitu, nihil fortius. Nam cum CCC. ciuib. apud Thermopylas toti Asiæ obiectus, grauem illum, & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes & Cælo tenebras minitantem, pertinaciæ virtutis ad vltimam desperationem redegit. Cæterum perfidia & scelere incolarum eius regionis, & loci opportunitate, qua plurimum adiuuabatur, spoliatus; occidere dimicans, quam assignatam sibi à patriæ stationem deserere, maluit. Idæoq; tam alacri animo suos ad id prælium, quo perituri erant, cohortatus est, vt diceret: Sic prandere commilirones tamquam apud inferos cœnaturi. Mors erat denuntiata: Lacedæmonii, perinde ac

de ac victoria esset promissa, * ductori intrepide paruerunt.

* *al. dicto in trepidi.*

IV.

Herod. I.

Suid.

Plutarc.

Parallel.

V.

Iustin. 6.

Aemil.

Prob. in

vit. Suid.

Othryadæ quoque pugna pariter ac morte speciosa Thyreatium laude, quam spatio latius solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis litteris, direptam hostibus victoriam, tantum non post fata sua in sinum patriæ cruento trophæi titulo retulit.

Excellentissimos Spartanæ virtutis proventus miserabilis lapsus sequitur. Epaminondas maxima Thebarum felicitas, idemque Lacedæmonis prima clades, cum vetustam eius urbis gloriam, inuictamq; ad id tēpus publicam virtutem apud Leuctra & Mantineam, secundis proeliis, contudisset: traiectus hasta, sanguine & spiritu deficiens, recreare se conantes, primum an clypeus suus saluus esset, deinde an penitus fusi hostes forent, interrogavit: Quæ postquam ex animi sententia comperit, Non finis, inquit, commilitones vitæ meæ, sed melius & auctius initium aduenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu & auspiciis meis caput Græciæ factas video: fortis & animosa ciuitas Spartana iacet, armis nostris abiecta: Amara dominatione Græcia liberata est. Orbus quoque non tamen sine liberis morior; quoniam mirificas filias Leuctra & Mantineam relinquo. E corpore deinde suo hastam educi iussit, eo quo vulnere expiravit. Quod si cum dii immor-

mortales victoriis suis perfrui passi essent, spes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.

VI.

Ac nec Theramenis quidem Athenienſis in publica cuſtodia mori coacti, parua mentis conſtantia, in qua triginta tyrannorum iuſſu porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit: Quodque ex ea ſuperfuerat, iocabundus illiſum humo clarum edere ſonum coëgit. Renidensque ſeruo publico, qui eam tradiderat, Critiæ, inquit, propino: vide igitur vt hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex XXX. tyrannis crudeliſſimus. Proſecto eſt ſupplicio ſe liberare, tam facile ſupplicium perpeti. Itaque Theramenes, perinde ac in domeſtico lectulo moriens, vita exceſſit; inimicorum exiſtimatione punitus, ſuo iudicio finitus.

VII.

A. V. dccxx.

Lit. 59.

Sed Theramenes à litteris & doctrina virilitatem traxit: Numantino vero Theogeni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra gentis ſuæ ferocitas extitit. Perditis namque & afflictis rebus Numantinorum, cum omnes ciues nobilitate, pecunia, honoribusque præſtaret; vicum ſuum, qui in ea urbe ſpecioſiſſimus erat, contractis vndiq; nutrientis ignis, incendit, protinusque ſtrictum gladium in medio poſuit, ac binos inter ſe dimicare iuſſit: vt victus, incifa ceruice ardentibus tectis ſuperiaceretur. Qui cum tam forti lege mortis omnes abſumpſiſſet, ad vltimum ſeipſe flammis immerſit.

Verum

Verum vt æque populo Rom. inimicæ vir-
bis excidium referam. Carthagine capta, v-
xor Afrubalis exprobrata ei impietate, quod
Scipione soli sibi impetrare vitam conten-
tus fuisset; dextera læuaque communes filios
mortem non recusantes, trahens, incendio se
flagrantis patriæ iniecit.

Muliebris fortitudinis exemplo æque
fortem duarum puellarum casum adiiciam.
Cum pestifera seditione Syracusarum, tota
regis Gelonis stirpi, evidentissimis exhausta
gladibus, ad vnicam filiam Harmoniam vir-
ginem esset redacta, & in eam certatim ab
inimicis impetus fieret: nutrix eius, æqualem
illi puellam regio cultu ornatam, hostilibus
gladiis obiecit. Quæ ne cum ferro quidem
trucidaretur, cuius esset conditionis, ederet:
proclamauit admirata illius animum Har-
monia, & tantæ fidei superesse non sustinuit.
Reuocatosque interfectores, professa quæ
nam esset, in cædem suam conuertit. Ita al-
teri rectum mendacium, alteri veritas aperta
finis vitæ fuit.

DE PATIENTIA.

CAP. III.

CVIUS EXEMPLA ROM. SVNT DVO:

- 1 C. Mucius Cordus primus Scauula dictus
- 2 Pompeius legatus ad Gentium regem.

EXTERNÆ.

- 1 Puer Macedo.
- 2 Zeno Elates.

3 Alter

VIII.

A. V. dcvii.

Liu. 51.

Appian.

Libyca.

IX.

A. V.

dcxxxix.

Liu. 24.

3 *Alter Zeno.*4 *Anaxarchus Abderita.*5 *Theodorus Syracusanus.*6 *Indi.*7 *Seruus Afer in poenis & morte ridens.*

Egregiis virorum pariter ac feminarum operibus fortitudo se oculis hominum subiecit: Patientiamque in medium procedere hortata est, non sane infirmioribus radicibus stabilitam, aut minus generoso spiritu abundantem, sed ita similitudine iunctam ut cum ea vel ex ea nata videri possit.

I.

*A.V. ccxlv.**Liv. 2.**Dion. 5.*

Quid enim iis, quæ supra retuli, facto Mucii convenientius? cum à Porsena rege Etruscorum urbem nostram graui ac diutino bello vrgeri ægre ferret, castra eius clam ferro cinctus intrauit: immolantemque ante altaria conatus est occidere. Cæterum inter molitionem pij pariter ac fortis propositi oppressus, nec causam aduentus texit, & tormenta quantopere contemneret, mira patientia ostendit. Perosus enim (credo) dextram suam, quod eius ministerio in cæde regis uti nequisset, iniectam foculo exuri passus est. Nullum profecto dii immortales ad motum aris cultum attentioribus oculis viderunt. Ipsum quoque Porsenam oblitum periculi, ultionem suam vertere in admirationem coegit. Nam, Reuertere inquit, ad tuos Muci, & eis, refer, te, cum vitam meam petieris, à me vita donatum. Cuius clementiam

tiam non adulatus Mucius ; tristior Porse-
næ salute , quam sua lætior ; vrbi se cum
æternæ gloriæ cognomine , Scæuulam red-
didit.

Pompeii etiam probabilis virtus, qui dum
legationis officio fungeretur, à Geutio rege
interceptus, cum senatus consilia proderet
iuberetur, ardenti lucernæ admotum digi-
tum cremandum præbuit: eaque patientia
regi simul & desperationem tormentis quid-
quam ex se cognoscendi excussit, & expeten-
dæ populi Rom. amicitiaë magnam cupidi-
tatem ingenerauit. Ac ne plura huiusce gene-
ris exempla domi scrutando, sæpius ad ciui-
lium bellorum detestandam memoriam pro-
gredi cogar, duobus Romanis exemplis con-
tentus, quæ vt clarissimarum familiarum
commendationem, ita nullum publi-
cum mœrorem continent, externa subne-
ctam.

EXTERNA.

Vetusto Macedoniaë more regi Alexan-
dro nobilissimi pueri præsto erant sacrifi-
canti. E quibus vnus thuribulo arrepto, an-
te ipsum astitit, in cuius brachio carbo ar-
dens delapsus est: quo etsi ita vrebatur, vt ad-
usti corporis eius odor ad circumstantium
nares perueniret; tamen & dolorem silentio
preffit, & brachium immobile tenuit, ne
sacrificium Alexandri, aut concusso thuribu-
lo impediret, aut edito gemitu regias aures
asper-

II.

A. V.
dxxciv.
circiter.

L

* *al. exasperaret.*

*aspergeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perseverantiae experimentum sumere voluit: consulto enim sacrificavit dutius, nec hac re eum a proposito repulit. Si huic miraculo Darius inlevisset oculos scisset eius stirpis milites vincere non posse, cuius infirmam aetatem tanto robore praeditam animadvertisset.

II.

*Suid. Diog.
Laert. Cic.
Tuscul. I.*

Est Scylla vehemens & constans animi meliorumque litteris pollens venerabilium doctrinarum sacrorum antistes philosophia, quae ubi peritiora recepta est hominum, inhonesto atque inutiles affectu dispulso, totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metum ac dolore faciens.

Incipiam autem à Zenone Eleate: qui cum esset in dispicienda rerum natura maximam prudentiam, inque excitandis ad vigorem ingenium animis promptissimus, praceptorum fidem exemplo virtutis suae publicavit. Per Siciliam enim egressus, in qua frui securam libertate poterat, Agrigentum miserabili sevitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus, ut sperauerit & tyranno & Phalari vesanae mentis feritatem se diripi posse. Postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis, quam consilii salubritatem valere animadvertit, nobilissimos eius civitatis adolescentes cupiditate liberandae patriae inflammavit. Cuius rei cum iudicium ad tyrannum mansisset

conuocato in forum populo torquere eum
 vario cruciatus genere cœpit, subinde quæ
 rens quosnam consilii participes haberet: At
 ille nec eorum quempiam nominauit, sed *De eius*
 proximum quemque ac fidissimum tyranno *morte vari-*
 suspectum reddidit: Increpitanque Agrigen- *ant aucto-*
 tinis ignauiam ac timiditatem, effecit vt subi- *res, vt Cic.*
 to mentis impulsu concitari, Phalarim lapi- *Off. 2.*
 dibus prosternerent. Senis ergo vnus eculeo *Ouid.*
 impositi, non supplex vox, nec miserabilis e- *ibidem.*
 iulatus; sed fortis cohortatio totius vrbis a-
 nimam fortunamque mutauit,

Eiusdem nominis philosophus, cum à Ne *III.*
 archo tyranno, de cuius nece consilium in- *Idem cum*
 ierat, torqueretur, supplicij pariter atque in- *superiore, vt*
 dicandorum consciorum gratia; doloris vi- *alii aucto-*
 ctor, sed vltionis cupidus, esse dixit quod eū *ret iam di-*
 secreto audire admodum expediret: laxato- *cti tradunt.*
 que eculeo postquam insidiis opportunum
 tempus animaduertit, aurem eius morsu cor-
 ripuit, nec ante dimisit, quam & ipse vita &
 ille corporis parte priuaretur.

Talis patientiæ æmulus Anaxarchus, cum *IV.*
 à tyranno Cypriorum Nicocreonte torque- *Diogen.*
 retur nec vlla vi inhiberi posset, quo minus *Cicer.*
 amarissimorum eum maledictorum verberibus *Tusc. 2.*
 inuicem ipse torqueret: ad vltimum am- *Ouid.*
 putationē linguæ minitanti, Non erit, inq̄r, *Ibidem.*
 effeminate adolescens, hæc quoq; pars cor-
 poris mei tuæ ditionis: protinusq; dentibus
 abscissam, & commanducatam linguam, in

Plutarc.
Alexand.

os eius ira patens expuit. Multorum aurem
illa lingua, & in primis Alexandri regis ad-
miratione sui attonitas habuerat, dum ter-
ræ condicionem, habitum maris, siderum
motus, totiusque denique mundi naturam
prudentissime & facundissime exprompsit.
Pene tamen occidit gloriosius, quam viginti
quia tam forti sine illustrem professionis a-
ctum comprobavit, Anaxarchusque vitam
non modo non deseruit, sed mortem reddi-
dit clariorem.

V.
A. V.
Lxxxviiij.
Liu. 24.

In Theodoro quoque viro gravissimo
Hieronymus tyrannus frustra tortorumma-
nus fatigavit. Rupit enim verbera, fidecula
laxavit, soluit eculeum, laminas extinxit
prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii
conscios indicaret. Quin etiam satellitem
in quo totius dominationis summa, qualem
quodam cardine, versabatur, falsa crimina-
tione inquinando, fidum lateri eius custo-
dem eripuit; beneficioque patientiæ, non
solum quæ occultra fuerunt, texit, sed etiam
tormenta sua ultus est: quibus Hieronymus
dum inimicum cupide lacerat amicum re-
mere perdidit.

VI.
Plin. 7. c. 2.
Cicer.
Tusch. 5.
Philost.
Apol. de
Brachmã.

Apud Indos vero patientiæ meditatio tam
obstinate vsupari creditur, ut sint qui om-
ne vitæ tempus nudi exigant, modo Cauca-
sæ montis glaciali rigore corpora sua duran-
tes, modo flammis sine villo gemitu obli-
scentes: Atque haud parua his gloria com-
tem

emptu doloris acquiritur, titulus namque sapientiae datur.

Hac è pectoribus altis & eruditis orta sūt: Illud tamen non minus admirabile, quod seruilis animus cepit.

Seruus barbarus Asdrubalem, quod dominum suum occidisset, grauiiter ferens, subito aggressus interemit. Cumque comprehensus omni modo cruciaretur, lætitiā tamen quam ex vindicta ceperat, in ore constantissime retinuit. Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, ingenia viuida ad se penetrare patitur, neq; haustum sui cum aliquo per bonarum discrimine largum malignumue trahet, sed omnib. æqualiter exposita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis atque honoris, æstimat. Inque captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit, quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas.

VII.

A. V.

xxxij.

Iusti 44.

Liu. 21.

DE HUMILI LOCO NATIS QUI
clari euaserunt.

CAP. IV.

APVD ROMANOS.

- 1 Tullus Hostilius rex.
- 2 L. Tarquinius Priscus rex.
- 3 Ser. Tullius rex.
- 4 C. Terentius Varro.
- 5 Perperna.
- 6 M. Porcius Cato.

APVD EXTEROS.

G

L. Secm

1 *Socrates Atheniensis.*2 *Euripides & Demosthenes.*

Quos sæpe euenit, vt & humili loco nati ad summam dignitatem consurgant, & generosissimarum imaginū fœtus, in aliquo deuoluti dedecus acceptam à maioribus, in tenebras conuertant. Quæ quidem plura sua exempla reddentur: vt primum de his ordiar, quorum in meliorem statum facta mutatio, splendidam relatu præbet materiam.

I,

*Liu. 1.**Dion. 3. à**Valerio discipulis**fentiunt.**A. V.**xxcij.**circiter.*

II,

*A. V.**xxxviiij.**Liu. 1.**Dion. 3.*

Incunabula Tulli Hostilii agreste tugurium cepit: eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior ætas Imperium manu rexit & duplicauit: senectus excellentissimis ornamentis decorata, in altissimo maiestatis fastigio fulsit.

Verum Tullus etsi magnus, & admirabilis incrementi, domesticum tamen exemplum est. Tarquinium autem Priscum ad Romanum Imperium occupandum fortuna in orbem nostram aduexit: alienum, quod oritur in Corintho: fastidiendum, quod mercatore marato genitum: erubescendum, quod ex exule. Cæterum tam prospero condicione suæ euentu, industrium pro ignominia pro inuiso gloriosum reddidit: Dilatatum imperii fineis, cultum deorum nouis sacerdotiis auxit, numerum senatus amplificauit, equestrem ordinem vberiore religione. Quæque laudem eius consummatio est.

C A P. IV. DE HVM LOC NAT. 147
claris virtutibus effecit, ne hæc ciuitas pœni-
tentiam ageret, quod regem à finitimis po-
tius mutuasset, quam de suis legisset.

In Ser. autem Tullio fortuna præcipue vi-
res suas ostendit: vernam huic vrbi natum,
regem dando. Cui quidem diutissime Impe-
rium obtinere, quater lustrum condere, ter
triumphare contigit: At summam aut vnde
processerit, aut quo peruenerit, statuæ ipsius
titulus abunde testatur, seruili cognomine &
regia appellatione perplexus.

Miro quoque gradu Varro ad consulatum
ex macellaria patris taberna conscendit: Et
quidem fortuna parum duxit sordidissimæ
mercis capturis alito, XII. fasces largiri; nisi
etiam L. Æmilium Paullum dedisset collegã:
Atque ita se in eius sinum infudit, vt cum a-
pud Cannas culpa sua vires populi Rom. ex-
hausisset, Paulum, qui prælium committere
noluerat, occidere pateretur; illum in vr-
bem incolumem reduceret. Quinetiam se-
natum gratias ei agentem, quod redire vo-
luisset, ante portas eduxit: extuditque vt
grauissimæ cladis auctori etiam Dictatura
deferretur.

Non paruus consulatus rubor M. Perper-
na, vt pote qui consul ante quam ciuis; sed in
bello gerendo vtilior aliquanto reip. Var-
rone Imperatore. Regem enim Aristonicum
cepit, Crassianæque stragis punitor exit.
Cum interim cuius vita triumphauit, mors

III.

A. V.

clxxv.

Liu. 1.

& Dion. 4.

IV.

Liu. 22.

A. V.

clxxvii.

Liu. & aliis

V.

A. V.

clxxxiii.

Vell. 2.

Inst. 36.

Strab. 14.

De triumpho nihil alii, nam in prouincia mortuum scribunt.

*VI.
A. V.
dxiix.
circiter.
Plutarc.
Cicer. in
Catone.*

Papia lege damnata est. Namque patrem illius, nihil ad se pertinentia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio petatum, redire in pristinas sedes coegerunt. Ita M. Perpernae nomen adumbratum, falsus consulatus, caliginis simile imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe improbe peregrinatus est.

M. Vero Porcij Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen suum Tusculi ignobile, Romae nobilissimum reddidit. Ornata sunt nam ab eo litterarum Latinarum monumenta, adiuta disciplina militaris, aucta maiestas senatus, prorogata familia, in qua maximum decus posterior est ortus Cato.

EXTERNAE.

*I.
Diogen.
Laert.
Plato in
Theat. &
Euthydem.
Plato.
Phaedone.
Cicer.
Tusc. 5.
* al. habitu*

Sed vt Romanis externa iungamus, Socrates non solum hominum consensu, verum etiam Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, Phanarete matre obstetrice, & Sophronisco patre marmorario genitus, ad clarissimum lumen gloriae excessit, neque immerito. Nam cum eruditissimorum virorum ingenia in disputatione caeca vagarentur, mensurasque Solis & Lunae, & ceterorum siderum loquacibus magis, quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum complecti auderent; primus a his indoctis erroribus abductum animum intima condicionis humanae, ac in secessum

CAP. VI. DE HVM. LOC NAT. 149
pectoris repositos effectus scrutari coegit: si
virtus per se ipsam æstimetur, vitæ magister
optimus.

II.

Gel. 15.

cap. 20.

vide Suido.

de Euripide.

Plutarc.

Demost.

Quam matrem Euripedes, aut quem pa-
trem Demosthenes habuerit, ipsorum quo-
que sæculo ignotum fuit: alterius autem ma-
trem olera, alterius patrem cultellos vendi-
tasse omnium pene doctorum literæ loquū-
tur: Sed quid aut illius tragica, aut huius o-
ratoria vi clarius?

QUI APRAECLARIS PA-
rentibus degenerarunt.

CAP. V.

1 Cn. Scipio Africanis maioris filius.

2 Q. Fabius Allobrogici. F.

3 P. Clodij & Fulviae. F.

4 M. Hortensius Corbio.

SEQUITUR duplicis promissi pars ad
opertis illustrium virorum imaginibus red-
denda: quoniam quidem sunt referenda, que
ab earum splendore degenerauerunt, terri-
mis ignauitæ ac nequitia sordibus imbuta
nobilis portenta.

II.

A. V.

dlxiii.

Liu. 37.

Appian.

Syriaci. lii.

A. V. d.

Liu. 30.

Polyb. 16.

Quidem enim monstro similis, quam supe-
rioris Africani filius Scipio; Qui in tanta do-
mestica gloria ortus, à paruulo admodum
regis Antiochi Præsidio capi sustinuit: cum
ei voluntaria morte absumi satius fuerit,
quam inter duo fulgentissima cognomina
patris & patru, altero oppressa Africa iam
parto, altero iam maiore ex parte recupera-

G 3

13

ta Asia, surgere incipiente, manus vincien-
das hosti tradere, eiusque beneficio precarium
spiritum obtinere: de quo mox L. Scipio spe-
ciosissimum deorum hominumque oculis
subiecturus erat triumphum.

Idem præturæ petitor candidam togam a
deo turpitudinis maculis obsolefactam in
campum detulit, ut nisi gratia Cicerei, qui
patris eius scriba fuerat, adiutus esset, hono-
rem à populo impetraturus non videretur.
Quamquam quid interfuit utrum repulsam,
an sic adeptam præturam domum referret?
quam cum propinqui ab eo pollui animad-
uerterent, id egerunt ne aut scilam ponere,
aut ius dicere auderet. Insuperque è manu e-
ius annulum, in quo caput Africani iculptū
erat, detraxerunt. Dī boni quas tenebras ex
quo fulmine nasci passi estis.

Age Q. Fabii Max. Allobrogici & ciuis,
& Imperatoris clarissimi filius Q. Fabius
Max. quam perditam luxuria vitam egit? cu-
ius ut cetera flagitia obliterentur, tamen a-
bunde illo dedecore mores nudari possunt,
quod ei Q. Pompeius prætor urbanus pater-
nis bonis interdixit: neque in tanta ciuitate,
qui illud decretum reprehenderet, inuentus
est: Dolenter enim hominis ferebant, pecu-
niam quæ Fabiæ gentis splendori seruire de-
beat, flagitiis disijci. Quem ego nimia patris
indulgentia hæredem reliqueram, publica se-
ueritas exheredauit.

Poste-

A. V.

dlxxxix.

Liu. II. de
eius prætu-
ra quam in
no sequen-
tigessit. vide
Val. 4. c. 5.

A censorib.
notatus ac
senatus mo-
tus Linius.

II.

A. V.

dcxlii.

CAP. V. DE GENERIBVS 151

Possedit fauorem plebis Clodius Pulcher, adhærensque Fuluianæ stolæ pugio, militare decus muliebri Imperio subiectum habuit. quorum filius Pulcher, præterquam quod eneruam & frigidam iuuentam egit, perditio etiam amore vulgarissimæ meretricis infamis fuit, mortisque erubescendo genere consumptus est: Abdomine enim auide deuorato, fœdæ ac sordidæ intemperantiæ spiritum reddidit.

Iam. Q. quidem Hortensii, qui in maximo & ingenuorum ciuium, & amplissimorum prouentu summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abiectiorem & obscœniorem vitam exegit: ad ultimum quæ lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quam aui pro salute ciuium in foro excubuerat:

DE ILLUSTRIBVS QUI IN

Veste aut cetero cultu licentius sibi indulserunt.

CAP. VI,

- 1 P. Scipio maior.
- 2 L. Scipio Asiaticus.
- 3 L. Cornelius Syl. a.
- 4 C. Duilius.
- 5 C. Papirius Mase.
- 6 C. Marius.
- 7 M. Cato Uticensis.

III.

A. V.

doxxv. trib. pl.

Ciceronem expulit plebeia factio. ne stipatus.

A. V. dccxli.

Fulvia M.

Antonio

post Clodii

nupta gla-

dio accin-

bellum Ca-

sari Octa-

uiano intul-

lit.

Dion. 44.

IV.

Tacit. 2.

Suet.

Tib.

A N I M A D V E R T O in quam periculosum iter processerim. Itaque meipse reuocabo, ne si reliqua eiusdem generis naufragia consecretari perseuerauero, aliqua inurili relatione implicer. Referam igitur pedem, deformesque umbras in imo gurgite turpitudinis suæ iacere patiar. Satius est enim narrare qui illustres viri in cultu, cæteroque ritu, aliqua ex parte nouando, sibi indulserunt.

I.

A. V.
dclviii.
Lm. 39.

P. Scipio, cum in Sicilia augendo, traiciendoque in Africam exercitu opportunum quærendo gradum, Carthaginiis ruinam animo volueret; inter consilia ac molitiones huius tantæ rei operam gymnasio dedit, pallioque & crepidis vsus est. Ne hac re segniores Pœnicis exercitibus manus intulit: sed nescio an ideo alacriores, quia vegeta & strenua ingenia, quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim etiam fauorem, cum sociorum vberiore se adepturum existimasse, si victum eorum & solenes exercitationes comprobasset: Ad quas tum veniebat, cum multum ac diu fatigasset humeros, & cetera membra militari agitatione firmitatē suā probare coëgisset: cōsistebatque in his labor eius, in illis remissio laboris. L. vero Scipionis statuam chlamydatam & crepidatam in Capitolio cernimus: Quo habitu videlicet, quia aliquando vsus erat; effigiem suam formatam poni voluit.

II.

Cicer. pro
C. Rabirio.

III.

A. V.
dclxxiv.
Cic. Rabiriana.

L. quo-

CAP. VI. DE LICENTIA CVTTIJS.

L. quoque Sylla, cum Imperator esset, *IV.*
 Chlamydato sibi & crepidato Neapoli am- *A. V.*
 bulare deforme non duxit. *cdxciii.*

C. autem Duilius, qui primus naualem *Cic. in Ca-*
 triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunq; *tone.*
 epulaturus erat, ad funalem cereum, præcun- *Liu. 17.*
 te tibicine & fidicine, à cœna domū reuerti *L. Flor.*
 solitus, insignem bellicæ rei successum no- *cap. 2.*
 cturna celebratione testando.

Papirius quidem Maso, cum bene gesta *V.*
 Rep. triumphum a Senatu non impetrasset, *A. V.*
 Albano monte triumphandi & ipse initium *dxii.*
 fecit, & ceteris postea exemplum præbuit: *Plin. 15.*
 proque laurea corona, cum alicui spectacu- *cap. 29.*
 lo interesset, myrtea semper vsus est. *VIII.*

Iam C. Marii pœne insolens factum, nam *A. V.*
 post iugurthinum, Cimbricumque, & Teu- *dclii.*
 tonicum triumphum, cantharo semper po- *Plin. 33.*
 tauit: quod Liber Pater, inclytum ex Asia du- *cap. 11.*
 cens triumphum, hoc vsus poculi genere fe-
 rebatur; vt inter ipsum haustum vini, victo-
 riæ eius suas victorias compararet.

M. autem Cato Prætor, M. Scuri cætero- *VII.*
 rumque reorum iudicia, nulla indutus tuni- *A. V.*
 ca, sed tantummodo præta amictusegit. *dcxcix.*

DEFIDVCIA SVI.

CAP. VII.

QVÆ IN ROMANIS.

1 P Scipione maiore.

2 Scipione Aemiliano Cos. II.

3 P. Nasica Serapione Cos.

G 5

4 M. Li-

Plutarc:
 Pad in
 Scaurianæ.

- 4 M. Liuius Salinator Cos.
- 5 P. Furius Philo Cos.
- 6 L. Licinius Crassus procos.
- 7 M. Catone maiore reo.
- 8 M. Aemilio Scauro reo.
- 9 M. Antonio oratore.
- 10 Senatu Romano.
- 11 L. Accio poeta.

QVAE IN EXTERNIS.

- 1 Euripide poeta.
- 2 Antigenida tibicine.
- 3 Zeuxe Pictore.
- 4 Phidia sculptore.
- 5 Epaminonda Thebano.
- 6 Annibale Pæno.
- 7 Cotye Thracum rege.
- 8 Androclida, Leonida, & Agide Spartanis.

Sed hæc, atque his similia, virtutis aliquam sibi in consuetudine nouanda licentiæ suæ mentis indicia sunt. Illis autem quæ deinceps subnectam, quantum sui fiduciam habere soleant, cognoscerur.

A. V.
dxli.

Liui. 25.

App. Iberica Polyb.

I.

A. V.
dxlii.

P. & C. Scipionibus in Hispania cum maiore parte exercitus ab acie Punica oppressis omnibusque prouinciæ eius nationibus Carthaginensium amicitiam secutis, nullo discrimine nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente, P. Scipio quartum & vigesimum annum agens irurum se pollicitus est. Quæ quidem fiducia populo Romano salutis

salutis ac victoriæ spem dedit. Eademque in ipsa Hispania vsus est. Nam cum oppidum Badiam circumfederet, tribunal suum radeunt, in ædem, quæ intra mœnia hostium erat: vadimonia in posterum diem facere iussit: continuoque vrbe positus, & tempore & loco, quo prædixerat, sella posita, ius eis dixit. Nihil hac fiducia generosius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius: Nec minus animosus, minusve prosperus illius in Africam transitus, in quam ex Sicilia exercitum senatu vetante, traduxit; quia nisi plus in ea re suo, quam patrum conscriptorum consilio credidisset; secundi Punici belli finis inuentus non esset. Cui factò par illa fiducia, quod postquam Africam attigit, speculatores Annibalis castris deprehensos, & ad se perductos, nec supplicio affecit, nec de consilijs ac viribus Pœnorum percunctatus est. Sed circa omnes manipulos diligentissime deducendos curauit. Interrogatosque an satis ea considerassent, quæ speculari iussi erant, prandio dato ipsis, iumentisque eorum, incolumes dimisit: Quo tam pleno fiduciæ spiritu prius animos hostium, quam arma contudit. Verum vt ad domestica eximiæ eius fiduciæ acta veniamus: cum à L. Scipione ex Antiochensi pecunia HS. quadragies, ratio in curia reposceretur, prolatum ab eo librum, quo acceptæ & expensæ summa con-

Lin. 26.

Ap. Polyb.

10.

A.V. dcliv.

Zonaras

obscure

Plutarc.

Apoph.

A. V.

dclix.

Lin. 19.

Appian.

Africana.

A.V. dli.

Lin. 30.

Zonaras.

A.V. dlxvi.

Lin. 38.

Auct. do

Vir Illust.

tinebatur, & refelli inimicorum accusatio poterat, discerpsit: indignatus de ea re dubitari, quæ sub ipso legato administrata fuerat. Quineriam in hunc modum egit: Non reddo patres conscripti ærario vestro, HS. quadragies rationem, alieni imperii minister, quod meo ductu, meisque auspiciis bis millies HS. vberius feci. Neque enim huc puto malignitatis ventum, vt de mea innocentia quærendum sit. Nam cum Africam totam potestati vestræ subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Asiaticæ gazæ auarum reddiderunt: sed vterque nostrum magis inuidia, quam pecunia locupletior est. Tam constantem defensionem Scipionis vniuersus senatus comprobauit.

Liu. 38.

Sicut & illud factum: quod cum ad necessarium Reip. vsum pecuniam ex ærario promi opus esset; Idque Quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, priuatus clauis poposcit, patefactoque ærario, legem vtilitati cedere coëgit. Quam quidem ei fiduciam conscientia illa dedit, quia meminerat omnes leges à se esse seruatas. Non fatigabor eiusdem facta identidem referendo, quoniam nec ille quidem in consimili genere virtutis edendo fatigatus est. Diem illi ad populum M. Næuius tribunus pleb. aut (vt quidam memorant) duo Petillij dixerant.

A. V.

alxvi.

Liu. 38.

Gell. 4.

cap. 18.

rant: quo ingenti frequentia in forum dedu-
ctus, rostra conscendit, capiti que suo corona
triumphali imposita. Hac, inquit, Quirites,
die, Carthaginem magna sperantem, leges
vestras accipere iussi: proinde æquum est vos
mecum ire in Capitolium supplicatum. Spe-
ciosissimam eius deinde vocem æque clarus
euentus secutus est: siquidem & senatum to-
rum, & vniuersum equestrem ordinem, &
cunctam plebem Iouis Optimi Maximi pul-
uinaria petens, comitem habuit. Restabat vt
tribunus apud populum sine populo ageret,
desertusque in foro cum magno calumniæ
sue ludibrio, solus moraretur. Cuius deu-
tandi ruboris causa, in Capitolium proces-
sit, deque accusatore, Scipionis venerator est
factus.

Auiti spiritus egregius successor Scipio II.
Æmilianus, cum urbem præualidam obside- A. V.
ret, suadentibus quibusdam vt circa mœnia dcxxxix.
eius ferreos murices spargeret, omnia que va-
da tabulis plum patis consterneret, habenti-
bus clauorum cacumina, ne subita eruptio-
ne hostes in præsidia nostra impetum facere
possent: respondit, Non esse eiusdem, & ca-
pere aliquos velle, & timere.

In quamcunque memorabilium partem III.
exemplorum conuertar, velim nolim, in co- A. V. dxxxii.
gnomine Scipionum hæream necesse est.
Qui enim licet hoc loci Nasicam præterire
fidentis animi, dictique clarissimum aucto-
rem?

rem? Annonæ caritate increbescente, C. Curatius Tribunus, pleb. productos in concionem Coss compellebat, vt de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis in curiam referrent, Cuius instituti minime vtilis interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri cœpit. Obstrepente deinde plebe, Tacere, quæso: Quirites, inquit: plus enim ego, quam vos quid reipub. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis silentio, maiorem eius auctoritatis, quam suorum alimentorum respectum egerunt.

IV.

*A. V. dxxvii
Liu. 27.*

Liuij quoque Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui cum Afrubalem, exercitumque Pœnorum in Vmbria delectet, & ei diceretur, Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus & signis, sparsos ac palantes parua manu opprimi posse, respondit. Parci eis oportere, ne hostibus tantæ cladis domestici nuntii deessent.

V.

A. V. dxxvii

Bellica hæc præsentia animi: togata illa, sed non minus laudabilis, quam P. Furius Philus consul in senatu exhibuit. Q. enim Metellium. Q. que Pompeium consulares viros vehementes inimicos suos, cupitam sibi profectioem in prouinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantes legatos secum illuc ire coegit. O fiduciam non solum fortem, sed pœnectiam temerariam; qua duobus acerrimis odiis latera sua

cingere est ausus, vsumque ministerij vix tutum in amicis, è sinu inimicorum petere sustinuit!

Huius factum, si cui placet; necesse est L. etiam Crassi, qui apud maiores eloquentia clarissimus fuit, propositum non displiceat: nam cum ex consulatu prouinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad speculanda acta sua venisset; non solum eum inde non summo- uit, sed insuper locum ei in tribunali assigna- uir, nec vlla de re, nisi eo in consilium adhi- bito, cognouit. Itaq; acer & vehemens Car- bo nihil aliud Gallica peregrinatione con- secutus est, quam vt animaduerneret fontem patrem suum ab integerrimo viro in exilium missum.

Cato vero superior sæpenumero ab ini- micis ad causæ dictionem vocatus, nec vllò vniquam crimine conuictus: ad vltimum tã- tum fiduciæ in sua innocentia reposit, vt ab his in quæstionem publicam deductus Ti. Gracchum, a quo in administratione reip. ad * multum odium dissidebat, iudicem depo- sceret. Qua quidem animi præstantia perti- naciam eorum insectandi se inhibuit.

Eadem M. Scauri fortuna, æque senectus longa ac robusta, idem animus. Qui cum pro rostris accusaretur, quod à rege Mithridate ob remp. prodendam pecuniam accepisset. causam suam ita egit: Est quidem iniquum

Qui-

VI.

A.V. dclix.

Cicer.

Verr. 5.

VII.

A. V.

dlxxv.

circiter.

* al. vltimè

VIII.

A.V. dclxij.

Pad. in Scavo-

rianâ. Auô.

de Viris.

Illustr.

Quinctil.
§ cap. 12.

Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum maior pars honoribus & actis meis interesse non potuit, interrogare: Varius Sucronensis Æmilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Rom. prodidisse ait: Æmilium Scaurus huic se affinem esse culpæ negat. vtri creditis? Cuius dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore depulit.

IX.
A. V.
dccxxxix.

Contra M. Antonius ille disertus: non enim respuendo, sed amplectendo causæ dictionem, quam innocens esset, testatus est. Quæstor proficiscens in Asiam, Brundisium iam peruenerat: vbi literis certior factus in cesti se postulatam apud L. Cassium Præto-rem, cuius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qua reip. causa abessent, recipi nomina vetabat: in urbem tamen recurrit: Quo- tam pleno fiduciæ bonæ consilio, cum abso- lutione celerem, tum profectioem honesti- orem consecutus est.

X.
A. V.
cdlxxij.
Inst. 18.

Sunt & illa speciosæ fiduciæ publica ex-
 empla. Nam eo bello, quod aduersus Pyr-
 rhum gerebatur, Carthaginenses C. ac XXX.
 nauium classem in præfidiū Romanis Ostiā
 vltro cum misissent; senatui placuit legatos
 ad ducem eorum ire, qui dicerent, populum
 Rom.

Rom. bella suscipere solere, quæ suo milite gereret posset: proinde classem Carthaginem reducerent. Idem post aliquot annos Cannensi clade exhaustis Romani imperii viribus, supplementum exercitus in Hispaniam mittere ausus, fecit ut hostilium locus castrorum, tum maxime Capenam portam armis Annibale pulsante, minoris veniret, quam si Peni illum non obtinerent. Ita se gerere in aduersis rebus quid aliud est, quam sæuientem fortunam, in adiutorium sui pudore victam conuertere?

Magno spacio diuisus est à senatu ad poetam Accium transitus. Cæterum ut ab eo decentius ad externa transeamus, producat in medium. Is Julio Cæsari, amplissimo & florentissimo viro, in collegium poetarum venienti nunquam assurrexit: non maiestatis eius immemor, sed quod in comparatione communium studiorum, aliquanto superiorem sese esse consideret. Quapropter insolentiae crimine caruit, quia ibi voluminum non imaginum certamina exercebantur.

EXTERNÆ.

Nec Euripides quidem Athenis arrogans visus est, cum postulante populo, ut extragœdia quamdam sententiam tolleret, progressus in scenam, dixit: Se, ut eum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas componere solere. Laudanda profecto fiducia est; quæ æsti-

A. V. d. xlii.

Liu. 26

Zonar.

Collinanus.

scribit.

Liu.

XI.

C. Cæsarem.

Strabonem.

intelligit,

qui bello.

Mariano.

perit.

† al. existimationem.

† estimationem sui certo pondere examinat, tantum sibi arrogans, quantum à contemptu & insolentia distare satis est.

* al. praedire.

Itaque etiam quod Alcestidi tragico poetæ respondit, probabile: apud quæ cum quereretur, quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore * deducere potuisset, atque is se centum per facile scripisse gloriaretur: Sed hoc, inquit, interest, quod tu in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus sufficient. Alterius enim secundæ cursus scripta intra primas memoriæ metas corruerunt, alterius cunctante stylo elucubratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.

II.

Adiciam scenæ eiusdem exemplū: Antigonas tibicen discipulo suo magni profectus, sed parū feliciter populo se approbavit cunctis audientibus, dixit: Mibi cane & Musis. Quia videlicet perfecta ars fortunæ lenocinio defecta, fiducia iusta non exiit: quam que scit se laudem mereri, eam etsi ab aliis impetrat, domestico tamen iudicio refert.

III.

Zeuxis autem cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines censuri essent, expectandum non putavit: sed protinus hoc versus adiecit.

Iliad. γ.

Οὐ νέμησις τρωάστε κ' εὐκνήμιδας ἀχαιῶν οἷς.

Τοιῆδ' ἀμφὶ γυναικὶ πόλυν χρόνον ἄλγος ἔσασχεν.

Λιγῶσ' ἀθανάτησι θεαῖς εἰς ὧπα ἔοικεν.

Adeo ne dextræ suæ multū pictor arrogauit, ut ea tantum forma cōprehensum crederet, quantum aut Læda cælesti partu edere, aut Homerus diuino ingenio exprimere potuit?

Pidias quoq; Homeri versib. egregio dicto allusit. Simulacro enim Iouis Olympiū perfectō, quo nullū præstantius aut admirabilius humanæ * fabricatæ sunt manus? interrogatus ab amico, quonam mentem suam dirigens, vultū Iouis propemodum ex ipso cælo petitū eboris lineamentis esset amplexus: illis se versib. quasi magistris vsūm respondit.

IV.

* al. fabrica-
fecere.

ἢ καὶ κλυθέουσιν ἐπ' ὄφρυσιν νεῦσι Κρονίων.

Ἀμβρόσια δ' ἄρω χαίτας ἐπερρίσαντο ἄ-

Iliad. a.

νυκτῶ.

Κρατὸς ἀπ' ἄδα ἀτοιδὸ μέγαιδ' ἐλέλιξεν

ὄλυμπον.

Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces: Siquidem Epaminondas, cum ei ciues irati, sternendum in oppido viarum contumeliæ causæ curam mandarent (erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum) sine vlla cunctatione id recepit, daturumque se operam ut breui speciosissimum fieret, asseueravit: Mirifica deinde procuratione, abiectissimum negotium pro amplissimo ornamento expendendum Thebis reddidit.

Plutarch.
Polit.

Patientem
iniuriarum
à suis ciuib.
illatarum
fuisse, tradit
Probus.

Am-

Scinuat.

*Ἐπίσχυν
αὐνῆς.*

VI.

*A. V. dlxix.
circiter.*

Cic. diuin. 2.

*Plutarc.
de exilio.*

Annibal vero, cum apud regem Prusia
exularet, auctorque ei committendi prece
esset, atque is non idem sibi extis portend
diceret; An tu, inquit, vitulinæ caruncula
quam imperatori veteri maui credere;
verba numeres, breuiter & absce, si sensum
æstimes, copiose & violenter. Hispanias e
nim ereptas populo Rom. Galliarum ac Li
guris vires in suam redactas potestatem,
nouo transitu Alpium iuga patefacta, & Tri
simenum lacum dira inustum memoria,
Cannas Poenicæ victoriæ clarissimum mo
nimentum, & Capuam possessam, & Italian
laceratam, ante pedes hominis effudit, vi
usque hostiæ iocinori, longo experimento
testatâ gloriam suam, postponi æquo animo
non tulit: Et sane quod ad exploranda b
lica sacrificia, æstimandosque militares di
ctus attinebat, omnes foculos, omnes aras
Bithyniæ, Marte ipso iudice, pectus Anniba
lis prægrauasset.

VII.

Athen. II.

Capax generosi spiritus illud quoque di
ctum regis Cotys: vt enim ab Atheniensibus
ciuitatem sibi datam cognouit, Et ego, in
quit, illis meæ gentis ius dabo. Equauit A
thenis Thracia, ne vicissitudine talis benefi
cii imparem se iudicando, humilius de ori
gine sua sentire existimaretur.

VIII.

*Plutarc.
in Apoph.*

Nobiliter etiam vterque Spartanus, & qu
increpitus à quodam, quod in aciem clau
dus descenderet, pugnare, non fugere pro
po

positum sibi esse respondit. Et qui referente
 quodam, sagittis Persarum solem obscurari
 solere. Bene narras, inquit, in umbra enim
 melius præliabimur. Eiusdem vir urbis atq;
 animi, hospiti suo patriæ muros excelsos la-
 tosque ostendenti dixit: Si mulieribus istos
 comparastis, recte: si viris turpiter.

Laconia.

DE CONSTANTIA.

CAP. VIII.

- 1 *Q. Fulvii Flacci procos.*
- 2 *Fabii Max. Verrucossi.*
- 3 *C. Calpurnii Pisonis Cos.*
- 4 *Q. Metelli Numidici.*
- 5 *Q. Scauola Auguris.*
- 6 *Sempronia Gracchorum sororis.*
- 7 *Pontii centurionis.*
- 8 *C. Meuii centurionis.*

EXTERNORVM.

- 1 *Blassii Salapini.*
- 2 *Phocionis Atheniensis.*
- 3 *Socratis Atheniensis.*
- 4 *Ephialtis Atheniensis.*
- 5 *Dionis Syracusani.*
- 6 *Alexandri Magni.*

APERTVM & animosum bonæ fiduciæ
 pectus emenso quasi debitum superest opus
 constantiæ. Natura enim comparatum est,
 vt quisquis se aliquid ordine ac recte mente
 complexum confidit, vel iam gestum, si ob-
 tractetur, acriter tucatur, vel nondum edi-
 tum,

tum, si interpelletur, sine vlla cunctatione effectum perducatur.

I.

A.V.dlxii.

Liii. 26.

Sed dum exemplar propositæ rei persequor, latius mihi circumspicienti ante oculos se Fulvii Flacci constantia offert. Capuam fallacibus Annibalis promissis Italiae regnum nefaria defectione pacisci persuasam armis occupauerat. Tam deinde culpæ hostium iustus æstimator, quam speciosus victor, Campanum senatum impii decreti auctoritatem funditus delere constituit. Itaque Theanum onustum in duas custodias Theanum Calenamque diuisit: consilium executurum, cum ea peregisset, quorum administrationum celerior esse necessitas videbatur. Rumore autem de mitiore senatus sententia orto, ne debitam pœnam scelerati effugerent, nocte admissis equis, Theanum contendit; interfectisque qui ibi asseruabantur, euestigio Cales transgressus, perseuerantia suæ opus executus est. Et iam deligatis ad pedum hostibus, litteras à P. C. nequidquam Campanis salutare accepit. In sinistra enim eas manu, sicut erant traditæ, retinuit ac iussu lictore lege agere, tum demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. Qua constantia victoriæ quoque gloriam antecellit: qua si cum intra teipsum paritæ laude æstimes, maiorem punita Capua, quam capta reperies.

* al. antecessit.

II.

A.V.dxxxvii

Atque ista quidem seueritatis, illa vero

pietatis constantia admirabilis, quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriæ præstitit: Pecuniam pro captiuis Annibali numeravit, fraudatus ea publice, tacuit: Dictatori ei magistrum equitum Minucium iure imperii senatus æquaverat, silentium egit. Compluribus præterea iniuriis laceffitus, in eodem animi habitu permansit, nec unquam sibi reip. permisit irasci, tam perseverans in amore civium fuit. Quid in bello gerendo; nonne parcius constantia? Imperium Romanum Cannensi prælio pæne destructum vix sufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaque frustrari & eludere Pœnorum imperus, quam manum cum his tota acie conferere melius ratus, pluribus comminationibus Annibalis irritatus, sæpe etiam specie bene gerendæ rei oblata; nunquam à consilii salubritate, ne parvi quidem certaminis discrimine, recessit. Quodque est difficillimum, ubique ira ac spe superior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dimittendo, maxime civitati nostræ succurrit. Alter enim celeritate sua Carthaginem oppressit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.

A. V.
 dxxxvij.
 Liu.
 Plutarc.

C. etiam Pisonem mirifice & constanter turbulento reip. statu egisse * consulem narratione insequenti patebit. M. Palicani seditionis hominis pestiferis blanditiis præreptus populi fauor, consularibus comitiis sum-

HI.

A. V.
 * al. consist-
 latum.

summum dedecus admittere conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens, cuius teterrimis actis exquisitum potius supplicium: quam ullus honos debebatur. Ne deerat consternatæ multitudini furialis tribunitiæ, quæ temeritatem eius & ruentem comitaretur, & languentem actionibus suis inflammaret. In hoc miserando pariter & erubescendo statu ciuitatis, tantum non manibus tribunorum pro Rostris Pisonem collocatus, cum hinc atque illinc eum ambuissent, & an Palicanum suffragiis popularem consulem creatum renuntiaturus esset, interrogaretur: primo respondit, Non existimare se tantis tenebris offusam esse rempublicam. Huc indignitatis veniretur. Deinde cum persequenter instarent, ac dicerent: Age, si ventum fuerit. Non renuntiabo, inquit. Quo quidem tam absciso responso consulatum Palicano, prius quam illum adipisceretur, cepit. Multa & terribilia Pisonem contempsum speciosum mentis suæ flecti non vult rigorem.

IV.

A. V. dclij.

Liu. 69.

App.

Civil.

Metellus autem Numidicus, propter consimile perseverantiæ genus, excepit quoque indignam maiestate ac moribus suis procellam, Cum enim animaduerneret, quo temerarent Saturnini tribuni plebis funesti conatus, quantoque malo Reip. nisi his occurreretur, erupturi essent, in exilium, quam in legem eius ire maluit. Potest aliquis hoc viro

idici constantior? qui ne sententia sua pellere- *Cicer. pro*
 tur, patria in qua summum dignitatis gra- *Balbo.*
 dum obtinebat, carere sustinuit. *V.*

Ceterum ut neminem ei prætulerim, ita *A. V.*

Q. Scævola Augurem merito comparaue- *dclxx.*

rim. Depulsis prostratisque inimicorum par-
 tibus, Sylla occupata vrbe, senatum armatus
 coëgerat, ac summa cupiditate ferebatur, ut

C. Marius quam celerrime hostis indicare-

tur: Cuius voluntati nullo obuiam ire au-
 dente, solus Scævola interrogatus de hac re,

sententiam dicere noluit. Quin etiam tru-

culentius sibi minitanti Syllæ, licet, inquit,
 mihi agmina militum, quibus Curiam cir-

cumsedisti, ostentes: licet mortem identi-

dem miniteris, nunquam tamen efficies, ut
 propter exiguum senilemque sanguinem

meum, Marius, à quo Vrbs & Italia conser-

uata est, hostem iudicem.

Quid fœminæ cum concione? si patrius
 mos seruetur, nihil. Sed vbi domestica qui-

es seditionum agitata fluctibus est, prisce cõ-
 suetudinis auctoritas conuellitur: plusque

valet quod violentia cogit, quam quod sua-

det & præcipit verecundia. Itaque & Sem- *A. V.*
 pronia *Ti. & C. Gracchorum* soror, vxor Sci- *dclxi.*
 pionis *Aemiliani*, non vt absurde grauissi- *App. civil. l.*
 mis virorum operibus inferens, maligna re- *Valerius*
 atione comprehendam; sed quia à tribuno *item lib. 9.*
 lebis producta ad populum in maxima con- *cap. 6.*

missione nihil à tuorum amplitudine dege-

nerasti, honorata memoria prosequar. Co-
acta es eo loci consistere, vbi principum ci-
uitatis perturbari frons solebat: Instabat tibi
toruo vultu minas profundens amplissima
potestas, clamore imperitæ multitudinis
obstrepens, totum forum acerrimo studio
nitebatur, vt Equitio, cui Sempronæ gentis
falsum ius quærebatur, tamquam filio Tibe-
rii fratris tui osculum dares: tu tamen illum
nescio quibus tenebris protractum, porren-
tum, execrabili audacia, ad vsurpandam alic-
nam propinquitatem tendentem, repulisti.

VII.

Non indignabuntur Urbis nostræ lumi-
na, si inter eorum eximium fulgorem, centu-
rionum quoque virtus spectandum se obtu-
lerit. Nā vt humilitas amplitudinem vene-
rari debet, ita nobilitati fouenda magis
quam spernenda bonæ indolis nouitas est.
An abigi debet * Pontius ab horum exem-
plorum contextu? qui pro Cæsaris partibus
excubans, Scipionis præsidio interceptus, et
vno modo salus ab eo daretur, sese futurum
Cn. Pompeii generi ipsius militem affirmas-
set, ita respondere non dubitauit: Tibi quidem
Scipio gratias ago: sed mihi vti ista conditio
ne vitæ non est opus.

* al. Titius.
A. V.
dcccviij.
Hirtius de
bello Afric.

VIII.

Sine vllis imaginibus nobilem animum
& idem constantiæ propositum secutus
Meuius centurio diui Augusti, cum Anroni
ano bello sæpenumero excellentes pugnas
edidisset, improuisis hostium insidiis cum

A. V.
dcccxxiij.

cumuentus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatusque quidnam de eo statui deberet: Iugulari me, inquit, iube: quia nec salutis beneficio, neque mortis supplicio adduci possum, ut Cæsaris miles esse definam, & tuus esse incipiam. Cæterum quo constantius vitam contempserit, eo facilius impetrauit. Antonius enim virtuti eius incolumitatem * tribuit.

EXTERNÆ.

Complura huius notæ Romana exempla superant, sed satietas modo vitanda est. Itaque stylum meum ad externa iam delabi permittam quorum principatum teneat Blasius, cuius constantia nihil pertinacius. Salapiam enim patriam suam præsidio Punico occupatam, Romanis cupiens restituere, Dañum acerrimo studio secum in administratione reipublicæ diffidentem, & animo toto Annibalis amicitia vacantem, sine quo propositum consilium peragi non poterat, ad idem opus aggrediendum maiore cupiditate, quam spe certiore tentare ausus est: qui protinus sermonem eius, adiectis quæ se commendationem, & inimicum inuisiorem factura videbantur, Annibali retulit: A quo adesse iussi sunt, ut alter crimen probaret, alter defenderet. Cæterum pro tribunali cum res gereretur, & quæstioni illi omnium oculi essent intenti, dum aliud forte citioris curæ negotium tractatur, Blasius

* al. præstitit.

tit.

I.

A. V.

dxlij.

Liv. 26.

Blactium

vocant.

vultu diffimulante, & voce summissa, monere Dasium cœpit, vt Romanorum potius quam Carthagenensium partes foueret. Enim vero tunc ille proclamat, se in conspectu ducis aduersus eum sollicitari: quod quia & incredibile videbatur & ad vnus tantum aures penetrauerat, & dictabatur ab inimico, veritas fide caruit: Sed non ita multo post Blaffii mari constantia Dasium ad se traexit, Marceloque Salapiam, & quingentos Numidas, qui in ea custodiæ causa erant, tradidit.

II.

*Plutarc.
in vita.*

Phocion vero, cum Athenienses rem aliter, atque ipse suaserat, prospere administrassent, adeo perseuerans sententiæ suæ propugnator extitit, vt in concione lætari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret. Non enim damnauit, quod recte viderat, quia quod alius male consuluerat, bene celsferat: felicius hoc existimans, illud etiam sapientius. Blandum animum sane temeritati casus facit, vbi prauo consilio propitius aspirat: & quo vehementius noceat, insperari prodest. Placidi, & misericordes, & liberales, omnique suauitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. Itaque constantia, quæ natura rigidior videbatur, lenis è mansueto pectore fluxit.

*Phocion
bonus
appellatus.
Aemil.
Probus in
vita.*

Socrates autem virilitatis robore palliat
 tus animus aliquanto præfractius perseue- III.
 rantia exemplum edidit. Vniuersa ciuitas A- Plato in a-
 theniensium iniquissimo ac truculentissimo pologia So-
 errore instincta, de capite decem Prætorum, erat.
 qui apud Arginusas Lacedæmoniam classem, Xenoph. 4.
 deleuerant, tristem sententiam tulerat. Forte
 tunc eius potestatis Socrates, cuius arbitrio
 plebiscita ordinarentur, indignum iudicans
 tot & tam bene meritos ex indigna causa
 impetu inuidiæ adripi, temeritati multitudi-
 nis constantiam suam obiecit: maximoque
 concionis fragore, & incitatissimis minis
 compulsus non est, vt se publicæ dementiæ
 auctorem adscriberet: Quæ opposita eius le-
 gitima grassari via prohibita, iniusto Præ-
 torum cruore manus suas contaminare per-
 seueravit, nec timuit Socrates, ne consterna-
 tæ patriæ, vnde cimus furor mors ipsius exi-
 steret.

Proximum, etsi non eiusdem splendoris
 est, tamen adeo certum constantiæ haberi
 potest experimentum, cum efficacis operæ
 forensis, rum fidei non latentis Athenis E-
 phialtes accusare publice iussus, & inter ce-
 teros Demonstrati nomen deferre coactus
 est, cuius filius erat Demochares, excellentis
 formæ puer, animo eius flagrantissimo in-
 hærens amore. Itaque communis officij sor-
 te truculentus accusator, priuati affectus
 condicione miserabilis reus, puerum ad se

exorandum, quo parcius patris criminibus infisteret, venientem, neque repellere, neque supplicem genibus suis aduolutum intueri sustinuit. Sed operto capite flens & gemens, preces expromere passus est. Nihiloque minus sincera fide accusatum Demonstratum damnauit: victoriam nescio laude an tormento maiore consecutus: quoniam prius quam fontem opprimeret, seipsum vicit.

V.
Plutarc.
in vita.

Quem Syracusanus Dion diuersitate exempli prægrauat: qui quibusdam monentibus vt aduersus Heraclidem & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam insidias ei nectentes cautior esset; respondit, se vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos inimicosque iuxta ponere.

VI.
Plutarc.
lib. 3.
Acrian. 2.
iust. 15.

Quod sequitur, & rei ipsius admiratione & claritate auctoris illustre, Alexander Macedonum rex in clyta iam pugna, excellentissimis opibus Darij contusis, æstu & itineris feruore in Cilicia percalesfactus, Cydno, qui aquæ liquore conspicuus, Tarsum interfuit corpus suum immerfit, subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus; maxima cum exanimatione totius exercitus, in oppidum castris propinquum defertur. Iacebat æger Tarsi inque valetudine eius aduersa, in stans victoriæ spes fluctuabat. Itaque conuocati medici, attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant. Qui cum ad vnam potio-

CAP. VIII. DE CONSTANTIA. 175
 nem sententiam direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam Alexandro (erat autē ipsius amicus & comes) porrexisset, à Parmenione missę litterę super ueniūt, a monentes, ut rex insidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti à Dario, caueret. Quas cum legisset, sine vlla cunctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit: Pro quo tam constanti erga amici iudicio, dignissimam à dijs immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis eius præsidium falso interpellari iudicio noluerūt.

VALERII MAXIMI LIBER IV.

DE ANIMI MODERATIONE CAP. I

QUÆ IN ROMANIS.

- 1 P. Valerio Poplicola Cos.
- 2 M. Furio Camillo exule.
- 3 C. Marcio Rutilio cens. 2.
- 4 L. Quinctio Cincinnato Cos.
- 5 Q. Fabio Max. Rulliano.
- 6 P. Africano maiore.
- 7 M. Claudio Marcello Cos. 4.
- 8 Ti. Sempronio Graccho trib. pl.
- 9 C. Claudio Nerone Cos.
- 10 P. Scipio Aemiliano cens.
- 11 Q. Mucio Scauula.
- 12 Q. Metello Macedonica.

13. Q. Metello Numidica exule.
 14. M. Catone Vticensi.
 15. M. Calpurnio Bibulo procos.

QVAE IN EXTERNIS..

1. Archita Tarentino.
 2. Platone Atheniensi.
 3. Dione Syracusano.
 4. Thrasybulo Atheniensi.
 5. Stasippo Tegeate.
 6. Pittaco Mitylenaeo.
 7. Septem sapientibus.
 8. Theopompo Spartanorum rege.
 9. Antiocho rege Syriae.

TRANSGREDIAR ad saluberrimam partem, animi moderationem, quae mentes nostras impotenti temeritatis incurfu transuersas ferri non patitur. Quo euenit, ut reprehensionis morsu sit vacua, & laudis quaestu opulentissima; itaque effectus suos in claris viris cognoscat.

I.
 A. V.
 eccliv.
 Liu. 2.
 Plutarc.
 Diom. 5.

Atque ut ab incunabulis summi honoris incipiam. P. Valerius, qui populi maiestatem venerando, Poplicolae nomen assecutus est, cum, ex actis regibus, imperij eorum vim vniuersam, omniaque insignia sub titulo consulatus in se translata cerneret, inuidiosum magistratus fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit. fasces securibus vacue faciendo, & in concione populo submitrendo: numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, vltro Sp. Lucretio collega

collega assumpto: ad quem, quia maior natu-
 erat, priores fasces transferri iussit. Legem
 etiam comitij centuriatis tulit, ne quis ma-
 gistratus ciuem Romanum aduersus prouo-
 cationem verberare aut necare vellet. Ita
 quo ciuitatis condicio liberior esset, impe-
 rium suum paulatim destruxit, **Quid**, quod
 aedes suas diruit, quia excelsiore loco positæ
 instar arcis habere videbantur: nonne quan-
 tum domo inferior, tantum gloria superior
 euasit?

Vix iuuat abire à Poplicola, sed venire ad
 Furium Camillum libet, cuius tam modera-
 tus ex magna ignominia ad summum imperium
 transitus fuit; ut cum præsidium eius ciues
 capta à Gallis vrbe Ardeæ exulantis petijs-
 sent, non prius Veios ad accipiendum exer-
 citium iret, quam de Dictatura sua omnia so-
 lenni † iure acta comperisset. Magnificus
 Camilli Veientanus triumphus. egregia Gal-
 lica victoria; sed ista cunctatio longe admi-
 rabilior. Multo enim, multoque seipsum
 quam hostem superare operosius est: nec ad-
 uersa præpropere festinatione fugientem, nec
 secunda effuso gaudio apprehendentem.

Par Furio moderatione Marcius Rutilius
 Censorinus. Iterum enim censor creatus, ad
 concionem populum vocatum quam po-
 tuit grauissima oratione corripuit, quod eam
 potestatem bis sibi detulisset, cuius maiores,
 quia nimis magna videretur, tempus coar-

II.

A. V.

ccclxxij.

Liii. 5.

Plutarc.

† al. more.

III.

A. V.

cdxxxvij.

Plutarc.

Coriolano.

A. V.

cccxxix.

H. 5

etan-

Liv. 4. 39.

standum indicassent. Vterque recte, & Censorinus, & populus: alter enim vt moderate honores crederent, præcepit: alter se moderato credidit.

IV.
A. V.
ccxij.
Liv. lib. 3.

Age, ¶ L. Quinctius Cincinnatus qualem consulem egit? cum honorem eius Patres cōscripti continuare vellent, non solum propter illius egregia opera, sed etiam quod populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat: vtrumque discussit, senatus simul studium inhibendo, & tribunos verecundiæ suæ exemplum sequi cogendo. Ita vnus in causa fuit, vt amplissimus ordo, populusque tutus esset ab iniusti facti reprehensione.

A. V. cdlxi.

Fabius vero Maximus cum à se quinquies, & à patre auo, proauo, maioribusque suis sæpe numero consulatum gestum animaduerteteret: comitiis, quibus filius eius summo consensu consul creabatur, quam potuit constanter cum populo egit, vt vocationem aliquando huius honoris Fabiæ genti daret, nō quod filij virtutibus diffideret (erat enim illustis) sed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius aut efficacius? quæ etiam patrios affectus, qui potentissimi habentur, superauit.

VI.
A. V. dlxii.

Non defuit maioribus grata mens ad præmia superiori Africano exoluenda; siquidem

ma

maxima eius merita partibus ornamentis decorare conati sunt. Voluerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa aedificiis; Iouis Opt. Max. cella ponere: voluerunt imaginem eius, triumphali ornatu indutam, Capitolinis puluinibus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos consulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum sibi nullum neque plebiscito dari, neque senatusconsulto decerni patiendi, præne tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat emerendis.

Eodem robore mentis causam Annibalis in senatu protexit, cum eum ciues sui missi legatis tamquam seditiones apud eos mouerem accusarent: Adiecit quoque non oportere Patres conscriptos se reip. Carthaginensium interponere: altissimaque moderatione alterius salutem cõsuluit, alterius dignitati, victoria tenus, vtriusque hostem egisse contentus.

At M. Marcellus, qui primus & Annibalem vincere, & Syracusas capi posse docuit: cum in cõsularu eius Siculi de eo questum in urbem venissent, nec senatum vlla de re habuit, quia collega Valerius Læuius tunc aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiores essent. At ut is rediit, vltro de his admittendis retulit, querentesque de se patienter sustinuit. Iustos etiam à Læuio discedere, remanere, ut suæ defensionem interessent, coegit: Ac

A. V.
dcliii.
Lin. 33.

VII.

A. V.
dxliii.
Luc. 26.
Plutarc.

cedentes curia, subsecutus est; quo liberius senatus sententiam ferret. Improbatis quoque eorum querelis, supplices & orantes v[er]o ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit: Super hæc Siciliam sortitus, eam prouinciã collegæ cessit. Toties laudatio Marcelli variari potest, quoties nouis ipse gradib. moderationis aduersus socios v[er]o est.

Quam Ti. etiam Gracchus admirabilem se exhibuit? Tribunus enim plebis, cum ex professo inimicitias cum Africano & Asiatico, Scipionibus gereret, & Asiaticus iudicatæ pecuniæ satisfacere non posset, atque id eo à consule in vincula publica duci iussus esset, appellassetque collegium tribunorum, nullo volente intercedere, secessit à collegiis, decretumque composuit. Nec quisquam dubitauit, quin eo scribendo, irati hostis aduersus Asiaticum verbis vsurus esset. At is primum iurauit se cum Scipionibus in gratiam non redijss[e]: deinde tale decretum recitauit. Cum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcere coniecisset: indignum & alienum à maiestate populi Rom. videri, eodem ipsum duci. Ita que id non se passurum fieri. Libenter? tunc opinionem suam populus Rom. à Graccho deceptam cognouit, moderationemque eius debita laude profecutus est.

C. quoque Claudius Nero inter cetera præcipuæ moderationis exempla numerandus

VIII.

A. V.

dlxvi.

Liu. 38.

Gell. 7.

cap. 19.

† ab iracundis.

dis.

us est Liuij Salinatoris in Asdrubale opprimendo gloriae particeps fuerat: at tamen cum triumphantem equo sequi, quam triumpho quem ei senatus aequae decreuerat, viti maluit; quia res in prouincia Salinatoris gesta fuerat. Sine curru ergo triumphauit, eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur, huius etiam moderatio.

IX.
A.V. dxlvii.
Liu. 23.

Ne Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur: Qui censor, cum lustrum conderet, inque solito fieri sacrificio scriba ex publicis tabulis solenne ei precationis carmen praerit, quo dii immortales, ut populi Rom. res meliores amplioresque facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonae ac magnae sunt: itaque precor ut eas perpetuo incolumes seruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iussit: Qua votorum verecundia deinceps censores in condendis lustris vsi sunt: Prudenter enim sensit tunc incrementum Romano imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapidem triumphum quaerebantur: Maiorem autem totius terrarum orbis partem possidenti, ut auidum esse quidquam ultra appetere; ita abunde felix, si nihil ex eo, quod obtimebat, amittere. Neque alia eius in censura moderatio pro tribunali apparuit Centurias recognoscens equitum, postquam Licinium Sacerdotem citatum processisse a-

X.
A.V. dcxii.

Cicer. pro Cluentio.
Plutarc.
Apoph.

nimaduertit: dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. Proinde si quis eum accusare vellet, vsurum testimonio suo; sed nullo ad id negotium accedente, Traduce equum, inquit Sacerdos, ac lucrifac censoriã notam: ne ego in tuam personam, & accusatoris & testis, & iudicis partes egisse videar.

XI.

Quod animi temperamentum etiam in Q. Scauola excellentissimo viro adnotatum est. Testis, namque in reum productus: cum id respondisset, quod salutem periclitantis magno opere læsurum videbatur, discedens adiecit, ita sibi credi oportere, si & alij idem asseuerassent: quoniam vnus testimonio aliquẽ credere pessimi esset exempli: Et religioni igitur suæ debitam fidem, & communi vtilitati salubre consilium reddidit.

XII.

Sentio quos ciues, quæ ve facta eorum ad dicta quam angusto ambitu orationis amplectar. Sed cum magna & multa breuiter dicenda sint de claritate excellentibus viris sermo infinitis personis rebusque circumfusis, vtrumque præstare non potest. Itaque propositi quoque nostri ratio non laudanda sibi omnia, sed recordanda sumpsit. Quapropter bona cum venia duo Metelli, Macedonicus & Numidicus, maxima patriæ ornamenta, strictim se narrari patientur. Acerime cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio, ad graues testatae que

que inimicitias progressa fuerat. Sed cum interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit mæstoque vultu & voce confusa, Concurrite, concurrite, inquit, ciues, mœnia Urbis nostræ euerfa sunt: Scipioni enim Africano intra suos penates quiescente nefaria vis illata est. O Remp. pariter Africani morte miseram, & Macedonici tam humana tamque ciuili lamentatione felicem! eodem enim tempore, & quantum amisisset principem, & qualem haberet, recognouit. Idem filios suos monuit vt funebri eius lecto humeros subiicerent, atque huic exequiarum, illum honorem vocis adiecit. Non fore, vt postea id officium ab illis viro maiori præstari posset. Vbi illa tot in curia iurgia? vbi tam multæ pro rostris altercationes? vbi maximorum ducum & ciuium tantorum togata prælia? Omnia nimirum ista præcipua veneratione prosequenda deleuit moderatio.

Numidicus autem Metellus populari factione patriam pulsus in Asiam secessit: in qua cum ei forte Iudos Trallibus spectanti litteræ redditæ essent, quibus scriptum erat, maximo senatus & populi consensu reditum illi in Urbem datum: non è theatro prius ab iis, quam spectaculum ederetur: non lætitiæ suam proxime sedentibus vlla ex parte patefecit, sed summum gaudium intra se continuit. Eundem constat pari vultu, & exulere fuisse

A. V.
dcxxiv.

Plin. 7. c. 44.

XIII.

A. V. dcliv.

Lin. 69.

Auct. de vi-
ris illustr.

ca. 62.

fuisse, & restitutum, adeo moderationis beneficium, medius semper inter secundas & aduersas res animi firmitate versatus est.

XIV. Tot familiis in vno genere laudis enumeratis, Portium nomen velut expers huiusmodi gloriæ silentio prætereundum? Negari fieri debere posterior Cato, non paruo summae moderationis fisis indicio. Cypriacæ pecuniam maxima cum diligentia & constantitate in urbem deportauerat: cuius ministerij gratia, senatus relationem interponi iubebat, vt Prætoris comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. Sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alii tribueretur, sibi decerni. Ac nequid in persona sua nouaretur, campestem experientem temeritatem, quam curiæ beneficio vti, satis esse duxit.

XV. Ad externa iam mihi exempla transfronanti. M. Bibulus vir amplissimæ dignitatis, & summis honoribus functus, manu iniicit. Qui cum in prouincia Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus occisos esse cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos, regina Cleopatra misit, vt grauissimæ cladis ultionem arbitrio suo exigeret: At ille oblato beneficio, quo nullum maius lugenti tribui poterat, dolorem moderationi cedere coegit, carnificesque sanguis sui, intactos euestigio ad Cleopatram reduci iussit: dicendo, potestatem huiusmodi

CAP. I. DE ANIMI MODERAT. 185
behuius vindictę non suam, sed senatus esse de-
ad here.

EXTERN A.

Tarentinus Architas, dum se Pythagorę
præceptis Metaponti penitus immergit, ma- *I.*
gno labore, longoq; tempore solidum opus *Cicer.*
doctrinæ complexus; postquã in patriã re- *Insc. 4.*
uertitur, ac rura sua reuisere cœpit: animad-
uertit negligentia villici corrupta & perdi-
ta: intuensq; male meritũ: Sumpsissem, in-
quit, a te supplicium, nisi tibi iratus essem:
Maluit enim impunitum dimittere, quam
propter iram grauius iusto punire.

Nimis liberalis Architę moderatio, Pla- *II.*
tonis tẽperantior: nam cum aduersus delictũ *Plutarc. de*
serui vehemẽtius exarsisset, veritus ne ipse *lib. ed.*
modũ vindictę despiceret non posset, Speu- *Diogen.*
sippo amico castigationis arbitriũ madauit; *Laert.*
deforme sibi futurum exstimans, si com-
misisset, vt parem reprehensionẽ culpa ser-
ui & animaduersio Platonis mereretur. Quo-
minus miror, quod in Xenocrate discipulo
suo tam constanter moderatus fuit. Audie-
rat eum de se multa impie locutum: sine vl-
la cunctatione criminationem respuit. In-
stabat certo vultu index, causam quærens:
cur sibi fides non haberetur: adiecit, non esse
credibile; vt quem tantopere amaret, ab eo
inuicem non diligeretur. Postremo cum ad
insurandum inimicitias serentis malignitas
confugisset: ne de periurio eius disputaret,
affir-

affirmauit nunquam Xenocratem illa dictum fuisse, nisi ea dici expedire sibi iudicaret. Non in corpore mortali, sed in arce casti, & quidem armatum animum eius, venerationem putes peregrisse, humanorum virorum incurfus à se inuicta pugna repellentem cunctosque virtutis numeros altitudinis sinu clausos custodientem.

III.

*Plutarc.
in vita.
† al. præstantem.*

Nequaquam Platoni literarum commendatione par Syracusanus Dion: sed quod præstandam moderationem attinet, velt mentioris experimenti. Patria pulsus à Dionysio tyranno, Megaram petierat: vbi Theodorum principem eius urbis domum venire veller, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti suo, patienter hoc ferendum est, ait, forsitan enim nos cum in gradu dignitatis nostræ essent aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate consilij, ipse sibi conditionem exilij plaudibilem reddidit.

IV.

*Æmil.
Prob. in vit.
Iustin. 5.*

Thraſybulus etiam hoc loci apprehensus est: qui populum Atheniensem tyrannorum sæuitia sedes suas relinquere cœctum, dispersamque & vagam vitam miserabiliter exigentem, animis pariter atque armis confirmatum, in patriam reduxit. Insigne deinde restitutione libertatis victoriam crioriorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis scitum enim interposuit, ne qua peritularum rerum mentio fieret: hæc obliuio

quam Athenienses ἀμυνσία vocant, cōcūsum & labentem ciuitatis statum, in pristinum habitum reuocauit.

Non minoris admirationis illud: Stasipus Tegeates, hortantibus amicis vt grauem in administratione reipub. æmulum, sed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret vel summouerēt, negauit se facturum, ne quem in tutela patriæ bonus cuius locum obtineret, malus & improb. occuparet: seque potius vehementi aduersario vrgeri, quam patriam egregio aduocato care re præoptauit.

Pittaci quoq; moderatione pectus instructum, qui Alexum poëtam, & amaritudine odij, & virib. ingenij aduersus se pertinacissime vsus, tyrannidem à ciuib. delatam aduersus, tantummodo quid in opprimendo posset admonuit.

Huius viri mentio subiicit vt de septem sapientium moderatione referam. A piscatoribus in Milefia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat: Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica, orta controuersia est: illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus hoc fortunam tractus se emisse dicente: Qua conditione propter nouitatem rei, & magnitudinem pecuniæ: ad vniuersum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, cuius adiudicari mensa deberet,

V.

VI.

Diogen.
Laert. 12.
vita.

VII.

Plutarc.
Solone.
Laert.
Tholet.

188 VAL. MAX. LIB. III.
beret. Deus respondit, illi esse dandam, quam
sapientia cæteros præstaret, his verbis:

ὁς σοφί πάντων πρώτος, τέταρτος τριπλάσιον
ἂδω.

† al. ea.

Tum Milesii consensu Thaleti mensuram
dederunt: ille cessit † eam Biantii, Bias Pitagora
co, is protinus alii; deincepsque per omnium
septem sapientium orbem, ad ultimum, per
Solonem peruenit: Qui & titulum amplissimi
mæ sapientiæ, & præmium ad ipsum Apollonia
nem transtulit.

VIII.
Plutarc.
Lycurgo.

Atque ut Theopompo quoque Spartani
rum regi moderationis testimonium redderent
mus: cum primus instituisset ut Ephori Latrocinia
dæmone crearentur, ita futuri regni potentiam
ti oppositi, quemadmodum Romæ consulum
ri Imperio trib. pl. sunt obiecti, atque illi
xor dixisset, id egisse illum, ut filiis minore
potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, inquit
sed diuturniorem. Optime quidem: ea enim
demum tuta est potentia, quæ viribus suis in
dum imponit. Theopomphus igitur legibus
mis regnum vinculis constringendo, quo magis
gius à licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam
uolentiam civium admouit.

IX.
A. V. dlxiv.
Cicer. pro
Deiotaro.

Antiochus autem à L. Scipione ultra Taurus
rum montem Imperij finibus summotus, in
Asiam prouinciam vicinasque ei gentes amplexatus
fisset: gratias agere Pop. Rom. non dissimulante
lanter tulit, quod nimis magna procuratio

CAP. II. DE RECONCILIAT. 189
liberatus, modicis regni terminis utere-
tur. Et sane nihil est tam præclarum, aut tam
magnificum, quod non moderatione tem-
perari desideret.

DE RECONCILIATIONE.

CAP. II.

- 1 M. Aemilij Lepidi, & M. Fulvii Flacci
censorum.
- 2 Livi Salinatoris, & C. Claudii Neronis
consulum.
- 3 P. Africani maioris, & Ti. Sempronij
Gracchi.
- 4 M. Tullii Ciceronis & A. Gabinii.
- 5 P. Clodii Pulchri, & L. Cornelii Lentu-
li.
- 6 L. Caninii Galli, & C. Antonij.
- 7 M. Calii Rufi, & Qu. Pompeii.

Quæ quoniam multis & claris auctorib.
illustrata est, transgrediamur ad egregium
humani animi ab odio ad gratiam deflexum;
& quidem eum læto stylo prosequamur. Nā
si placidum mare ex aspero, cælumque ex nu-
bilo serenum hilari aspectu sentitur, si bel-
lum pace mutatum, plurimum gaudii affert
offensarum etiam acerbitas deposita, candi-
da relatione celebranda est.

M. Æmilius Lepidus bis consul, & Ponti-
fex Max. splendorique honorum par gravita-
te vitæ, diutinas ac vehementes inimicitias
cum Fulvio Flacco eiusdem amplitudinis
viro

I.

A. V.

Liv. 40.

Gell. 12. c. 3.

*Cicer. de
provinc.
Cos.*

viro gessit. Quas, ut simul censores
nuntiati sunt, in campo deposuit: exitum
mans non oportere eos priuatis odiis dis
dere, quo publice summa iuncti essent p
testate. Id iudicium animi eius & præsens
tas comprobauit, & nobis veteres
narium scriptores laudandum tradid
runt.

H.

*A. V. dclvi.
Lin. 27.*

Sicut Liuij quoque Salinatoris
endarum simultatum illustre consilium
gnotum posteritati esse noluerunt:
namque etsi Neronis odio ardens in ex
lium profectus fuerat testimonio eius p
cipue afflictus; tamen postquam eum
de reuocatum ciues collegam illi in co
sulatu dederunt, & ingenui sui, quo
erat acerrimum, & iniuriæ, quam gra
uissimam acceperat, obliuisci sibi imp
rauit: Ne si dissidente animo co
fortionem Imperij vsurpare voluisset, p
rinacem se exhibendo inimicum, malu
consulem ageret: Quæ quidem ment
ad tranquilliores habitum inclinatio
in aspero ac difficili temporum artic
lo plurimum salutis Vrbi atque Itali
attulit: quia pari virtutis impetu co
nisi, terribilis Pœnicas vires contu
ant.

Clarum etiam in Africano superio

ac Tito Graccho depositarum inimicitia- III.
 tum exemplum. Siquidem ad cuius men- A. V.
 sæ sacra, odio dissidentes venerant, ab ea Lin. 38
 & amicitia & affinitate iuncti discesserunt: Cell. 12. c. 2.
 Non contentus enim Scipio auctore se-
 natu, in Capitolio Iouis epulo cum Grac-
 cho concordiam communicasse; filiam
 quoque ei Corneliam protinus ibi despon-
 dit.

Sed huiusce generis humanitas etiam in
 M. Cicerone præcipua apparuit: A. nam- IV.
 que Gabinium repetundarum reum summo A. V.
 studio defendit, qui cum in consulatum dexcix.
 suo Vrbe expulerat, Idemque P. Vatinius Cic. Rabi-
 dignitati suæ semper infestum, duobus riana.
 pbeis iudiciis tutatus est, vt sine vlllo crimi- Dio. 39.
 ne leuitatis, ita cum aliqua laude. Quia spe- A. V.
 ciosius aliquanto iniuriæ beneficiis vin- dcccviij.
 cuntur, quam mutui odii pertinacia pensan- & dexcix.
 tur. Cic. ad Q.
 fratrem 2.

Ciceronis autem factum adeo vi-
 sum est probabile, vt imitari id, ne
 inimicissimus quidem illi P. Pulcher du-
 bitauerit: qui incesti crimine à tribus
 Lentulis accusatus vnum ex his ambi-
 tus reum patrocinio suo protexit. At-
 que in animum induxit, & iudicem,
 & Prætorem, & Vestæ ædem intuens, a-
 micum Lentulo agere: inter quæ ille salu-
 tem

& fam. I.
 Quinctil. 6
 c. 5.

V.
 A. V. dccciiij.

Cic. ad
 Attic. I.

Senec. epi. 98
 A. V. dca.

VI.

A. V.

dxciv.

tem eius fœdo crimine obruere cupiens, huiusmodi fili voce perorauerat.

Caninius autem Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit & C. Antonij, quem damnauerat, filiam in matrimonio ducendo, & M. Colonium, à quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo.

VII.

A. V.

Accii.

Calius ad

Cicer. I.

Dio. 40.

Cælij vero Rufi ut vita inquinata, ita misericordia, quam Q. Pompeio præstitit, probanda: cui à se publica quæstione prostrato cum mater Cornelia fidei commissa prædicta non redderet, atque iste auxilium suum literis implorasset; pertinacissime absenti adfuit. Recitauit & eius epistolam in iudicio vltimæ necessitatis indicem, qua impiam Corneliam auaritiam subuertit; factum propter eximiam humanitatem, ne sub Cælio quidem auctore re repudiandum.

DE ABSTINENTIA ET

Continetia.

CAP. III.

CVIUS EXEMPLA ROM. SVNT

- 1 P. Scipio Africanus maior procos.
- 2 M. Cato Uticensis propr.
- 3 Nero Claudius Drusus & Antonia.
- 4 Cn. Marcius Coriolanus.
- 5 MV. Curius Dentatus. Cos.
- 6 C. Fabricius Luscinus Cos.
- 7 Q. Ælius Tubero Catus Cos.
- 8 L. Aemilius Paulus Procos.

9 Legati

- 9 Legati Rom. Q. Fabius Gurges, & Cn. Fabii Pictores. & Q. Ogulnius.
- 10 L. Calpurnius Piso Frugi Cos,
- 11 M. Cato senior Cos.
- 12 M. Cato Uticensis,
- 13 P. Scipio Aemilianus.
- 14 P. Romanus.

EXTERNA SVNT.

- 1 Pericles Atheniensis.
- 2 Scophocles Atheniensis.
- 3 Xenocras Academicus.
- 4 Diogenes Cynicus.

Magna cura præcipuoque studio referendum est, quam opere libidinis & avaritiæ futuri similes imperus ab illustrium virorum pectoribus, consilio ac ratione summoti sūt. Quia demum iipenates, ea ciuitas, id regnū æterno in gradu facile steterit, vbi minimū virium Veneris, pecuniæque cupido sibi vendicauerit. Nam quo iste generis humani certissimæ pestes penetrauerint, ibi iniuria dominatur, infamia flagrat: Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitiis commoremur.

Quartum & vicesimū annum agens Scipio, cum in Hispania Carthagine oppressa, maioris Carthaginis capiendæ sumpsisset auspicia, multosque obsides, quos in ea vrbe cæni clausos habuerant, in suam potestatem redegisset; eximie inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, & iuuenis, & cælebs, & victor

I.
A. V.
dxlii.
Liu. 26.
Gell. 6.
cap. 8.

I post.

postq̄ comperit illustri loco inter Celtiberos
 natum, nobilissimoq; gentis eius Indibili de
 sponsam, accersiris parentibus, & sponso in
 uiolatā tradidit. Aurū quoq; q̄ pro redem-
 ptione puellæ illatum erat, summæ dotis ad-
 iecit: **Qua cōtinentia ac munificentia, Indi-**
bilis obligat⁹, Celtiberorū animos Romanis
applicādo, meritis eius gratiā debitā retulit.

II.
A.V. lxxxv.
Plutarc.
in vita.

Verum ut huius viri abstinentiæ testis Hi-
 spania, ita M. Catonis Epirus, Achaia, Cy-
 clades insulæ, maritima pars Asiæ, provincia
 Cypros. Vnde cum pecuniæ deportandæ mi-
 nisterium sustineret, tam auersum animum
 ab omni Venere, quam à lucro habuit, in ma-
 xima vtriusque intemperantiæ versatus ma-
 teria: Nam & regiæ diuitiæ potestate ipse
 continebantur, & fertilissimæ deliciarū
 egregiæ vrbes, necessaria totius navigationis
 diuerticula erant. Atque id Minatius Rufus
 Cypriacæ expeditionis fidus comes, scripsit
 suis significat: Cuius testimonium non am-
 plector: proprio enim argumento laus
 nititur, quoniam ex eodem naturæ vtero
 continentia nata est, & Cato.

III.
lxxliij.
Cos.
moruus in
Germaniæ.

Drusum etiam Germanicum eximiā Cla-
 diæ familiæ gloriā, patriæque rarum orn-
 tamentum, & quod super omnia est, operum
 suorum pro habitu, ætatis magnitudine,
 trico pariter ac fratri Augustis duobus re-
 diuinis oculis mirifice respondentem, con-
 stitit vsum Veneris intra coniugis char-

tem clausum tenuisse. Antonia quoque femina laudibus virilem familiae suae claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensavit: quae post eius excessum, forma & aetate florens, cubiculum socrus pro coniugio habuit: in eodemque toro alterius adolescentiae vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imponat.

Deinceps ex iis vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit. Cn. Martius patritiae gentis adolescentens, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volscorum oppidum captum cognomen adiecit, cum editis conspicuae fortitudinis operibus a postumo Cominio consule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri C. iugeribus, & decem captiuorum electione & totidem ornatis equis, centenario bouum grege, argentoque quantum sustinere valuisset, donaretur: nihil ex his, praeter vnius hospitis captiui salutem, equumque, quo in acie vteretur, accipere voluit. Qua tam circumspecta animi moderatione, nescias utrum maiore cum laude praemia [†] meruerit an reie-

IV.

A. V. cclx.

Dion. l. 6.

Plutarc.

* ab elegerit

V.

A. V.

cd' xiiij.

*Plutarc.
Apoph.
Cicer. Cato
ne. Athen.
lib. 30.*

que ligneo catillo cœnantem (quales epulas, apparatus indicio est) spectandum præbuit. Ille enim Samnitium diuitias contempfit, Samnites eius paupertatem mirati sunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus publice missum attulissent, benignis verbis inuitatus, ut eo uti velleret, vultum risu soluit, protinusque, Superuacua, inquit, ne dicam inepta, legationis ministri, narrate Samnitibus M V. Carium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem: atque istud ut preciosum, ita malo hominum excogitatum munus refertote, & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse.

*A. V.
cdlxxiix,
Auct. de
Viris ill.
Plin. 16.
cap. 36.*

Idem cum Italia Pyrrhum regem exegisset, nihil omnino ex præda regia, quæ exercitum Urbemque ditauerat, attigit. Decretis etiam à senatu septenis iugeribus agri populo, sibi aut 50 popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reip. ciuem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur contentus non esset.

*VI.
A. V.
dcxxx.
circiter.
Gell. 1.
cap. 14.
ex Hygino
de Vir. Illust*

Idem sensit Fabricius Luscinus, honoribus & auctoritate omni ciuem temporibus suis maior, censu par vnicuique pauperrimo: qui à Samnitibus, quod vniuersos in clientela habebat, decem æris, & quinque pondus argenti, totidemque seruos sibi missos, in Sannium remisit, continentia suæ beneficio sine pecunia prædiues, sine usu familiae abundadem comitatus: quia locupletem illum faciebat,

bat, non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus eius, quemadmodum à re & argento & mancipiis Samnitium vacua; ita gloria, ex his contemptis perta, referta fuit. Consentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt: legatus enim ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Thessalum narrantem audisset, quemdam Atheniensem clarum sapientia, suadere, nequid aliud homines quam voluptatis causa facere velent. pro monstro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho & Samnitibus istam sapientiam deprecatus est. Licet Athenæ doctrina sua gloriantur, vir tamen prudens Fabricii detestationem, quam Epicuri maluit præcepta: quod euentus quoque indicauit. Namque viris voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit: quæ labore delectata est, occupauit: Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.

Curij & Fabricij Q. Ælium Tuberonem cognomine Carum discipulum fuisse merito quis existimauerit: cum consulatum gerenti, cum Ætolorum gens omnis usus vasa argentea, magno pondere, & exquisita arte fabricata, per legatos misisset, qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti reuulerant, fictilia se in eius mensa vasa vidisse monitos ne continentia quasi paupertati succurrendum putarent cum suis sarcinis abire iussit. Quam bene Ætolicis dome-

A. V.

cdlxxxiv.

Plutarc.

Pyrrho.

Cic. Catone

VII.

A. V.

dxxcvi.

Plin. 33.

cap. II.

frica prærulerat, si frugalitatis eius exemplum posterior ætas sequi voluisset? Nunc quo veterum est? a seruis vix impetrari potest, ne eam suppellectilem fastidiant, qua tunc consul vti non erubuit.

VIII.

A. V.
dxxxvii.
Plutarc.
Cic. Offic. 2.

At Perse rege deuicto Paullus, cum Macedonicis opib. veterem atque hæreditariã vrbis nostræ paupertatem eo vsque satiaffer, vt illo tempore primum populus Rom. tributum præstandi onere se liberaret? penates suos nulla ex parte locupletiores fecit: Præclare secum actum existimans, quod ex illa victoria alij pecuniam, ipse gloriam occupasset.

IX.

A. V. cdxxx.
Zonaras. 2.

Atque huic animi, eius iudicio Q. Fabius Gurges C. Fabii Pictores, Q. Ogulnius subscripserunt: qui legati ad Ptolemæum regem missi, munera, quæ ab eo priuatim accepta in ærarium & quidem prius quam ad senatum legationem referrent, detulerunt: de publico scilicet ministerio nihil cuiquam, præter laudem bene administrati officij, accedere debere iudicantes. Iam illud humanitatis senatus, & attentæ maiorum disciplinæ iudicium est: data sunt enim legatis, quæ in ærarium reposuerant, non solum patrum conscriptorum decreto, sed etiam populi permisso, eaque legatis quæstores prompte vniciueque distribuerunt. Ita in iisdem Ptolemæi liberalitas, legatorum abstinentia, Senatus ac populi Romani æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

Fabiorum & Ogulnij continentia Cal-
 purnium Pisonem in consimili genere lau-
 dis æmulum fuisse res ipsa documento est,
 Consul graui fugitiuorum bello à se libera-
 ta Sicilia, eos, quorum præcipua opera usus
 fuerat, imperatorio more donis prosequen-
 barur: Inter quos filium suum locis aliquot
 præliatum fortissime, titulo trium librarum
 aurea coronæ decorauit: præfatus non o-
 portere à magistratu è publica pecunia ero-
 gari, quod in ipsius domum rediturum esset,
 tantumque ponderis se testamento adole-
 scienti legaturum promisit: vt honorem pu-
 blice à duce, pretium à patre priuatim acci-
 peret.

Age si quis hoc seculo vir illustris pellibus
 hadinis pro stragulis vtatur, tribusque seruis
 comitatus Hispaniam regat, & quingento-
 rum assium sumptu transmarinam prouin-
 ciam petat, eodem cibo eodemque vino, quo
 nauaræ, vti contentus sit, nonne mirabilis ex-
 istimetur: Atqui ista patientissime superior
 Cato tolerauit, quia illum grata frugalitatis
 consuetudo, in hoc genere vite, cum summa
 dulcedine continebat.

Multum à prisca continentia spatio an-
 norum posterior Cato discedit, vtpote in
 ciuitate iam diuite & lautitia gaudente na-
 tus: Is tamen cum bellis ciuilibus inter esset,
 filium secum trahens, * duodecim seruos ha-
 buit numero plures, quam superior: tempo-

X.

A.V. dcxxx.

XI.

*A.V. dlviii.**Liui. 32.**Plutarc.**Plin. 14. c. 13*

XII.

*A.V. dcciv.**Plutarc.**in vita.**† al. septem.*

I.

A. V.
dcxxiiij.
Iust. 38.
Plutare.
Apoph.
Athen.
lib. 6.
Auct. de
Viris illust.
c. 58.

Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens. Scipio Aemilianus post duos inclytos consulatus, totidemque suae praecipuae gloriae triumphos, septem seruis sequentibus officio legationis functus est: Et puto Carthagini ac Numantiae spoliis comparare plures potuerat; nisi operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaque cum per socios & extraneas gentes iter faceret, non mancipia eius, sed victoriae numerabantur: nec quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum ferret, aestimabatur.

XIV.

A. V.
edlxxiiij:
Pyrrho.
Zonaras.
Liu. 34.
in orat.
M, Catonis
pro lege Op-
pia.
A. V.
dclxvi.
Velleius

Continentia vero etiam in vniuersae plebis animis sepe numero cognita est, sed ab unum de erit, longe inter se distantium saeculorum, duo ex his exempla retulisse. Pyrrhus impetus sui terrore soluto, ac iam Epiroticis armis languentibus, beneuolentiam populi Rom. mercari, quia virtutem debilitare nequiuerat, cupiens; paene totum regiarum opum apparatus in urbem nostram transfulerat. Caeterum cum & magni precij, & varij generis a legatis eius, tam virorum quam feminarum apta vsui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono ianua pertuit. Tarentinaeque petulantiae animosus magis quam efficax defensor, haud scio maiore cum gloria huius urbis moribus, quam armis repulsus sit. In illa quoque procella, quam C. Marius

Marius & L. Cinna reip. inflixerant. abstinentia populi Rom. mirifica conspecta est. Nam cum à se proscriptum penates vulgi manibus diripiendos obiecissent, inueniri potuit nemo qui à ciuili iactura prædam peteret. Vnus enim quisque se ab his perinde ac à sacris ædibus abstinuit. Quæ quidem tam misericors continentia plebis, tacitum crudelium victorum conuitium fuit.

EXTERNÆ.

Ac ne eiusdem laudis commemoratione I. externis inuideamus. Pericles Atheniensium *Plutare.* princeps, cum tragœdiarum scriptorem Sophoclem in Prætura collegam haberet, atq; *in vita Cic. offic. 1.* is publico officio vna destructus, prætereuntis ingenui pueri formam impensioribus *Stob sermo.* verbis laudasset: intemperantiam eius increpans, dixit: Prætori non solum manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse debere.

Sophocles autem ætate iam senior, cum II. ab eo quidam quæreret, an etiamnum reb. *Cicer. Cato ne.* Veneris vteretur: Dii meliora, inquit. Libenter enim istinc tanquam ex aliqua furiosa *Plato de rep. 1.* profugi dominatione.

Æque abstinentis senectæ Xenocratem III. fuisse accepimus; cuius opinionis non parua *Diogen. Laert.* fides erit narratio quæ sequitur. Phryne nobile Athenis scortum iuxta eum vino gramem in priuigilio accubit, pignore cum quibusdam iuuenibus posito, an temperantiam

eius corrumpere posset: Quam nec tactu nec
 sermone aspernatus, quod voluerat in sinu
 suo morari, irritam propositi dimisit. Factum
 sapientia imbuti animi abstinens? sed mere-
 triculae quoque dictum perquam facerum
 Deridentibus enim se adolescentibus, qui
 tam formosa tamque elegans poti senis ani-
 mum illecebris pellicere non potuisset, pa-
 etumque victoriae pretium flagitantibus: de
 homine se cum ijs, non de statua, pignus po-
 fuisse, respondit. Potestne haec Xenocratis
 continentia à quoquam magis vere magis
 proprie demonstrari, quam ab ipsa meretrici-
 cula expressa est? Phryne pulchritudine sua
 nulla ex parte constantissimam eius abstinē-
 tiam labefecit. Quid rex Alexander? an diu-
 tiis eum quaterere potuit? ab illo quoque sta-
 tuam & quidem aequae frustra tentatam pe-
 tes. Legatos ad eum cum aliquot talentis mi-
 serat, quos in Academiam perductos, solite
 sibi, id est, modico apparatu, & admodū pa-
 uulis copiis excepit. Postero die interrogan-
 tibus, cui nam adnumerari pecuniam velle-
 Quid vos, inquit, hesternae coena non intelle-
 xistis ea me non indigere? ita rex philosophi
 amicitiam emere voluit: Philosophus regem
 suam vendere noluit.

*Plutarc. de
 fortun.*

Alexand.

Cicer.

Tusc. 5.

Diogen.

Laert.

IV.

*Plutarc.
 de exilio.*

Cicer.

Tusc. 5.

Alexander vero cognomen inuicti asse-
 curus continentiam Diogenis Cynici vin-
 cere non potuit: Ad quem, cum in sole se-
 dentem accessisset, hortareturq; ut si qua

bi vellet præstari, indicaret: quemadmodum
 erat in crepidine collocatus, sordidæ appella-
 tionis, sed robustæ vir præstantiæ: Mox, in-
 quit, de cæteris: interim à sole mihi velim nõ
 obstes. Quibus verbis illa nimirum inhæsit
 sententia: Alexander Diogenem gradu suo
 diuitiis repellere tentat; celerius Darium ar-
 mis. Idem Syracusis, cum olera ei lauanti A-
 ristippus dixisset; Si Dionysium adulare vel-
 les, ista non esses. Imo, inquit, si tu ista esse
 velles, non adulares Dionysium.

*Dlog.
 Laert.
 Aristippe.*

DE PAUPERTATE LAV-

DATA.

CAP. IV.

- 1 *P. Valerii Poplicola.*
- 2 *Agrippa Menenii Lauati.*
- 3 *C. Fabricii Luscini, & Q. Aemilii Pap.*
- 4 *Ducum ex agris ad magistratus accer-
 sitorum.*
- 5 *C. Atilij reguli Serrani Cos.*
- 6 *M. Atilii reguli procos.*
- 7 *Aelia familia.*
- 8 *Q. Aelii Tuberonis, & L. Aemilii Paul-
 li.*
- 9 *Cn. Cornelii Scipionis.*
- 10 *Aemilij Scauri.*

Maxima ornamenta esse matronis libe-
 ros, apud Pomponium Rufum Collectorum
 libro sic inuenimus; Cornelia Gracchorum
 mater, cum Campana matrona, apud illam
 hospita, ornamenta sua illo sæculo pulcher-

rima ostenderet. traxit eam sermone, quousque è schola redirent liberi: Et hæc, inquit, ornamenta mea sunt. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit: eo quidem certius, quam qui cuncta possidet? Quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis vsurpationem nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Itaque quorsum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere? cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta: & huius horridior aspectus solidis & certis bonis abundet, Quod melius personis quam verbis repræsentabitur.

I.

A. V.

eccliv.

Lii. 2.

Plutarc.

Dion. 5.

¶ al. prætex-

to.

A. V. ccl.

Regio imperio propter nimiam Tarquinij superbiam finito, consulatus initium Valerius Poplicola cum Iunio Bruto auspiciatus est. Idemque postea tres consulatus acceptissimos populo Romæ gessit: & plurimorum ac maximorum operum * prætextu, titulum imaginum suarum amplificauit: cum interim factorum illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficienter decessit: ideoque publica pecunia ducta sunt. Non attinet vltiore disputatione tanti viri paupertatem scrutari: abunde enim patet, quid viuus possederit, cui mortuo lectus funebris & rogus defuit.

II.

A. V.

ecclx.

Lii. 2.

Quantæ amplitudinis Agrippam Mæcenium fuisse arbitremur, quæ senatus & plebs pacis inter se faciendæ auctoritatē legit? Quæ

tus scilicet esse debuit arbiter publicæ salutis. Hic nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniæ inops decessit, vt sepulturæ honore caruisset. *Ve. A.V. cclx. Liu.2. Diog.1. & alij.*

rum idcirco perniciofa seditione diuidua ciuicas, manibus Agrippæ in vnum contrahi voluit: quia eas pauperes quidem sed sanctas animaduernerat: Cuius vt superstitis nullum fuit, quod in censum deferretur, ita & extincti, hodieque amplissimum est patrimonium Romana concordia.

In C. vero Fabricij, & Q. Æmilij Papi principum seculi sui domibus argentum fuisse confitear oportet: vterq; enim patellam deorum & salinum habuit. Sed eo lautior Fabricius, quod patellam suam corneo pediculo sustineri voluit. Papi quoque satis animose, qui cum hæreditatis nomine ea accepisset, religionis causa abalienanda non putauit.

Illi etiam prædiuites, qui ab aratro accersabantur vt Coss. fierent, voluptatis causa sterile atq; æstuosissimum Pupiniæ solum versabant: deliciarumque* ignari, vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant: Imo vero quos pericula reip. Imperatores afferebant, angustia rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubuculos fieri cogebant.

Atilium autem, qui ad eum racterendum à senatu missi erant ad Imperium Pop. Rom. suscipiendum semina spargentem viderunt:

*Cicer. pro
Rosc. Amer.
Plin. 18.
cap. 3.*

sed illæ rustico opere attritæ manus salutem publicam stabilierunt: ingentes hostium copias pessunderunt. Quæque modo arantium bouum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit ijs rubori eburneo scipione deposito, a grestem stiuam aratri repetere. Potest pauperes consolari Atili⁹, sed multo magis docere locupletes, quam non sit necessaria solidæ laudis cupidini nimis anxia diuitiarum comparatio.

*VI.
A. V.
cdxcviij.
Liu. 18.
Sen. ad Al-
bin. cap. 12.*

Eiusdem nominis & sanguinis Atilius Regulus primi Punici belli gloria cladesque maxima cum in Africa insolentissimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum Imperium cognosset; consulis scripsit: vilicum in agello, quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium, *amoto inde rustico instrumento discessisse. Ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde vxor ac liberi sui alerentur. Quæ postquam senatus à Coss. accepit, & agrum Atilij illico colendum locari, & alimenta coniugi eius ac liberis, resque quas amiserat, redimi publice iussit. Tanti arario nostro virtutis Atilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, stetit.

† al. amisso.

VII.

Æque magna latifundia L. Quinctii Cincinnati fuerunt: septem enim iugera agri pol-

possedit: ex hisque tria, quæ pro amico ad ærarium ob signauerat, multæ nomine amissit. Pœnam quoque pro filio Cæsone, quod ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli redditu soluit. Et tamen ei quatuor iugera aranti, non solum dignitas patris familiae constitit, sed etiam dictatura delata est. Anguste se habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerint.

A. V.
ccxcii.
Liu. 3.
Dion: 10.
A. V.
ccxiv.
Luc. 3.
Dion. 10.

Quid Aelia familia, quam locuples? sexdecim eodem tempore Ælij fuerunt, quibus vna domuncula erat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monimenta: & vnus in agro Veiente fundus, minus multo cultores desiderans, quam dominos habebat. Inque Maximo & Flaminio spectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutē publice donata possidebant.

VIII.
A. V.
dxxxix.
circiter.
Plutarc.
in Paulo.

Eadem gens nullum ante scrupulum argenti habuit, quam Paulus Perse rege deuictō, Q. Aelio tuberoni genero suo quinque pondo argenti, ex præda donaret. Taceo enim quod Princeps ciuitatis filiam ei nuptū dedit, cuius penates tam ieiunos pecunia videbat: Quin ipse quoque adeo inops decepsit, vt nisi fundus quem vnum reliquerat, venisset, vxor eius dotem vnde reciperet non extitisset. Animi yirorum & fœminarum vigeabant in ciuitate: eorumque bonis, dignitatis æstimatio cunctis in rebus ponderabatur.

IX.
A. V.
dxxxvi.
Plut.
Plin. 33.
ca. 11.
A. V.
dxciii.
Plutarc.
Liu. 46.
Auct. de
Viris Illust.

Hæc

Hæc imperia conciliabant, hæc iungebant
 affinitates : hæc in foro, hæc in curia, hæc
 intra priuatos parietes plurimum poterant.
 Patriæ enim rem vnusquisque, non suam
 augere properabat : pauperque in diuite,
 quam diues in paupere imperio versari ma-
 lebat. Atque huic tam præclaro proposito
 illa merces reddebatur, quod nihil eorum
 quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat,
 inopiæque illustrium virorum publice suc-
 currebatur.

X.

A. V.

dxxxix.

Zonar. 2.

Senec. ad

Albinam.

c. 12.

Itaque cum secundo Punico bello Cn.
 Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens
 vt sibi successor mitteretur quia filiam virgi-
 nem adultæ iam ætatis haberet, neque ei si-
 nefese dos expediri posset, senatus ne respub.
 bono duce careret, patris sibi partes desum-
 psit. consilioque vxoris, ac propinquorum
 Scipionis constituta dote summam eius ex
 ærario erogauit, ac puellam nuptum dedit.
 Dotis modus X. millia æris fuit: in quo non
 solum humanitas Patrum conscriptorum,
 sed etiam habitus veterum patrimoniorum
 cognosci potest. Namque adeo fuerunt æcta
 vt Tatia Cæsonis filia maximam dotem ad
 virum X. millia æris attulisse visa sit. & Me-
 gullia, quia cum quinquaginta millibus æris
 mariti domum intrauit. Dotatæ cognomen
 inuenerit, Ideo senatus fabricij Luscini Sci-
 pionisque filias ab indotatis nuptiis libera-
 litate sua vindicauit: quoniam paternæ hæ-

reditati præter optimam gloriam nihil erat
quod acceptum referrent.

M. autem Scaurus quantulam à patre hæ-
reditatem acceperit, in primo libro eorum,
quos de vita sua scripsit, refert: Ait enim sibi
* decem sola mancipia, totumque censum * *al. sexi.*
quinque atque triginta millum nummum
relictum. In hac penuria ille futurus senatus
princeps nutritus est spiritus.

Hæc igitur exempla respicere, his acquie-
scere solatiis debemus, qui paruulos sensus
nostros numquam querelis vacuos esse fini-
mus. Nullum aut admodum parui ponderis
argentum, paucos seruos, septem iugera ar-
da terræ, indigentia domi, publice impensa
funera, inopes dotum filias: sed egregios con-
sularis, mirificas dicturas, innumerabiles
triumphos cernimus. Quid ergo mediam
fortunam, quasi præcipuum generis humani
malum diuturnis conuitiis laceramus? quæ
vt non abundantibus, ita fidis vberibus Po-
plicos, * Aemilios, Fabricios, Curios, Sci-
piones, Scauros; hisque paria robora virtutis
aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæque
aspectu debilitatos spiritus pristini tempo-
ris memoria recreemus: Namque per Ro-
muli calam; perque veteris Capitolij humi-
lia recta, & æternos Vestæ focos, fictilibus e-
tiamnum vasis contentos iuro, nullas diui-
tias talium virorum paupertatis posse per-
ferri.

XI.

*Epilogus
capitis
cum cohortatione ad
contemptum
auaritia.*

* *al. Aelios.*

DE.

- 1 Populi Romani.
- 2 C. Terentii Varonis Cos.
- 3 C. Cicerei candidati.
- 4 L. Licinii Crassi candidati.
- 5 Cn. Pompeii Magni procos.
- 6 C. Iulii Caesaris dictatoris.

EXTERNORVM.

- 1 Spuria Etrusci.
- 2 Legatorum Spartanorum.

A qua tempestiuus ad verecundiam transitus videtur. Hæc enim iustissimis viris præcepit ut priuatas facultates negligenter, publicas quam amplissima esse cuperent. Magna enim ei perinde atque cœlesti numini extantur templa, atque consecrentur: quia pars est omnis honesti consilij tutela solemni officiorum, magistra innocentia chara proximis, accepta alienis, omni loco omni tempore fauorabilem præ se ferens vultus. Sed ut à laudibus eius ad facta veniamus. A condita Vrbe vsque ad Africanum, & Tiberium Longum Coss. promiscuus senatus & populo spectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quisquam ex plebe a te Patres conscriptos in theatro spectare sustinuit: A deo circumspecta nostræ ciuitatis verecundia fuit. Quæ quidem certissimum sui documentum etiam illo die exhibuit, quo Pad. Valerius Elaminus extrema in parte theatri con-

I.

A. V.

dix.

Lin. 34.

Cicer.

Corneliana

Pad. Valerius

CAP. V. DE VERECUNDIA. 211

it; quia à Catone & L. Flacco censoribus
senatu morus fuerat, consulatus iam hono-
re defunctus, frater etiam T. Flaminini Ma-
cedoniæ, Philippique victoris: Omnes enim
eum transire in locum dignitati suæ debitum
coegerunt.

item 2. cap.
A. V.
dclxix.
Cic. in Cato
ne & Fla-
minino.

Confregit rempublicam Terentius Varro
Cannensis pugnae temerario ingressu: idem
delatam sibi ab uniuerso senatu & populo
dictaturam recipere non sustinendo, pudore
culpam maximæ cladis redemit. Effecit que
ut cladis deorum iræ, modestia ipsius mori-
bus imputaretur, Itaque titulo imaginis eius
speciosius non recepta dictatura, quam alio-
rum gesta adscribi potest.

II.
A. V.
dxxxvii.
Liu. 24.
Val. Max. 3-
cap. 4.
III.
A. V.
dclxxix.

Nos autem ad præclarioris verecundiæ o-
pus transgrediamur. Magna cum inuidia
fortuna Prætoris comitis Africani supe-
rioris filium Cn. Scipionem, & scribam Cice-
reium in campum deduxerat: vsque nimis
impotens sermone vulgi carpebatur, quod
tanti viri sanguinem clientalemque comi-
tiali certamine confuderat. Cæterum crimē
eius in suam laudem Cicereius conuertit.
Nam ut vidit omnibus se centuriis Scipioni
anteferri, templo descendit, abiecta que can-
dida toga competitoris sui suffragatorem
agere cœpit, ut scilicet Præturam melius A-
fricani memoriæ concederet, quam sibi ven-
dicaret. Nec minimum est verecundiæ præ-
cium, Scipio tunc honorem adeptus est; Cice-
reio

Liu. 47.
sed interie-
dit hist.

reio tamen magis gratulati sunt.

Ac ne protinus comitiis abeamus, confite-
latum petens L. Crassus, cum omnium cap-
didatorum more circum forum supplex por-
pulo ire cogeretur, nunquam adduci por-
vt id praesente Q. Scaeuola grauissimo & sapolli-
entissimo viro socero suo faceret. Itaque rogus
bat eum vt a se, dum ineptae rei deseruire
discederet: maiorem verecunaiam dignitat-
eius, quam candidae togae suae respectu ager-
nar

IV.
A. V. dclix.
Cic. de O-
rat. II.

Pompeius autem Magnus Pharsalica ac-
victus a caesare, cum postero die Larissam in-
traret, oppidi que illius vniuersus popul-
obuiam ei processisset: Ite inquit, & istud ob-
ficium praestate victori. Dicerem, non dign-
qui vinceretur, nisi a Caesare superatus esse
certe modestus in calamitate. Nam quia de-
gnitate sua vti iam non poterat, yfusus est ver-
cundia.

V.
A. V. dccv.
Dion. 42.
Plutarc.
in vita.
Luc. 7.

Quam praecipuam in C. quoque Caesare
fuisse, & saepenumero apparuit, & vltimus
ius dies significauit: Compluribus enim po-
ricidarum violatus mucronibus, in ter ipsu-
illud tempus, quo diuinus spiritus mort-
discernebatur a corpore, ne tribus quidem
viginti vulneribus, quin verecundiae obse-
queretur, absterreri potuit: Siquidem vtra-
togam manu dimisit, vt inferiori parte cor-
poris tecta collaberetur. In hunc modum
homines expirant, sed dij immortales sedes
suas repetunt.

VI.
A. V. dccix.
Suet.
Plutarc.
in vita.

CAP. IV. DE VERECUNDIA. 213
EXTERNA.

Quod sequitur externis adnectam, quia
ante gestum est quam Etruriæ ciuitas dare-
ant. Excellentis in ea regione pulchritudinis
et dolescens nomine Spurina; cum mira
specie complurium sceminarum illustrium
sollicitarat oculos, ideoque viris ac parenti-
bus earum se suspectum esse sentiret; oris
et eorum vulneribus confudit, deformita-
temque sanctitatis suæ fidem, quam for-
tissimè irritamentum alienæ libidinis esse ma-
nit.

Athenis quidem vltimæ senectutis, cum
spectatum ludos in theatrum venisset, cum-
que nemo è ciuibus sessum reciperet, ad La-
cedæmoniorum legatos forte peruenit. Qui
hominis ætate mori, canos eius & annos as-
urgendi officio venerati sunt, sedemque ei
inter ipsos honoratissimo loco dederunt.
Quod ubi fieri populus aspexit, maximo
plausu alienæ vrbis verecundiam comproba-
uit. Ferunt tunc vnum à Lacedæmonijs di-
pisse. Ergo Athenienses quid sit rectum, sci-
ant, sed id facere negligunt.

DE AMORE CONIUGALI.

CAP. VI.

CVIVS EXEMPLA ROMA-
NA SVNT.

- 1 Ti. Gracchus maior.
- 2 C. Plantius Numida.

M. Plau-

- 3 *M. Plantius.*
 4 *Iulia C. F. Cn. Magni.*
 5 *Porci à M. F. M. Bruto.*

EXTERN A.

- 1 *Artemisia Mausoli regis.*
 2 *Hipsicratea Mithridatis regis.*
 3 *Lacena Minyarum.*

A Placido & leni affectu, ad æque honestum, verum aliquanto ardentio rem & concitatio rem pergam; legitimi que amoris, quasi quasdam imagines, non sine maxima veneratione contemplandas, lectoris oculis subijciam, valenter inter coniuges stabilis fidei opera percurrens, ardua imitatu, ceterum cognosci vtilia. Quia excellentissima nimaduertenti, ne mediocria quidem proficere, rubori oportet esse,

I.

Plutare.
Gracchis
Cic. de di-
uin.

Hug. in Fa-
bulis.
Plato in
sympos.

Ti. Gracchus anguibus domi suæ maris femina apprehensis, certior factus ab aspice, mare dimisso, vxori eius; femina, celerem obitum instare: salutarem coniugium potius, quam sibi partem augurij securum marem necari, feminam dimitti iussit: persistitque in conspectu suo seipsum in retu serpentis occidi. Itaque Corneliam nescio vtrum felicior em dixerim, quod tale virum habuerit, an miserior em quod amiserit. O te Thessaliæ rex Admete crudelis, diri facti crimine sub magno iudice damnatum! qui coniugis tuæ fata pro tuis permitti passus es, eaque ne tu extinguereris volens

tario obitu consumpta, lucem intueri potuisti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaueras, femineo animo impar inuentus.

Vilior Graccho iniquæ fortunæ victima, quamuis senatorij vir ordinis C. Plautius Numida; sed in consimili amore par exemplum. Morte enim vxoris audita, doloris impotens, pectus suum gladio percussit. Interuentu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus, colligatusque; vt primum occasio data est scissis fascijs, & vulnere diuiso, constanti dextera, spiritum luctus acerbitate permistum, ex ipsis præcordijs & visceribus hausit. Tam violenta morte testatus quantum maritalis flammæ illo pectore clausum habuisset.

Eiusdem vt nominis, ita timoris quoque M. Plautius: Nam cum imperio senatus classem sociorum sexaginta nauium in Asiam reduceret, Tarentumque appulisset, atque ibi vxor eius Orestilla, quæ illuc eum profecuta fuerat, morbo pressa decessisset; funerata ea atque in rogam imposita, inter officium vngendi & osculandi, stricto ferro, incubuit. Quem amici, sicut erat, rogatum & calcearum corpori coniugis iunxerunt: ac deinde subiectis facibus, vtrumque vna cremauerunt. Quorum ibi factum sepulchrum Tarenti etiamnam conspicitur, quod vocatur ΤΩΝ ΦΙΛΟΤΝΤΩΝ. Nec dubito,

quia

II.

III.

quin si quis modo extinctis sensus inest, Plautius, & Orestilla, fari consortione gestientes vultus tenebris intrulerint: Sane ubi idem & maximus & honestissimus amor est, alio quanto præstat morte iungi, quam vita distrahari.

IV.
A. V.
dcccix.
Appian.
Ciuil.
Velleius.
Plutarc.

Consimilis affectus Iuliae C. Cæsaris filiae annotatus est. Quæ cum ædilitiis comitiis Pompeij Magni coniugis sui vestem cruentam respersam è campo domum relata[m] vidisset; territa metu ne qua ei vis esset allata, ex animis concidit, partumque quem ventris conceptum habebat, subita animi consternatione & graui dolore corporis ei coacta est. Atque ita expirauit, magnam quidem cum totius terrarum orbis decore: cuius tranquillitas tot ciuiliū bellorum truculentissimo furore perturbata non esset, si Cæsaris & Pompeij concordia[m] & communis sanguinis vinculo constricta mansisset.

A. V. dcccxi.
Dion. 47.
Plutarc.
Bruto.
Appian.
Ciuil. 4.

Tuos quoque castissimos ignes Porcia M. Catonis filia, cuncta sæcula debita admiratione prosequentur: Quæ cum apud Philippum victum & interemptum virum tuum Brutum cognosceres, quia ferrum nondabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitasti, muliebri spiritu virilem patris exitum imitata. Sed nescio an hoc fortius, quod ille vsitato, tu nouo genere mortis absumptas es.

Sunt & alienigeni amores iusti, obscuri-
 tati ignorantia non obrati & quibus paucos
 attigisse satis erit. Genti Caria regina Ar-
 temisia virum suum Mausolum fato absum-
 ptum quantopere desiderarit, leue est, post
 conquisitorum omnis generis honorum mo-
 nimentique vsque ad septem miracula pro-
 uecti, magnificentiam argumentari. Quid e-
 nim aut eos colligas? aut de illo inclyto tu-
 mulo loquare? cum ipsa Mausoli viuum ac
 spirans sepulchrum fieri concupierit, eorum
 testimonio, qui illam extincti ossa portione
 aspersa bibisse tradunt.

Hispicratea quoque regna Mithridatem
 coniugem suum effusis charitatis habenis a-
 mauit: propter quem precipuum formæ suæ
 decorem in habitum virilem conuerrere vo-
 luptatis loco habuit: Tonsis enim capillis
 equo se & armis assuefecit, quo facilius labo-
 ribus & periculis eius interesset. **Quin** et-
 iam victum à Cn. Pompeio per efferatas gē-
 tes fugientem, animo pariter & corpore in-
 fatigabili secuta est: Cuius tanta fides aspera-
 rum atque difficilium rerum Mithridati ma-
 ximum solatium & iucundissimum lenimē-
 tum fuit: cum domum enim & penatibus
 vagari se credidit, vxore simul exulante.

Verum quid Asiam, quid barbariæ immē-
 sas solitudines, quid latebras Pontici sinus
 scrutor? cum splendidissimum totius Græ-

I.

Gell. 10.

cap. 18.

Cicer.

Tusch. 3.

Suid.

mærore

contabuisse

scribit ex.

Theopompo

II.

Plutarc.

Pompeio.

A. V.

dcxxxvij.

ciæ decus Lacedæmon , præcipuum vxori
specimen nostris ostendet oculis , plurimum
& maximis patriæ suæ laudibus admiratio-
ne facti comparandum.

III.
Herod. 4.
Plutaro.
de claris mu-
lieribus.

Minyæ, quorum origo ex in-
clyto socio-
rum Iasonis numero. Lemniorum in insula
concepta, per aliquot sæculorum vices stabili
in sede manserat, à Pelasgis expulsi armis
alienæ opis indigi, excelsa Taygetorum montium
iuga supplices occupauerant. Quo-
Spartana ciuitas recepit respectu Tyndaridarum,
namque in illo nobilis famæ nauigio destinatum
sideribus par fratrum fulserat: Deductosque inde,
legibus commodis suis immiscuit. Sed hoc tantum
beneficium in iniuriam benemeritæ vrbs, regnum
abstantes, verterunt. Igitur publicæ custodibus
inclusi, capitali seruabantur supplicio: Quibus
cum vetere instituto Lacedæmoniorum non
æterno tempore passuri essent, coniuges
rum illustris ibi sanguinis, velut allocutione
perituros viros, impetrato à custodibus
tu, carcerem intrauerunt, commutataque
ste per simulationem doloris, velatis capitibus
eos abire passæ sunt. Hoc loco quid aliud
iecerim, quam dignas fuisse, quibus Minyæ
nubent.

DE AMICITIÆ VINCULO.

C A P. VII.

QVO IUNCTI RONANI.

I Ti. Sempronius Gracchus cum C. Blossio.

2 Sempronius

- 2 *Sempronius Gracchus cum Pomponio & Latorio.*
- 3 *L. Rheginus cum Q. Servilio Capione.*
- 4 *T. Volumnius cum M. Lucul.*
- 5 *P. Petronius cum P. Celio.*
- 6 *Ser. Terentius cum D. Brut.*
- 7 *C. Laelius cum Scipione, & M. Agrippa cum Augusto.*

EXTERNI

- 1 *Damon cum Pythia.*
- 2 *Alexander Magnus cum Ephestione.*

Contemplemur nunc amicitie vinculum, potens & præualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius. Hoc etiam certius & explorat us, quod illud nascendi fors, fortuitum opus: hoc vniuscuiusque solido iudicio incoacta voluntas contrahit. Itaque celerius est sine reprehensione propinquum auertere, quam amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera vtique leuitatis crimine subiecta est. Cum enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitiae cincta præsidio, tam necessarium subsidium temere assumi non debent: semel autem rectum apprehensum sperni non cõuenit. Sincera vero fidei amici præcipue in aduersis rebus cognoscuntur: in quibus quidquid præstatur, totum à constanti beneuolentia proficiscitur. Felicitatis cultus, maiore ex parte adulationi, quam charitati erogatus, certe suspectus est: perinde ac si plus semper petat,

quam impendat. Accedit huc quod infractæ fortunæ homines, magis amicorum studia desiderant, vel præsidii vel solatii gratia. Nā læta quidem & prospera negotia, utpote cum diuina suffragatione foueantur, humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui aduersos amicorum casus non deseruerunt; quam qui prosperum vitæ cursum comitati sunt. Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Orestes Pylade pæne amico, quam Agamemnone patre notior est. Siquidem illorum amicitia in consortione deliciarum & luxuriæ contabuit: horum duræ atque asperæ condicionis solatium, ipsarum miseriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domesticis prius liceat uti?

I

Inimicus patriæ fuisse Ti. Gracchus estimatus est? nec immerito, quia potentiam suam saluti eius prætulerat. Quam constantis tamen fidei amicum etiam in hoc tam prauo proposito C. Blossiam Cumanum habuerit, operæ pretium est cognoscere. Hostis iudicatus, ultimo supplicio affectus, sepulturæ honore spoliatus, beneuolentia tantum eius non caruit. Nam cum senatus Rutilio & Lænatu consulibus mandasset ut in eos, qui cum Graccho consenserat, more maiorum animaduernerent, & ad Lælium, cuius consilio præcipue consules utebantur

A. V.
dxxxi.
Cicer.
Lælio.

pro

pro se Blossius deprecatum venisset, familiaritatisque excusatione vteretur; atque is dixisset, Quid si te Gracchus templo Iouis Optimi Max. faces subdere iussisset, obsecuturusne voluntati eius, propter istam quam iactas familiaritatem, fuisses? Nunquam istud, inquit, Gracchus imperasset. Satis, imo etiam nimium: totius namque senatus cōsensu damnatos mores defendere ausus est. Verum quod sequitur, multo audacius, multoque periculosius: compressus enim perseveranti interrogatione Lælij, in eodem constantiæ gradu stetit: seque etiam hoc, si modo Gracchus annuisset, facturum respondit. Quis illum sceleratum putasset fuisse, si tacuisset? Quis non etiam sapientem, si pro necessitate temporis locutus esset? At Blossius nec silentio honesto nec prudenti sermone salutem suam, ne qua ex parte infelicis amicitiae memoriam desereret, tueri voluit.

In eadem domo æque robusta constantis amicitiae exempla oboriuntur. Prostratis enim iam & perditis C. Gracchi consiliis rebusque, cum tota eius conspiratio latequeretur, desertum omni auxilio duo tantum amici, Pomponius & Lætorius ab infestis & undique ruentibus telis, oppositu corporum suorum texerunt: Quorum Pomponius, quod is facilius euaderet, concitatum sequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu a-

Plutaro.
Gracchos.

H.

A. V.

dcxxxij.

Plutaro.

Gracch. s.

cerrima pugna inhibuit: nec viuis pelli potuit, sed multis confectus vulneribus, transfutum eis super cadauer suum (credo etiam post fata inuitus) dedit. Lætorius autem in ponte Sublicio cōstitit, & eum, donec Cracchus trāfiret, ardor spiritus sui sepfit: ac vi iā multitudinis obrutus, conuerso in se gladio, celeri saltu profundum Tyberis petiit: quam que in eo ponte charitatem toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vnius amicitiaē adiecta voluntaria morte, præstitit. Quam bonos Gracchi, si aut patris aut materni aui sectam vitæ ingredi voluissent, habere milites potuerant? Quo enim impetu, qua perseuerantia animi Blossius, & Pōmponius, & Lætorius trophæa ac triumphos eorum adiuuissent, furiosi conatus tam streauī comites: sinistris quidem auspiciis amicitiaē condicionem secuti; sed quo miseriora, hoc certiora fideliter cultæ nobilitatis exempla.

III.

A. V. delxiij.

L. Autem Rheginus, si ad debitam publico ministerio, sinceritatem exigatur: posteritatis conuitio lacerandus: si amicitiaē fide pignore aestimetur, in optimo laudabilis cōscientiaē portu relinquendus est. Trib. enim plebis Cæpionem in carcerem coniectum, quod illius culpa exercitus noster à Cimbris & Teutonis videbatur deletus, veteris arctæque amicitiaē memor, publica custodia liberavit: nec eatenus amicum egisse contentus, etiam fugæ eius comes accessit. Pro magnum

gaum & inexuperabile tuum numen amicitia: cum ex altera parte respublica manum iniiceret. ex altera tua illum dextera traheret: & illa ut sacro sanctus esse veller, exigeret, tu exilium indiceres. Adeo blando veteris imperio, quod id supplicium honori prætulit.

IV.

Admirabile hoc opus tuum? sed quod sequitur, aliquanto laudabilius. Recognosce enim quousque T. Volumnij constantem erga amicum suum charitatem sine vlla reipublicæ iniuria euexeris? qui ortus equestri loco, cum M. Lucullum familiariter coluisset, eumque M. Antonius. quia Bruti & Cassij partes securus fuerat, interemisset: in magna fugiendi licentia, ex animi amico adhæsit, hucusque in lachrymas & gemitus profusus, ut nimia pietate causam sibi mortis accerteret. Nam propter præcipuam & perseverantem lamentationem ad Antonium pertractus est: cuius postquam in conspectu stetit, lube me, inquit, imperator, protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim absumpto illo superesse debeo, cum ei infelicis militiæ ductor extiterim, Quid hac fidelius benevolentia? mortem amici, hostis odio leuavit, vitam suam consilij crimine astrinxit: quoque illum miserabiliorem redderet, se fecit inuisiorem. Nec difficiles Antonii aures habuit: ductusque quo voluerat Luculli dexteram auide osculatus, caput

quod abscisum iacebat : subleuatum pectori tuo applicauit , ac deinde demissam ceruicem victoris gladio præbuit. Loquatur nunc Græcia Theseum nefandis Pirithoi amoribus subscribentem, Ditis se patris regnis commisisse. Vani est istud narrare, stulti credere. Mistum cruorem amicorum, & vulneribus innexa vulnera, mortemque morti inhaerentem videre: hæc vera Romanæ amicitiae indicia; illa gentis ad fingendum paratæ monstro similia mendacia.

V.

L. quoque Petronius huiusce laudis confectionem merito vendicat: pari etenim & inclytæ amicitiae auso par gloriæ portio auferenda est. Admodum humili loco natus ad equestrem ordinem, & * splendidæ militiæ stipendia P. Cælii beneficio peruenerat, cui gratum animum, quia in læta materia exhibere non contigerat: in ea, quam iniquam fortuna esse voluit cum multa fide præstitit. Erat ab Octauio consule Placentiæ præpositus Cælius: qua à Cinnano exercitu capta, & senior iam & graui valetudine affectus, ne in potestatem hostium veniret, ad auxilium dextræ Petronij confugit: Quem is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere, in iisdem perseuerantem precibus interemit, cædique eius suam iunxit, ne eo iacente, per quem omnia dignitatis incrementa ascutus fuerat, superesset. Ita alterius fato magnanimitas, alterius pietas causam præbuit.

Iun-

† al. splendida.

A. V. dclxvi.

Iungendus est Petronio Ser. Terentius, quamquam ei, sicut cupierat, pro amico suo perire non contigit. Incepto namque egregio, non irritò euentu æstimari debet; quia quantum in illo fuit, & ipse extinctus est; & D. Brutus periculum mortis euasit. **Qui** *A. Y.*
 fugiens à Mutina, vt ad se interficiendum ab *decox.*
 Antonio missos equites aduenisse cognouit, *Dion. 46.*
 quodam in loco iustę pœnæ debitum spiri- *Heluium*
 tum tenebris furari conabatur: Eoque iam *Blasionem*
 facta irruptione, Terentius fideli menda- *quendam*
 cio obscuritate ipsa suffragante, Brutum *vt Brutum*
 se esse simulauit, & corpus suum trucidandū *exemplo sui*
 equitibus obiecit. Verum cognitus à Furio *animaret,*
 cui Brutianæ ultionis officium mandatum *ultro se occi*
 fuerat: nece sua amici supplicium discutere *disse scribit.*
 non potuit: Sic inuitus fortuna cogente vi-
 rit.

Ab hoc horrido & tristi pertinacis ami-
 citiæ ad lætum & serenum vultum transea-
 mus: atque eam inde euocatam, vbi omnia
 lacrymis, gemitu, cædibus fuerant referta,
 in eo, quo dignior est, felicitatis domicilio
 collocemus, gratia, honore, abundantissimis
 que opibus fulgentem. Proдите igitur ab il-
 la, quæ sanctorum vmbri dicata esse credi-
 tur, sede, hinc Decime Læli, illinc M. A-
 grippa, alter virorum, alter deorum maxi-
 mum amicum, & certa mente, & secundis
 manibus sortiti: totumque beatæ turbæ
 regem, qui vestro ductu veneranda sinceræ

VII.

C. Lælium
*vocant**alii omnes;**hic amici-*
*tia.**Scipionis fe-*
lix.

K 5

fidei

M. Agrippa
Augusti.

fidei stipendia, laudibus & præmiis onustus peregit, in lucem vobiscum protrahite: Vestros enim constantes animos, vestra strenua ministeria, vestram inexpugnabilem taciturnitatem, proque dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem, testatorem benevolentiam, & rursus harum rerum vberimos fructus posterior intuens ætas, in excolendo iure amicitiae, quam libentius, tam etiam religiosius erit operata.

EXTERNÆ.

Hæret animus in domesticis: sed aliena quoque benefacta referre Romanæ urbis candor hortatur Damon & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam iunxerant, ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo prius quam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetrauisset: alter vadem se pro reditu eius tyranno dare non dubitavit. Solus erat periculo mortis, qui modo ceruices gladio subiectas habuerat, eidem caput suum subiecerat, cui securo viuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionysius nouæ atque anticipis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, vnusquisque stultitiæ tam temerarium sponforem damnabat. At is nihil se de amici constantia meruere prædicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionysio constitu-

I.

Cicer.

Offic. 3.

ta,

ta, qui eam acceperat, superuenit: Admiratus
 amborum animum tyrannus, supplicium fi-
 dei remisit; in superque eos rogauit ut se in so-
 cietatem amicitiae, tertium sodalitiij gradum
 intima culturum beneuolentia reciperent.
 Hæ sane vires amicitiae, mortis contemptum
 ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, cru-
 delitatem mansuefacere, odium in amorem
 conuertere, pœnam beneficio pensare po-
 tuerunt: quibus pæne tantum venerationis,
 quantum deorum immortalium ceremoniis
 debetur. Illis enim publica salus, his priuata
 continetur: atque ut illarum ædes sacra do-
 micilia, ita harum fida hominum pectora
 quasi † quodam sancto spiritu referta tem-
 pla sunt. † *al. quædã.*

Quod ita esse, rex Alexander sensit. Darij
 castris, in quibus omnes necessarij eius erant
 positus, Ephestione gratissimo sibi latus suũ
 regente, ad eos alloquendos venit. Cuius ad-
 uentu mater Darij recreata, humi prostra-
 tum caput erexit, Ephestionemque, quia ei,
 & statura & forma præstabat, more Persa-
 rum adulata, tanquam Alerandrum saluta-
 uit. Admonita deinde erroris, per summam
 trepidationem excusationis verba querebat.
 Cui Alexander, Nihil est, inquit, quod hoc
 nomine confundaris, nam & hic Alexander
 est. Vtri prius gratulemur? qui hoc dicere
 voluit, an cui audire contigit? Maximi enim
 animi Rex, etiam totum terrarum orbem

II.

Q. Curt. 3.

Diod. Sicul.

in vita A-
lexandri.

aut victoriis aut spe complexus, tam paucis
 verbis se cum comite suo partitus est. O do-
 num inclytæ vocis, danti pariter atque ac-
 cipienti speciosum! Quod priuatim quo-
 que merito veneror, clarissimi ac disertissi-
 mi viri promptissimam erga me beneuolen-
 tiam expertus. Nec metuo ne parum conue-
 niat mihi Pompeium meum instar esse Ale-
 xandri. cum illi Ephestio suus, alter fuerit Ale-
 xander. Ego vero grauissimo crimini sim ob-
 noxius, constantis, & benignæ amicitiaæ ex-
 empla sine vlla eius mentione transgressus:
 cuius in animo velut in parentum amantissi-
 morum pectore, lætior vitæ meæ status vi-
 guit, tristior acquieuit. A quo omnium incre-
 menta commodorum vltro oblata cepi: per
 quem tutior aduersus casus steteri: qui studia
 nostra ductu & auspiciis suis lucidiora & a-
 lacriora reddidit. Itaque paui inuidiam quo-
 rundam optimi amici iactura, videlicet quia
 fructu torseram: non quidem meo merito:
 gratiam meam, quantacunque fuit cum his,
 qui ea vti voluerant, partitus. verum nulla
 tam modesta felicitas est, quæ malignitatis
 dentes vitare possit. At quo secessu quosdam
 fugeris, aut quibus insulis misericordiæ per-
 mulseris; non cohibebis, ne alienis malis
 per inde ac bonis suis lætentur ac gestiant.
 Diuites sunt aliorum iacturis, locupletes ca-
 lamitatibus, immortales funeribus. Sed illi
 quatenus alienis incommodis suorum ad-
 hac

*De Sex.
 Pompeio
 Macenate
 suo loquitur
 cuius memo-
 ris. l. 2. c. 1.*

adhuc expertes insultent, optima vindex insolentiae varietas humanae condicionis videbitur.

DE LIBERALITATE.

C A P. VIII.

- 1 Q. Fabii Max. Verucossi dict.
- 2 Paulla Buse Canusina.
- 3 Q. Confidii eq. Rom.
- 4 Populi Rom. erga Attalam regem.
- 5 Eiusdem populi Rom. erga Gracos.

EXTERNORVM.

- 1 Hieronymus regis Syracusanorum erga Romanos.
- 2 Gillia Agrigentini erga conciuēs suos.

Nostrum opus pio egressu ad proprium dolorem prouectum in suum ordinem reuocetur, liberalitatisque commemorationi vacemus. Cuius duo sunt maxime probabiles fontes; verum iudicium, & honesta beneuolentia Nam cum ab his oritur, tunc demum ei ratio constat: dono autem ipsi gratiam magnitudo quidem sua, sed efficaciorē aliquanto opportunitas conciliat.

Accedit enim precio rei, inæstimabile momentum occasionis, quæ Q. Fabium Maximum tot ante secula ob paruam pecuniae summam erogatam, ad hoc usque tempus laudabilem fecit, Captiuos ab Annibale interposita pactione nummorum receperat: qui cum à senatu non præstarentur, misso in Urbem filio, fundum, quem vnicum possidebat,

I.
A. V.
dxxxvi.
Liu. 22.
Plutarc.
in vita.

bat, vendidit: eiusque pretium Annibali protinus numeravit. Si ad calculos reuocetur, paruum, utpote septem iugeribus, & hæc in Pupinia addictis redactum: si animo erogantis, omni pecunia maius: Se enim patri-monii, quam patriam fidei inopem esse ma-luit: eo quidem maiore cum commendatio-ne, quo prouisi studij certius indicium est su-pra vires niti, quam viribus ex facili uti. Al-ter enim quod præstat, potest, alter etiam plus quam potest.

M.

Itaque eiusdem temporis femina Bula no-mine, regionis autem Apuliæ ditissima, me-rito quidem liberalitatis testimonium re-cepit: sed si excellentes opes suas Fabianis rei familiaris angustiis non comparauerit, Nam et si circa decem millia ciuium nostro-rum, Cannensis prælii reliquias, benignissi-me intra Canusina mœnia alimentis susten-tauit; saluo tamen statu fortunarum sua-rum, munificam se populo Romano præsti-tit: Fabius in honorem patriæ, paupertatem inopia mutauit.

A. V.
dxxxvij.
Liu. 22.

III.

A. V.
dexc.

Cic. Q. Con-
fidii memi-
nit Verr. 3.
& pro Ci-
uent.

In Q. quoque Confidio saluberrimi ex-empli, nec sine paruo ipsius fructu, liberali-tas annotata est: qui Catilinæ furore ita con-
sternata repub. ut ne à locupletibus quidem
debitæ pecuniæ, propter tumultum, pretiis
possessionum diminutis, solui creditoribus
posset: cum centies atque quinquages HS.
summam in fœnore haberet, neque de sorte
quem-

quemquam debitorum suorum, neque de v-
sura a suis appellari passus est: quantumque
in ipso fuit, amaritudinem publicæ confu-
sionis priuata tranquillitate mitigauit: Op-
portune mirificeque testatus, nummorum
suorum, non ciuili sanguinis se esse fcenera-
torem. Iam qui hac præcipue negotiatione
delectantur, cum pecuniam cruentam domū
retulerint, quam improbando gaudio exul-
tent recognoscere; si diligenter senatuscon-
sultum, quo Confidio gratiæ acta sunt, lege-
re non fastidierint.

Queri mecum iamdudum populus Ro-
manus videtur, quod cum singulorum mu-
nificentiam confectus, de sua taceam: Ad
summam enim eius laudem pertinet, quem
animum regibus, & urbibus, & gentibus
præstiterit recognosci: quia omne præclari
facti decus crebra memoria in se ipso reuire-
scit. A siam bello capta Attalo regi muneris
loco possidendam tradidit, eo excelsius & spe-
ciosius Urbis nostræ futurum imperium cre-
dens, si ditissimam atque amoenissimam
partem terrarum orbis, in beneficio, quam
in fructu suo reponere maluisset. Ipsa victo-
ria donum felicius: quia multum occupasse,
habere inuidiam potuit tantum tribuisse,
gloria carere non potuit.

Illius vero Romanæ liberalitatis cæle-
stem spiritum litteræ satis dignis laudibus
prosequuntur. Philippo enim Macedonum

IV.

A. V. |
dlxiii.

Lin. 38.

Sirab. 13.

Cicer.

Pro Sestio.

rege superato, cum ad Isthmicum spectaculum tota Græcia conuenisset, T. Quinctius Flaminius tubæ signo silentio facto, prætonem hæc verba recitari iussit. S. P. Q. R. & T. Quinctius Flaminius imperator omnes Græciæ vrbes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant, liberas atque immunes esse iubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculsi: primo veluti non audisse se, quæ audierant credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronunciatione prætonis, tanta cælum clamoris alacritate compleuerunt; vt certo constet, aues, quæ superuolabant, attonitas pauentesque decidisse. Magni animi fuisse à tot captiuorum capitibus seruitutem detraxisse, quot tunc nobilissimis & opulentissimis vrbus popul. Rom. libertatem largitus est. Ad cuius maiestatem pertinet, non solum quæ ipse benigne tribuit, sed etiam quæ ipso tribuente sensit, commemorari. Vt enim illic collata, ita hic repetitæ laudis commendatio est.

EXTERNÆ.

Hiero Syracusanorum rex, audita clade qua Romani apud Thrasimenum lacum erant afflicti, trecenta millia modium tritici, & ducenta millia hordei, aurique ducenta & XL. pondo Vrbi nostræ muneri misit. Neque ignarus verecundiæ maiorum nostrorum quod nollent accipere, in habitum id viçtorix formauit, vt eos religione moros,

mu-

I.
A. V.
dxxxvi.
Lin. 22.

munificencia sua uti cogeret : voluntate mittendi prius, iterum providentia cauendi ne remitteretur, liberalis.

Subnectam huic Agrigentinum Gilliam, quem propemodum ipsius liberalitatis præcordia constat habuisse : Erat opibus excellens sed multo etiam animo, quam diuitiis locupletior, semperque in eroganda potius, quam in contrahenda pecunia occupatus; adeo ut domus eius quasi quædam munificentiæ officina crederetur, Illinc enim publicis vrbibus apta monimenta extruebantur, illinc gratæ populi oculis spectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus, labentique annonæ subsidia oriebantur : Et cum hac vniuersis, priuatim alimenta inopia laborantibus, dotes virginibus paupertate pressis detrimentorum incursu quassatis solatia erogabantur, Hospites quoque tum vrbis penatibus, tum etiam rusticis tectis benignissime excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos simul Gelonsum equites, vi tempestatis in possessiones suas compulsos, aluit ac vestiuit. Quid multa? non mortalem aliquem, sed propitiæ fortunæ benignum esse dices finum. Ergo quod Gillias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat. pro cuius salute & incrementis, tum Agrigentina ciuitas, tum etiam vicinæ regiones votis exorabant. Colloca ex contraria parte arcas
inex-

inexorabilibus claustris obseratas : nonne
 præstantiorem aliquanto existimes illam
 impensam, quam hanc custodiam?

VALERII MAXIMI

LIBER V.

DE HUMANITATE ET

Clement.

CAP. I.

- I *Senatus Romani.*
- 2 *L. Cornelii Scipionis Cos.*
- 3 *T. Quinctii Crispini.*
- 4 *M. Claudii Marcelli procos.*
- 5 *Q. Metelli Macedonici procos.*
- 6 *P. Scipionis Aemiliani. procos.*
- 7 *P. Africani maioris procos.*
- 8 *L. Aemilii Paulli Cos. II.*
- 9 *Cn. Pompeii Magni procos.*
- 10 *C. Iulii Caesaris Cos. 2.*
- II *M. Antonii III viri.*

EXTERNORVM.

- I *Alexandri Magni.*
- 2 *Pisistrati Atheniensis.*
- 3 *Pyrrhi Epirotarum regis.*
- 4 *Antigoni Maced. regis.*
- 5 *Campanorum.*
- 6 *Annibalis Pœni.*

LIBERALITATI quas aptiores co-
 mites, quam humanitatem & clementiam
 dederim? quoniam idem genus laudis ex-
 pe-

petunt: quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna praestatur. Cumque nescias quam maxime probes, eius tamen commendatio praecurrere videtur, cui nomen ex ipso* numine quaesitum est.

† al. homi-
ne.

I.

Ante omnia autem humanissima & clementissima senatus acta referant. Qui cum Carthaginensium legati ad captiuos redimendos in urbem venissent, protinus his nulla pecunia accepta, reddidit iuvenes, numerum duum millium & septingentorum quoadraginta trium explentes. Verum tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis veniam datam, ipsos legatos obstupuisse arbitror, ac secum dixisse: O munificentiam gentis Romanae, deorum benignitati aequandam! O etiam nostram legationem supra vota felicem: nam quod beneficium nunquam dedissemus, accepimus. Illud quoque non paruum humanitatis senatus indicium est. Syphacem enim quondam opulentissimum Numidiae regem captiuum, in custodia Tiburi mortuum, publico funere censuit efferrandum, ut vitae dono honorem sepulturae adiiceret. Consimilique clementia in Perse usus est: Nam cum Albae, in qua custodiae causa relegatus erat, discessisset, quaestorem misit, qui cum publico funere efferret: ne reliquias regias iacere in honoratas pateretur. Hostibus illa, & miseris, & fato functis officia

A. V. dlii. Liu. 30. ducentos nobiles sine pretio redditos scribit.

* al. petif-
semus.
A. V. dlii.
Liu. 30.
A. V. dxxxvi.
Liu. 45.
Plut in
Pausillo. de
morte regis.

cia

A. V.
dxxxv.
Lm. 45.

cia regibus erogata: hæc amicis & felicibus
& viuis tributa sunt. Confecto Macedonico
bello, Muficanes Massanisæ filius, cum e-
quitibus, quos in præsidium Romanorum
adduxerat, ab imperatore Paulo ad patrem
remissus, tempestate classe dispersa, Brun-
dysium æger delatus est: Quod ubi senatus
cognouit, continuo illo quæstorem ire
iussit, cuius cura, & hospitium adolescenti
expediretur, & omnia, quæ ad valetudinem
opus essent, præberentur: impensaque libe-
raliter cum ipsi, tum toti comitatus præsta-
rentur, Naues etiam vt prospicerentur, quib.
se bene ac tuto cum suis in Africam traice-
ret: Equitibus singulas libras argenti, & quin-
genos sestertios dari imperauit. Quæ tam
prompta & exquisita patrum conscriptorum
humanitas efficere potuit, vt etiã si expira-
set adolescens, æquiore animo desiderium
eius pater toleraret. Idem senatus, cum ad
gratulandum sibi Prusiam Bithyniæ regem
Perse denicto venire audisset, obuiam illi P.
Cornelium Scipionem quæstorem Capuam
misit: censuitque vt domus ei Romæ quam
optimæ conducerentur, & copiæ non solum
ipsi, sed etiam comitibus eius publice præbe-
rentur. In eoque excipiẽdo tota vrbs vnus
humani amici vultum habuit. ita qui aman-
tissimus nostri venerat, duplicata erga nos
beneuolentia in regnum suum reuersus est.
Nec Ægyptus quidem Romanæ humanita-
tis

A. V.
dxxxvi.
Lm. 45.

ris expers fuit: Rex enim Ptolomæus à minore fratre regno spoliatus, petendi auxilij gratia cum paucis admodum seruis, squalore obsitus, Romam venerat, ac se in hospitium Alexandrini pictoris contulerat. Id postquam senatui relatum est, accersito iuvene, quem potuit accurata excusatione vsus est quod nec quæstorem illi more maiorum obuiam misisset, nec publico cum hospicio excepisset: eaque non sua negligentia, sed ipsius subito & clandestino aduentu facta dixit: Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit, hortatusque est, vt depositis sordibus adeundi ipsius diem peteret. Quin etiam curæ habuit, vti munera ei quotidie per quæstorem darentur. His gradibus officiorum iacentem ad regium fastigium erexit: effecitque vt plus spei in auxilio populi Rom. quam metus in sua fortuna reponeret.

Atque vt ab vniuersis Patribus conscriptis ad singulos veniam, L. Cornelius consul primo Punico bello cum Olbiam oppidum cepisset, pro quo fortissime dimicans, Anno dux Carthaginensium occiderat, corpus eius è tabernaculo suo amplo funere extulit: Nec dubitauit hostis exequias ipse celebratum demum victoriam & apud deos & apud homines minimum inuidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuisset.

A. V. dxc.
Liu. 46.

II.
A. V. cdxcix
Silii Ital. 6.

Quid

III.

A.V. dxli.
Liu. 25.

Quid de Quinctio Crispino loquar, cuius mansuetudinem potentissimi affectus ira atque gloria quaterere non potuerunt? Badius Campanum & hospitio benignissimum domi suae exceperat, & aduersa valetudine correptum attentissima cura recreauerat: quo post illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam prouocatus, & viribus corporis, & animi virtute aliquanto esset superior; monere ingratum, quam vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut quo te praua cupiditas transuersum rapit? parum habes publica impietate furere, nisi etiam priuata lapsus fueris? vnus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, in quo se esse exerceas arma, cuius penatibus & honoris vicissitudinem salutem & tuam debes? At me fœdus amicitiae, diique hospitales sancta nostro sanguini, vestris pectoribus vilia pignora, hostili certamine congruendi tecum verant: Quinetiam si in concussis exercituum fortuito umbonis mei impulsis prostratum agnossem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocassem. Tuum ergo crimen erit hospitem occidere voluisse meum non erit hospes occisus. Proinde aliam qua occidas, dexteram quere, quoniam me te seruate didicit. Dedit utrique caeleste nomen debitum exitum: siquidem in eo proelio Badius obrucatus est, Quinctius insigni pugna clarus euasit.

Age, M. Marcelli clementia, quam clarum quamque memorabile exemplum haberi debet? qui captis à se Syraculis in arcu caru constitit, ut urbis modo opulentissima, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Caterum casum eius lugubrem intuens, fletum cohibere non potuit? quem si quis ignarus vir aspexisset, alterius victoriam esse credidisset. Itaque Syraculana ciuitas in maxima clade tua aliquid admistum gratulationis habuisti: quia si tibi incolumem stare fas non erat, leniter sub tam mansueto victore cecidisti.

Q. vero Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centobricam obsideret, & iam admota machina, partem muri quæ sola conuelli poterat, disiecturus videretur? humanitatem propinque victoria prætulit. Nam cum Rethogenis filios, qui ad eum transierant, Centobricenses machinæ ictibus obiecissent? ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerentur, (quanquam ipse Rethogenes negabat esse impedimento; quo minus etiam per eorum sanguinis sui expugnationem pergeret) ab obsidione discessit. Quo quidem sua clemēti facta, etsi non vnius ciuitatis moenia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit: effecitque ut ad redigendas eas in ditionem populi Rom. non multis sibi obsidionibus opus esset.

Afric.

IV.

A.V. dxi.

Liu. 25.

Plutarc.

V.

A. V.

dxi.

L. Flor. 2.

cap. 17.

Versobrigas

vocat.

VI.

*A. V. dcvii.**Cicer.**Verr. 6.*

Africani quoque posterioris humanitas speciose lateque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliae ciuitates litteramissit, ut ornamenta templorum suorum Pœnis rapta, per legatos recuperarent, inque pristinis sedibus reponenda curarent. Beneficium diis pariter atque hominibus acceptum.

VII.

*A. V. dxliii.**Liu. 27.*

Huic facto par eiusdem aui humanitas. Quæstore suo hastæ subiectos captiuos vendere puer eximia formæ & liberalis habitus missus est. De quo cum explorasset Numidæ esse orbem relictum à patre educatum apud auunculum Massanisam, eo ignorante immaturam aduersus Romanos ingressum militiam; & errori illius veniam dandam, & amicitia regis fidissimi populo Rom. debitam venerationem tribuendam existimauit. Ita que puerum annulo, fibulaque aurea & tunica laticlauiâ, Hispanoque sagulo, & ornato equo donatum, datis qui cum prosequerentur equitibus, ad Massanisam remisit. Eo igitur victoriæ maximos fructus rari Romani diis templorum ornamenta, regibus sanguinem suum restituere.

VIII.

*A. V. dxxx.**Liu. 45.**Plut. arc.*

L. etiam Pauli in tali genere laudis memoria apprehendenda est. Qui cum Persen parui temporis momento captiuum ex rege ad se adduci audisset: occurrit ei Romanus imperii decoratus ornamentis: Conatumque ad genua procumbere, dextra manu al-

lenavit, & Græco sermone ad spem exhortatus est: Introductum etiam in tabernaculum, lateri suo proximum in concilio sedere iussit: nec honore mensæ indignum iudicavit. Proponatur in conspicuo acies, qua proftratus est Perses, & harum rerum, quas retuli, contextus; utro magis spectaculo delectentur, homines dubitabunt: Nam si egregium est hostem abiicere, non minus tamen laudabile, infelicis scire misereri.

Hæc L. Pauli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeii clementia taceam. Regem Armeniae Tigranem, qui & per se magna cum populo Rom. bella gesserat, & infestissimum urbi nostræ Mithridatem Ponto pullum, viribus suis protexerat, in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est. sed benignis verbis recreatum, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iussit. Certisque rebus imperatis, in pristinum fortunæ habitum restituit, æque pulchrum esse iudicans & vincere reges & facere.

Quam præclarum tributæ humanitatis specimen Cn. Pompeius, quam miserabile desideratæ idem euasit exemplum. Nam qui Tigranis tempora insigni regio texerat, eius caput tribus coronis triumphalibus spoliatum, in suo modo terrarum orbe, nusquam sepulturae locum habuit: Sed abscisum à corpore, in ops rogi, nefarium Ægyptiæ perfidiæ munus portatum est, etiam ipsi victori

L

mi-

IX.

A. V.
dcxxxvii.
Dio. 32.
Plutarc.

X.

A. V. dccv.
Plutarc.
Cæs. Pomp.
Appian.
Civil. 2.

*Sed crocodi-
li lacrymas,
nam ficto
pectore fle-
uit, ut Luc.*

Dion. 42

A.V. dccvii.

Dion. 43.

Plutarc.

*Cas. & Ca-
tone.*

miserabile. Ut enim id Cæsar aspexit, obli-
tus hostis, soceri vultum induit, ac Pompei
tum proprias, tum etiam filiae suæ lachry-
mas reddidit: caput autem plurimis & precio-
sissimis odoribus cremandum curauit. Quo-
si non tam mansuetus animus diuini prin-
cipis extitisset, paullo ante Romani imperii
columnen habitum (sic ut mortalium negotii
fortuna versat) inhumatum iacuisset, Ca-
tonis quoque morte Cæsar audita, & se-
lius gloriæ inuidere, & illum suæ inuidiæ
dixit: patrimoniumque eius liberis ipsius
incolume seruauit. Et hercule diuinorum
Cæsarum operum non parua pars Catonis fa-
lus fuisset.

XI.

A.V. dccxi.

Plutarc.

Appian. 4.

M. Etiam Antonii animus talis humani-
tatis intellectu non caruit. **M.** enim Brutum
corpus liberto suo sepeliendum tradidit:
quoque honoratius cremaretur, iniici ei suum
paludamentum iussit iacentem non hostem
sed ciuem deposito æstimans odio. Cumque
interceptum à liberto paludamentum com-
perisset; ira percitus protinus in eum animam
uertit, hac ante præfatione vsus. *Quid
ignorasti cuius tibi viri sepulturam commissa
serim? Fortem piamque eius victoriam Phili-
lippicam libenter dii viderunt: sed ne ipsius
quidem generosissimæ indignationis verbum
inuiti audierunt.*

EXTERN A.

R.

**Commemoratio Romani exempli
Macedonum**

Macedoniam deductus, morum Alexandri
 præconium facere cogor: cuius ut infinitam
 gloriam bellica virtus, ita præcipuum amo- *Front. 4. c. 6*
 rem clementia meruit. Is, dum omnes gen-
 tes infatigabili cursu lustrat, quodam lo-
 ci tempestate niuali oppressus, senio iam
 confectum militem Macedonem, nimio fri-
 gore obstupescit, ipse sublimi & propin-
 qua igni sedesedens, animaduertit. Factaque
 non fortunæ, sed ætatis vtriusque æstima-
 tione, descendit, & illis manibus, quibus
 opes Darii afflixerat, corpus frigore com-
 plicatum in suam sedem imposuit: Id ei salu-
 tare futurum dicens, quod apud Persas capi-
 tale extitisset, solium regium occupasse.
 Quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis
 militare iucundum ducebant, cui gregarij
 militis incolumitas proprio fastigio charior
 erat? Idem non hominum vlli, sed naturæ *Quæst. 10.*
 fortunæque cedens, quanquam violencia
 morbi dilabebatur, in cubitum tamen ere-
 ctus, dexteram omnibus, qui eam continge-
 re vellent, porrexit. Quis autem illam oscu-
 lari non curreret, quæ iam fato oppressa, ma-
 ximi exercitû complexui, humanitate, quam
 spiritu viuidiore suffecit.

Non tam robusti generis humanitas, sed
 & ipsa tamen memoria prosequenda Pisi- *II.*
 stati Atheniensium tyrâni narrabitur. Qui, *Plut. arc.*
 cum adolescens quidem amore filia eius *Apoph.*
 virginis accensus in publico obuiam sibi fa-

etiam osculatus esset: hortante vxore vt ab eo capitale supplicium sumeret, respondit: Sicos, qui nos amant, interficimus, quid his faciemus, quibus odio sumus; Minime digna vox cui adijciatur, eam ex tyranni ore manasse.

*Senec. de
Ira. 3. ca. II.*

In hunc modum filiaē iniuriam tulit, fuit multo laudabilius. A Thrasippo namque amico inter cœnam sine fine conuicio lacertus, ita & animum & vocem ab ira cohibuit, vt putares satellitem à tyranno male audire. Abeuntem quoq; veritus ne properet metum maturius se conuicio subtraheret, inuitatione familiari cœpit retinere. Thrasippus concitatae temulentiaē impetu euectus, os eius sputo respersit: nec tamen in videri dictam sui accendere potuit. Ille vero erant filios suos violatae patris maiestati subuenire cupientes retraxit. Postero quoque die Thrasippo supplicium à se voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fidei eodem gradu amicitiaē mansurum, ab ineoperto reuocauit. Si nihil aliud dignum honore vel memoria gessisset, his tamen factis ab ipso de se posteritati commendasset.

*III.
A. V.
cdlxxiii.
circiter.
Plut. in
vita.*

Aequē mitis animus Pyrrhi regis. Audierat quosdam Tarentinorum in conuicio patrum honoratum de se sermonem habuisse, accersitosque qui ei interfuerant percontabatur, an ea, quæ ad aures eius peruenerant, dixissent. Tum ex his vnus. Nisi, inquit, videret

num nobis defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ iis quæ de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent. Tum urbana crapulæ excusatio, tamque simplex veritatis confessio, iram regis conuertit in risum. Quæ quidem clementia & moderatione assecutus est, ut & sobrii sibi Tarentini gratias agerent, & ebrii bene precarentur. Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captiuos castra sua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem Melossum obuiam misit: quoque honoratius exciperentur, ipse cum ornato equitatu extra portam occurrit. Secundarum rerum prouentu non adeo corruptus, ut officii † prospectum in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo dissidebant.

A. V.
cdlxxiv.
circiter.

† al. profectum.

Cuius tam mitis ingenii debitum fructum ultimo fati sui tempore recepit: Nam cum diris auspiciis Argiuorum inuasisset urbem, abscisumque caput eius Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatione laborantem, lætus velut aliquod felicissimum victoriæ opus attulisset: Antigonus correpto iuvene, quod tanti viri subitæ ruinæ, immemor humanorum casuum, effuso gaudio insultaret: humo caput sublatum caueca, quæ velatum caput suum more Macedonum habebat, texit: corporique Pyrrhi redditum, honoratissime cremantem curauit. Quinetiam filium eius. Helenum captiuum ad se

IV.
Plut. in vita
Iustin. 25.

κίνοσα
Suid.

pertractum, & cultum & animum gerere regium iussit: ossaque Pyrrhi ei aurea vrna inclusa, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

V.

A. V.
cdxxxii.
Liu. 9.

A. V. dclii.
Liu. 26.

VI.

A. V.
dxxxvii.
Liu. 22.
A. V. dcli.
Liu. 21.
A. V. dxlv.
Liu. 27.
Plutarc.
Marcell.

* forte finire.

Campani autem exercitum nostrum cum consulibus apud Caudinas furcas: sub iugâ à Samnitibus missum: nec inermem tantum sed etiam nudam urbem suam intrantem; perinde ac victorem, & spolia hostium præ se ferentem, venerabiliter exceperunt. Protinusque consulibus insignia honoris, militibus vestem, arma, equos, commeatum benignissime præstando, & inopiam & deformitatem Romanæ cladis mutarunt: Quo animo si pro imperio nostro aduersus Annibalem quoque vsi fuissent, truculentis securibus materiam sæuendi non præbuisent.

Facta mentione acerrimi hostis, mansuetudinis eius operibus, quam Romano nomini præstitit, locum qui inter manus est finiam. Annibal enim Æmilij Paulli apud Cãnas trucidati quæsitum corpus, quantum in ipso fuit, inhumatum iacere passus non est, Annibal Ti. Gracchum Lucanorum circumuentum insidiis cum summo honore sepulturæ mandauit; & ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit. Annibal M. Marcellum in agro Brutio, dum conatus Pœnorum cupidius quam consideratius speculatur: interemptum, legitimo. * iure extulit

lit: Punicoque sagulo, & corona donatum
 laurea, rogo imposuit, ergo humanitatis dul
 cedo etiam in efferata barbarorum ingenia
 penetrat, † toruosque & truces hostium mol
 lit oculos: ac victoriæ insolentissimos spiri
 tus flectit. Nec illi difficile & arduum est, in
 ter arma contraria, inter districtos comi
 nus mucrones placidum iter reperire. Vincit
 iram, prosternit odium, hostilemque sangui
 nem hostilibus lacrymis miscet. Quæ etiam
 admirabilem Annibalis vocem pro funeri
 bus Romanorum ducum arbitria statuentis
 expressit. Quare aliquanto ei plus gloriæ
 Paulus & Gracch^o, & Marcellus sepulti, quã
 oppressi attulerunt. Siquidem illos Pœnico
 astu decepit, Romana mansuetudine hono
 ravit. Vos quoque fortes, ac piæ vmbre, nõ
 pœnitendas sortitæ estis exequias: nam vt
 optabilius in patria, ita speciosius pro patria
 collapsæ, supremi officij decus infelicitate
 amissum, virtute recuperastis.

† al. torbus
 que.

DE GRATITVDINE

C A P. II.

- 1 *Senatus Romani.*
- 2 *Iuuentutis Romana.*
- 3 *Plebis Romana,*
- 4 *M. Minucii Rufi mag. eq.*
- 5 *Q. Terentij Culeonis.*
- 6 *Ciuium è Gracia liberatorum.*
- 7 *Q. Metelli Pii Cos.*
- 8 *C. Marii Cos. IV.*

9 *L. Sylla dictatoris.*10 *Libitinariorum.*

EXTERNORVM REGVM.

1 *Darii Persarum.*2 *Mithridatis Ponti.*3 *Attali Asia.*4 *Massanisa Numidia.*

Gratas vero ingratasque animi significaciones & facta libuit oculis subiicere, ut virtuti ac vitio iusta merces æstimationis ipsa comparatione accederet. Sed quoniam contrario proposito sese distinxerunt, nostro quoque stylo separentur: priorem que locum obrineant, quæ laudem, quam quæ reprehensionem merentur.

I.

A. V.
cclxv.

Liv. 2.

Plutarc.

Dion. 8.

Atque ut à publicis actis ordiar, Marcium Coriolanum patriam oppugnare conantem, admotoque portis Urbis ingenti Volscorum exercitu, funus ac tenebras Romano imperio minitantem; Veturia mater & Volumentia vxor nefarium opus exequi precibus suis passæ non sunt. In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque, uti feminis semita viri cederent, confessus plus salutis reip. in stola quam in armis fuisse: vetustisque *aurium insignibus novum vitæ discrimen adiecit: Permisit quoque his purpurea veste & aureis uti segmentis. Super hæc ædem & aram fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curavit.

*forte in aurium.

uit, memorem beneficii animum suum ex-
quisito religionis cultu testando.

Quem secundi etiam belli Punici tempo-
re exhibuit. Cum enim à Fulvio Capua ob-
sideretur, ac duæ Campanæ mulieres bene-
uolentiam erga Romanos dimittere ex a-
nimis nolissent, Vestia Opidia mater fami-
lias & Cluuiam Faculam meretrix; quarum al-
tera quotidie pro salute nostri exercitus sa-
crificauit, altera captis militibus Roma-
norum alimento subministrare non destitit.
Urbe illa oppressa, senatus his & libertatem
& bona restituit: & si quid amplius præmij
petissent, libenter se daturum asseuerauit.
Vacasse in tanto gaudio patribus conscriptis
duabus humilibus feminis referre gratiam,
nedum tam præ se tulisse, mirandam.

A. V.
dxli. Linius
26.

A. V.
dxliii.
Liu. 26.

Quid illa quoque iuuentute Romana gra-
tius: quæ C. Nantio & Minutio Cos. vltro
nomina sua militari sacramento obtulit, vt
Tusculanis, quorum fines Æqui occupaue-
rant, præsidium ferrent: quia paucis ante
mensibus constantissime & fortissime impe-
tum Romanipopuli defenderant: Ergo quod
auditu nouum est, ne patriæ grata volun-
tes cessasse videretur, exercitus se ipse con-
scripsit.

II.
A. V.
ccxcv.
Liu. 3.
Dion. 10.
sed triennio
tardius.

Magnum grati populi specimen in Q. Fa-
bio Maximo enituit: Nam cum quinque
consularibus salutariter reip. administratis
decessisset, certatim æs contulit, quo maior

III.
A. V.
cdlxiv.
circiter.

*Auct. de vi-
ris Illust.
cap. 32.*

ac speciosior eius funeris pompa duceretur. Eleuet aliquis præmia virtutis, cum animaduertat fortes viros feliciter sepeliri, quam viuere ignauos.

IV.

*A. V.
dxxxvi.
Liu. 22.
Plutarc.
in Fabio.*

Fabio alteri etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est: Dictatori ei magister equitum Minutius scito plebis, quod nunquam antea factum fuerat æquatus, partito exercitu separatim in Samnio cum Annibale conflixerat, vbi temere inuito certamine pestiferum habiturus exitum, subsidio Fabij conseruatus & ipse eum patrem appellauit, & à legionibus suis patronum salutari voluit: Ac deposito æqualis imperij iugo, magisterium equitum, sicut par erat, dictaturæ subiecit: imprudentisque vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit.

V.

*A. V. dlii.
Liu. 30.
Plutarc.
Apoph.*

Tam hercule probabiliter, quam Q. Terentius Culco prætoris familia natus, & inter paucos senatorij ordinis splendidus, optimo exemplo Africani superioris currum triumphantis, quia captus à Carthaginensibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, secutus est. Auctori enim libertatis suæ, tanquam patrono accepti beneficii confessionem spectante populo Romano merito reddidit.

VI.

*A. V. dlix.
Liu. M. 34.*

At Flaminini de Philippo rege triumphantis currum, non vnus, sed duo millia ciuium Romanorum pileata comitata sunt, quæ

quæ Punicis bellis intercepta, & in Græcia *Plutaro.*
 seruiencia, cura sua collecta, in pristinum *in vita.*
 gradum restituerat. Geminatum ea die decus
 impertatoris, à quo simul & deuicti hostes,
 & conseruati ciues spectaculum patriæ præ-
 buerunt. Illorum quoque salus dupliciter om-
 nibus accepta fuit: & quia tam multi, &
 quia tam grati exoptatum libertatis statum
 recuperauerunt.

Metellus vero pius pertinaci ergo exulem *VII.*
 patrem amore, tam clarum lacrymis, quam *A. V.*
 alii victoris cognomen affecutus, non dubi- *dclxxiii.*
 tauit consul pro Q. Calidio præturæ candi- *Cicer. pro*
 dato supplicare populo, quod Tribunus ple- *Plancio.*
 bis legem, qua pater eius in ciuitatem resti-
 tueretur, tulerat. Quin etiam patronum eum
 domus & familiæ suæ semper dititauit. Nec
 hac re de principatu, quæ procul dubio obti-
 nebat, quicquam decerpit; quia non hu-
 mili, sed grato animo longe inferioris homi-
 nis maximo merito eximiam summittebat
 dignitatem.

Nam C. quidem Marii non solum præci- *VIII.*
 pius, etiam præpotens gratæ mentis fuit *A. V. deli.*
 imperus: Duas etiam Camertium cohortes *Plut. in vi-*
 mira virtute vim Cimbrorum sustinentes, *ta. & App.*
 in ipsa acie, aduersus condicionem foederis *Cic pro Bab-*
 ciuitate donauit: Quod quidem factum & *bo.*
 vere & egregie excusauit, dicendo inter armo-
 rum strepitum verba se iuris ciuiliis exaudire
 nõ potuisse. Et sane id tēpus erat, quo magis
 defen-

defendere, quam audire leges oportebat.

IX.
A. V.
dclxxii.
Plutarc.
Pomp.

Marii vestigia vbique L. Sylla certamine laudis subsequitur: Dictator enim Pompeio etiam priuato caput adaperuit, & sella assurrexit, & equo descendit: Eaque se libenter facere in concione prædicauit, memor ab eo duodeuiginti annis nato partes suas exercitu paterno adiuras. Multa insignia Pompeio, sed nescio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii Syllim sua obliuisci coëgit.

X.
A. V. dccc.

Sit aliquis in summo splendore etiam sordidus gratis locus. M. Cornuto prætore funus Hirtii & Pansæ iussu senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt: quia hi pro republica dimicantes occiderant. Perseuerantique postulatione excederunt, vi exequiarum apparatus festertio* nummo ipsis præbentibus addiceretur: Quorum laudem adiecta lege condicio auget magis quam ex enuat: quoniam quidem questum contempserunt, nulli alii rei quam quaestui uiuentes.

† al. num-
mum.

EXTERNA.

Pace cinerum suorum Reges gentium exterum secundum hunc tam contemptum gregem referri se patientur: qui aut non attingendus, aut non nisi in vltima parte domesticorum exemplorum collocandus fuit, Sed dum honesti actus etiam ab infimis edi-

ti, memoria non intercitant; licet separatim locum obtineant: vt nec his adiecti, nec illis prælati videantur.

Darius priuatæ adhuc fortunæ, amiculo Sylofonti Samij delectatus, curiosiore con-templatione fecit, vt vltio sibi, & quidem à cupido daretur. Cuius muneris quam grata æstimatio animo eius esset allapsa regno potius ostendit: totam namque urbem, & insulam Samiorum Sylofonti fruēdam tradidit. Non enim pretium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata; magisq; à quo donum proficisceretur, quam ad quem perueniret, prouisum.

Mithridates quoque rex magnifice gratus apparuit, quoniam pro Leonico acerrimo salutis suæ defensore à Rhodiis nauali pugna excepto, omnes hostium captiuos permittit, satius esse existimans ab inuisissimis circumueniri, quam benemerito gratiam non referre.

Liberalis populus Rom. magnitudine muneris, quod Attalo regi Asiam dedit dono: Sed Attalus etiam testamenti æquitatæ gratus, qui eandem Asiam populo Rom. legauit. Itaque nec huius munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari potest; quot amplissimæ ciuitates vel amice datæ, vel pie redditæ sunt.

Cæterum nescio an præcipue Massaniæ regis pectus grati animi pignoribus fuerit re-

I
Strab. 14.
Herod. 3.
Vnde ad-
gium.
ἡσυλόσων
τοῦ χλα-
μύς.
Aelian.
Varr.
hist. 4.
II.

* al. circum-
scribi.

III.
AV dcxx.
Lin. 58.
Plin. 33. c. II.

IV.

ferrum: Beneficio enim Scipionis & Roma-
 norum amicitiae, & per amplum regni modo li-
 beraliter auctus, memoriam inclyti mune-
 ris ad ultimum vitae finem, longa etiam a diis
 immortalibus senectute donatus, constan-
 tissima fide perduxit. Adeo ut cum non so-
 lum Africa, sed etiam cunctae gentes scirent
 amiciores Corneliae familiae, atque urbi
 Rom. quam sibi metipsi semper fuisse. Ille
 cum graui Carthaginensium bello premere-
 tur, ac vix tutelae sui regni sufficeret: tamen
 Scipioni Aemiliano, quia nepos Africani e-
 rat, bonam magnamque partem Numidici
 exercitus, quem ad Lucillum consulem, a
 quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hi-
 spaniam duceret, promptissima a mente tradi-
 dit, praesentique periculo respectum pristini
 beneficii anteposuit. Ille, cum iam aetate de-
 ficiente, magnas regni opes, quatuor & quin-
 quaginta filiorum numerum relinquens in
 lectulo laboretur, M. Manlium qui pro
 consule Africam obtinebat, literis obse-
 cravit ut ad se Scipionem Aemilianum, sub eo
 tunc militantem, mitteret: feliciorum mor-
 tem suam futurum ratus, si in complexu dex-
 trae eius supremum spiritum ac mandata po-
 suisset. Ille aduentum Scipionis fati suis praesentibus,
 haec uxori liberisque praecipere
 rat: unum in terris populum Rom. & unum
 in populo Rom. Scipionis domum nosse, in-
 tegra omnia Aemiliano se seruare, cum di-
 uiden-

V.

*A. V. dcxi.**Appian.**Iberica.**A. V. dccv.**Liu. 50.**Appian.**in Libya**Zonaras.**Cic. in som-
nia**Scipionis.*

videndi regni arbitrum haberent: Quod is
statuisset, perinde ac testamēto tantum, im-
mutabile ac sanctum obtinerent. Tot iamq;
variis rebus se Massanisa infatigabili pieta-
tis seric ad centesimum extendit annum.
His & horum similibus exemplis beneficen-
tia generis humani nutritur atque augetur.
Hæ sunt eius faces, hi stimuli, propter quos
iuuandi & emerendi cupiditate flagrat. Et sa-
ne amplissimæ & speciosissimæ diuitiæ sunt,
feliciter erogatis beneficiis, late posse cense-
ri. Quorum quoniam religiosum cultum in-
stituimus, nunc neglectum, sugillandi gra-
tia, quo sit gratior, referemus.

DE INGRATITVDINE.

CAP. III.

- 1 *Senatus Romani in Romulum.*
- 2 *Populi Romani in M. Camillum &
alios.*
- 3 *P. Sextilij in C. Casarem oratorem.*
- 4 *Cn. Popillij in M. Ciceronem.*
- 5 *Cn. Pompeij Magni in Cn. Carbonem.*

EXTERNORVM.

- 1 *Carthaginensium in Annibalem.*
- 2 *Spartanorum in Lycurgum.*
- 3 *Atheniensium in Thesea & alios.*

Urbs nostræ perentem senatus in amplif-
simo dignitatis gradu ab eo collocatus in
curia lacerauit; nec duxit nefas ei vitam a-
dimere, qui æternum Romano imperio spi-
ritum ingenerauerat. Rude nimirum illud &
ferox

I.

A. V.

xxxxxij.

Liii. I.

Dio. II.

Plutarc.
in vita.

ferox sæculum, conditoris sui cruore fæde maculatum, ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.

Hunc ingratum lapsæ mentis errorem, consentanea nostræ ciuitatis pœnitentia sequitur. Virium Romanarum & incrementum lætissimum, & tutela certissima Furius Camillus, in Vrbe incolumitatem suam tueri non valuit, cuius ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat. Siquidem à L. Apuleio Tribuno pl. tanquam peculator Veientanæ prædæ reus factus, duris atq; (vt ita dicam) ferreis sententiis in exilium missus est. Et quidem eo tempore, quo optimo iuvene filio spoliatus, solatiis magnis alleuandus, quâ claudibus onerandus erat: Sed immemor patriæ tanti viri maximorum meritorum, exequiis filij, damnationem patris iunxit. At, inquit, ærario abesse Tribunus plebis quærebatur quindecim millia æris, tanti namque pœna finita est. Indignam summam propter quam populus Rom. tali principe careret. Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgit. Africanus superior, non solum contusam & contractam belli Punici armis remp. sed pæne iam ex sanguinem atque morientem Africæ dominam reddidit. cuius clarissima opera iniuriis pensanda ciueis, vice eum ignobilis ac desertæ paludis accolam fecerant. Eiusque voluntarij exilij acerbiter non tacitus ad inferos tulit, sepulchro suo inscribi iubent-

II.

A. V.

ccclxij.

Liv. 5.

Plutarc.

A. V. dli.

Liv. 38.

Appian.

Polyb.

A. V. dlxvi.

Liv. 38.

iubendo, INGRATA PATRIA. NE-
OSSA. QUIDEM. MEA. HABES.

Quid ista aut necessitate indignius, aut que-
rela iustius, aut vltione moderatius? Cineres
ei suos negauit, quam in cineres collabi pas-
sus non fuerat. Igitur hanc vnam Scipionis
vindictam ingrati animi vrbs Roma sensit:
maiorē mehercule Coriolani violentia. Il-
le enim metu patriam pulsauit, hic verecun-
dia: De qua ne queri quidem, tanta veræ pie-
tatis constantia, nisi post fata sustinuit. Talia
passo (credo) quæ fratri eius accedere solatio
esse potuerunt: cui rex Antiochus deuictus,
& Asia imperio populi Rom. adiecta, specio-
sissimusque triumphus, vt peculatus reus fie-
ret, & in carcerem duci iuberetur, causam
præbuit. Nihilō virtute minor fuit poste-
rior Africanus: sed ne exitu quidem felicior:
Duabus enim vrribus Numantia atque Car-
thagine imperio Rom. imminentibus, ex
rerum natura depulsis raptorem spiritus do-
mi inuenit, mortis punitorem in foro non
reperit. Quis ignorat tantum laudis Scipio-
nem Nasicam toga, quantum armis vtrum-
que Africanum meruisse? Qui pestifera Ti.
Gracchi manu faucibus apprehensam remp.
stranguli passus non est. Sed is quoq; propter
iniquissimam virtutum suarū apud ciues æ-
stimationem, sub titulo legationis Pergamū
secessit. Et quod vitæ superfuit, ibi sine vllō
ingratæ patriæ desiderio peregit.

A. V. d. lxxvii.
Lin. 38.

A. V.

d. cxxiv.

Lin. 59.

Velleius.

Plutarc.

Gracch.

A. V. d. cxx.

Plutarc.

Gracch.

Appian.

Ciui. i.

Cicer. pro

Flacco.

A. V.
 dcxxxij.
 Cicer.
 Catil. 4.

A. V.
 cccxvij.
 Lin. 4.
 Cicer.
 Catil. I. &
 in orat pro
 domo.

III.

In eodem nomine verfor, nec dum Cornelie gentis querelas exhausti. Nam P. Lentulus clarissimus & amantissimus reip. civis, cum in Aventino C. Gracchi nefario conatus, & aciem pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis, fugasset prælij illius, quo leges, pacem, libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe nostra moreretur. Siquidem invidia & obprobretatione compulsus, legatione à senatu libera impetrata, habitaque concione, qua à diis immortalibus petiit ne usquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus est, ibique perseveranter morando compotem se voti fecit: Quinque igitur Cornelij totidem sunt notissima ingratorum patriæ exempla. Atque horum quidem sceleratus voluntarij.

Hala vero, cum magister equitum Sp. Maelium regnum affectantem occidisse; custoditæ libertatis civium, exilio suo poenitentiam perpendit.

Cæterum ut senatus populi que mens, in modum subitæ tempestatis concitata, leni querela prosequenda est: ita singulorum ingrata facto liberiore indignatione proscindenda sunt. Quia potentes consilij, cum virtutumque ratione perpendere liceret, scelus pietate prætulerunt, Quo enim Iambo, quo procella verborum, impium Sextilij caput obrui meretur quod C. Cæsarem à quo cum

studiose, tum etiam feliciter grauissimi criminis reus defensus fuerat, Cinnanz proseripcionis tempore profugum, præsidium suum in fando Tarquinienâ cladis condicione implorare, beneficij iure repetere coactum, à sacris perfidæ mensæ, & altaribus nefandum Penatium auulsum truculento victori iugulandum tradere non exhorruit. Finge accusatorem eius fortuna publica in supplicij nomen conuersam, tam luctuosam illi operam genibus anximum orasse, crudeliter tamen repulsus videretur: quia etiam quos iniuriæ inuisos faciunt, gratiosos miseræ reddunt. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum sæuissimæ inimici violentiæ suis manibus obiecit si metu mortis, vita indignus: si præmij spe, morte dignissimus.

Sed vt ad aliam consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Pupillum Lanatem, Picenæ regionis, rogatu M. Cælij, non minore cura quam eloquentia defendit: eumque causa admodum dubia fluctuantē, saluum ad penates suos remisit. Hic Popillius postea, nec re nec verbo à Cicerone læsus, vltro M. Antonium rogauit, vt ad illum proscriptum persequendum & iugulandum mitteretur: Impetratisque detestabilis ministerij partibus, gaudio exultans Caietam eucurrit, & virum, omisso quod amplissimæ dignitatis, certe salutis eius auctorem studio etiam præstantis officij priuationi sibi venerandum; iugulum præbe-

A. V. dclxvi.

Cic. de. O-
rat. 3.

Liu. 80.

A. V. dccc.

Plur arc.

Liu. 120.

Appian.

Ciuil. 4.

re iussit: Ac protinus caput Rom eloquentiæ, & pacis clarissimam dexteram, per summum & securum otium amputauit. Eaque sarcina, tanquam opimis spoliis, alacer in Urbem reuersus est. Neque ei scelestum portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualidæ ad huc monstrum sugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit, alius Cicero non extat.

V.

Quo te nunc modo Magne Pompeii attingam, nescio: Nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore suo occupauerat, intueor & ruinam eius maiorem esse, quam ut manu mea attentari debeat, memini. Sed nobis tamen tacentibus Cn. Carbonis, à quo admodum adolescens de paternis bonis in fore dimicans protectus es, iussu tuo interempti mors animis hominum obseruabitur, non sine aliqua reprehensione, quia tam ingrata facto plus L. Syllæ viribus, quam propriæ indulsisti verecundiæ.

EXTERNA.

At ne nostra confessis alienigenæ vrbes insultent: Carthaginenses Annibalem, qui pro illorum incolumitate & victoria, tot imperatores, totque exercitus nostros trucidauerat; quot gregarios milites hostium si occidisset, magnæ gloriæ foret; è conspe-

A. V.

dclxxi.

Plutar.

Pomp.

Appian.

Ciuil. 1.

I.

A. V. dlviij

Liu 33.

Æmil.

Prob. in

Annibale.

ctu suo submouere in animum induxerunt.

Neminem Lycurgo aut maiorem aut vtiliorem virum Lacedæmon genuit: vt pote cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur: nescire se vtrum illum hominum an deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ summa sinceritas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salutariter excogitatæ auxilio esse potuerunt, quo minus infestos ciues experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando furore publico eiectus, etiam priuatus oculo: ad vltimum ipsa patria pulsus est: Quid aliæ faciât vrbes; vbi etiam illa, quæ constantiæ & moderationis, & grauitatis eximiam sibi laudē vendicat, tam ingrata aduersus tam benemeritum exiit.

Detrahe Atheniensibus Thesea, nullæ aut non tam claræ Athenæ erunt: siquidem ille vicatim dispersos ciues suos in vnam vrbe contraxit; † separatimque & agresti more videnti populo, amplissimæ ciuitatis formam atque imaginem imposuit. Idem seua potentissimi regis Minois imperia vixdum ætate pubescente repulit. Idem effrænata Thebanorum insolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit, & quicquid vbiq; monstri aut sceleris fuit; virtute animi ac robore dextræ comminuit. Huius tamen summoti ab Atheniensibus, Scyros

II.

Plutarc.

in vita.

Herod. 1.

Stobæus.

ser. 17.

III.

Plutarc.

in vita.

Cic. de leg. 2.

† al. spar-

simque.

*Plutarc.
in vita.
Iustin. 2.*

*Prob. in
vita.*

*Herod. 6.
Iustin. 2.*

*Plutarc.
de probus
in vita.*

exule minor insula, ossa mortui cepit. Iam Solon, qui tam præclaras tamque vtilis Atheniensibus leges tulit, ut si his perpetuo vti voluissent, sempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina velut hostilem aciem ex propinquo salutem eorum imminentem recuperavit, quis Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem, & solus armis opprimi debere palam dictitare ausus est; senectutem Cypri profugus exegit: neque ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit. Bene egissent Athenienses cum Milciade, si eum, post trecenta millia Persarum Marathone devicta, in exilium protinus misissent, ac non in carcere & vinculis moercoëgissent. Sed ut puto hæctenus sæuire aduersus optime meritum abunde non duxerunt. Imo ne corpus quidem eius, sic expirare coacti, sepulturæ prius mandari passi sunt: quam filius eius Cimon eisdem vinculis se constringendum traderet. Hanc hæreditatem Paternam maximi ducis filius; & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se sortitum, catenas scilicet & carcerem, gloriari potuit. Aristides etiam, quo totius Græciæ iustitia censetur, continentia quoque eximium specimen, patria excedere iussus est. Felices Athenas, quæ post illius exilium inuenire aliquem aut virum bonum, aut a mantem sui ciuem potuerunt; cum quo tunc ipsa sanctitas migravit! Themistocles eorum, qui

qui ingratam patriam experti sunt, celeberrimum exemplum, cum illam incolumē, clarā, opulentam, principem Græciæ reddidisset, cuiusq; sensit inimicā, ut ad Xerxis, quē paulo ante destruxerat: non debitam sibi misericordiam perfugere necesse haberet. Phocion vero his dotibus, quæ ad pacandum hominē potentissimæ iudicantur, eloquentia & integritate instructissimus, * non tantum in eculo ab Atheniensibus impositus est, sed certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ offibus eius iniiceretur, glebulam inuenit; iussus extra fines proiici, intra quos optimus ciuis vixerat. Quid obest igitur, quin publica dementia sit existimanda, summo consensu maximas virtutes, quasi grauissima delicta punire, beneficiaq; iniuriis rependere; Quod cum vbiq; tum præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua vrbe aduersus ingratos actio constituta est. Et recte: quia dandi & accipiendi beneficij commercium, sine quo vix vita hominum constat, perdit & tollit, quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensionem merentur, qui cum æquissima iura sed iniquissima haberent ingenia, moribus suis, quam legibus vti maluerunt? Quod si qua providentia deorum effici posset ut excellentissimi viri, quorum modo casus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam suam in ius ad aliam ciuitatem pertra-

Plutarc.

S Probus.

Plutarc.

S Probus

† al. tantum non.

Val. 2. c. 66

traherent, nonne ingeniosum & garrulum
 populum, mutum atque elinguem hac
 stultatione reddidisset? Discordes foci rui
 cis diuidua tuguria Græcia facta sunt. Ce-
 lumen lucet. Marathon Persicis trophæis
 lamis & Artemisium Xerxis naufragia nu-
 merantur: præualidis manibus exhaustame-
 nia, pulchrioribus operibus consurgunt: ha-
 rum rerum auctores vbi vixerunt, vbi iacent
 responde. Nempe Thesea paruulo in scopu-
 lo sepelire & Miltiadem in carcere mori,
 Cimona paternas induere catenas & Them-
 stoclem victorem victi hostis genua comple-
 cti, Solonemque cum Aristide & Phocione
 penates suos ingrata fugere coëgisti: cum
 interim cineribus vestris sæde ac miserabili-
 ter dispersis, Oedipodis ossa, cæde patris, nu-
 ptius matris contaminata, inter ipsum Arce-
 pagum, diuini atque humani certaminis ve-
 nerabile domicilium: & excelsis præsidis
 Mineræ arcem, honore aræ decorata quasi
 sacrosancta colis: Adeo tibi aliena mala tuis
 bonis gratiora sunt. Lege itaque legem, que
 te iure urando obstrictam tenet: & quia bene-
 meritis debita reddere præmia noluisti, læsi-
 iusta piacula exolve. Tacent mutæ illorum
 vmbre fati necessitate constrictæ: at imme-
 mores beneficiorum Athenas omnis lingua
 sermone licenti in reprehensionem soluta,
 non tacet.

*Sophocles in
 Oedipo Co-
 lon.*

*Legem de a-
 ctione con-
 tra ingra-
 tos intelligit*

CAP. IV.

CVIVS EXEMPLA ROMANA SVNT.

- 1 Cn. Marcius Coriolanus.
- 2 P. Scipio Africanus maior.
- 3 T. Manlius Torquatus.
- 4 M. Aurelius Cotta.
- 5 C. Flaminius trib. pl.
- 6 Claudia virgo Vestalis.
- 7 Filia matrem in carcere mamma nutriens.

EXTERNA.

- 1 Pero filia patrem mamma nutriens.
- 2 Cimon Atheniensis.
- 3 Duo fratres Hispani.
- 4 Cleobis & Bytho, Amphinomus & Anapus.
- 5 Shytha.
- 6 Crasi regis filius mutus.
- 7 Pulto Pinnensis iuuenis.

Sed omittamus ingratos & potius de pijs loquamur: aliquanto enim satius est favorabili quam inuisæ rei vacare. Venite igitur in manus nostras prospera parentum vota felicibus auspicijs propagatæ soboles; quæ efficiatis, ut & genuisse iuuet, & generare libeat.

Coriolanus maximi vir animi, & altissimi consilij, optimeque de republica meritus, iniquissimæ damnationis ruina prostratus, ad Volscos infestos tunc Romanis confugit.

A. V.
 cclxij.
 Liv. 2.
 Plutarc.
 Dion. 8.

Livius.
 Plutarc.
 Dionys.

fugit. Magno ubiq; pretio virtus æstimatur.
 Itaq; quo latebras quæsitum venerat, ibi bro
 ui summum adeptus est imperium. Euenit
 que, vt quem pro se salutarem imperatorem ad
 ciues habere noluerant; pæne pestiferum ad
 uersus se ducem experirentur. Frequenter e
 nim fuis exercitibus nostris victoriarum
 suarum gradibus, aditum iuxta mœnia Vol
 bis Volscis militi struxit. Quapropter fasti
 diosus ille in æstimandis bonis suis populus
 qui reo non pepercerat, exuli coactus est sup
 plicare. Missi ad eum deprecandum legati
 nihil profecerunt. Missi deinde sacerdotes
 cum infulis, æque sine effectu redierunt. Sc
 pebat Senatus, trepidabat populus, viri par
 ter ac mulieres exitium imminens lamen
 bantur. Tunc Veturia Coriolani mater Vol
 lumniam vxorem eius & liberos secum tra
 hens castra Volscorum petijt. Quam ubi
 lius aspexit, Expugnasti, inquit, & vicisti iram
 meam, patriæ precibus huius admotis: cui
 vtero te quamuis merito mihi inuisam, de
 no: Continuoque Romanum agrum hosti
 libus armis liberavit. Ergo pectus dolore ac
 ceptæ iniuriæ, spe potiundæ victoriæ, ver
 cundia detrectandi ministerij, metu mortis
 refertum, totum sibi pietas vacuefecit, vni
 que parentis aspectus bellum atrox salu
 pace mutauit.

II.

Eadem pietas viribus suis inflammatur
 Africanum superiorum, vixdum annos

tilitatis egressum, ad opem patri in acie fe-
tendam viri robore armavit. Consulem e-
nim cum apud Ticinum fluvium aduersis
auspicijs cum Annibale pugnantes grauer
saucium intercessu suo seruauit. neque illum
aut gratis infirmitas, aut militiae tyrocinium
aut infelicis praelii etiam veterano bellatori
pertimescendus exitus interpellare valuit,
quo minus duplici gloria conspicuam coro-
nam, imperatore simul & patre ex ipsa mor-
terapto mereretur.

A. V.
Liu. 21.
Plin. 16. c. 4

Auribus ista tam praecleara exempla Ro-
mana ciuitate accepit, illa vidit oculis. L.
Manlio Imperioso diem ad populum Pom-
ponius tribunus pl. dixerat, quod occasione
bene conficiendi belli ductus, legitimū ob-
tinendi imperii tempus excessisset. Quodque
filium optimae indolis iuuenem rustico o-
pere grauatam publicis vsibus subtraheret.
Id postquam Manlius, adolescens cognouit,
protinus urbem petiit, & se in Pomponij do-
mum prima luce direxit: qui existimans in
hoc eum venisse, vt patris crimina, a quo pl^o
iusto aspere tractabatur, deferret; excedere
omnes iussit cubiculo, quo licentius remotis
arbitris iudicium perageret. Nactus occasio-
nem opportunam proposito suo iuuenis,
gladium, quem tectum attulerat, distinxit,
tribumque minis ac terrore compulsam iu-
rare coegit, a patris eius accusatione re-
cessurum. Eoque effectum est, ne Imperiosus

III.
A. V.
cccxcii.
Liu. 7.
Cic. offic. 3.
* al. bene-
ficiendi.

sus causam diceret. Commendabilis est pietas, quæ mansuetis parentibus præstatur: sed Manlius quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo eius subuenit: quia ad eum diligendum, præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat.

IV.
A. V.
dcccxcvij.
Dion. 36.

Hanc pietatem æmulatus M. Cotta, eo ipso die, quo togam sumpsit virilem; protinus ut è Capitolio descēdit, C. Carbonem, à quo pater eiusdamnatus fuerat, postulauit: percutumque reum iudicio afflixit, & ingenium & adolescentiam præclaro opere auspiciatus.

V.
A. V. dxxxi.
Cic. de in-
uentione. 2.
C. in Bruto.

Apud C. quoque Flaminium auctoritas patria æque potens fuit. Nam cum tribunus pl. legem de Gallico agro viritim diuidendo, inuito & repugnante senatu, promulgasset, precibus minisque eius acerrime resistens, ac ne exercitu quidem aduersus se conscripto, si in eadem sententia perseueraret, absteritus; postquam pro Rostris ei legem iam referenti pater manum iniecit; priuato fractus imperio, descendit è Rostris, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus.

VI.
A. V. dxx.
Suet.
Tiberio.

Magna sunt hæc virilis pietatis opera, sed nescio an his omnibus valentius & animosius Claudia Vestalis virginis factum. Quæ cum patrem suum triumphantem è curia violenta tribuni pl. manu detrahi animadu-

uertisset; mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitijs accensam depulit. Igitur alterum triumphū pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ duxit. Nec discerni potuit, vtri plus laudis tribueretur, an cui victoria, an cui Pietas comes aderat.

*Cicer. pro
M. Calso.*

Ignoscite vetustissimi foci, veniamque æterni date ignes, si à vestro sacratissimo templo ad necessarium magis, quam speciosum vrbis locum contextus operis nostri progressus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus precium charæ pietatis cui-lescit: Quin etiam eo certius, quo miserius experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necandam tradidit. Quo receptam, is qui custodia præerat, misericordia motus, non protinus strangulauit. Aditum quoq; ad eam filiæ, sed diligenter excussæ, nequid cibi inferret, dedit: existimans futurum, vt inedia consumeretur. Cum autem iam dies plures intercederent, secum ipse quærens, quidnam esset, quod tandiu sustentaretur? curiosius obseruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis sui subsidio lenientem. Quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ab iplo ad triumuirum, à triumuiro ad Prætorum, à Prætorum ad concilium iudicum perlata, remissionem pœnæ mulieri impetrauit.

VII.
Plin. 7. c. 36.

M 3

Quo

Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere seruandæ genetricis nouam rationem inuenit? Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum, quam matrem natæ uerberibus alitam? Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum? nisi diligere parentes, prima naturæ lex esset.

EXTERNÆ.

Idem de pietate Perus existimetur, quæ patrem suum * Cimona consimili fortuna affectum, parique custodiæ traditum, iam ultimæ senectutis, uelut infantem pectori suo admodum aluit. Hærent ac stupent hominum oculi, cum huius facti pictam imaginem uident, casusque antiqui condicionem, præsentis spectaculi admiratione renouant: in illis mutis membrorum lineamentis uiua ac spirantia corpora intueri credentes. Quod necesse est animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura literarum: uetera pro recentibus admonitos recordari.*

I.
* al. Con-
noma.

* Deest ali-
ana dictio,
forte facien-
te.

II.
Probus in
uita Iust.
2. Val. cap.
superiore.

III.

Ne te quidem Cimona silentio inuoluam, qui patri tuo sepultura voluntarijs uinculis emere non dubitasti. Nam etsi maximo tibi postea & ciui & duci euadere contigit; plus tamen aliquanto laudis in carcere, quàm in Curia affecutus es. Cæteræ enim uirtutis admirationis tantummodo multum, pietas uero etiam amoris plurimum meretur.

Vos quoque fratres memoria complectatur.

star, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hispania nati, pro parentum alimentis spiritum erogantes, specioso exitu vitæ inclaruistis. Duodecim enim millia nummum, quæ post mortem vestram his darentur, à Paciæcis pacti; ut eorum patris interfectorem * Epastum gentis suæ tyrannum occideretis: Nec ausi solum in sine facinus estis, sed etiam strenuo ac forti exitu clausistis. Iisdem enim manibus Paciæcis ultionem, Epasto pœnam, genitoribus alimenta, vobis gloriosa fata peperistis. Itaque tumulis etiam nunc viuistis, quia parentum senectutem, tueri quam vestram expectare, satius esse duxistis.

† al. Pastum

Notiora sunt fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus: illi, quod ad sacra Iunonis peragenda matrem vexerunt: hi quod patrem & matrem humeris per medios ignes Æternæ portarunt: sed neutris pro spiritu parentum expirare propositum fuit.

IV.

Cicer.

Tusc. I.

Plutarc.

Salone,

Herod. I.

Solia. c. 2

Nec ergo Argiuam detrecto laudem, aut Arnæi montis gloriam * inuoluerim: verum obscuriori propter ignorantiam pietati notitiæ lumen adiuuoco: * sicut Scythiis libenter pietatis testimonium reddo. Dario enim totius regni sui viribus in eorum regiones subinde impetum facienti, paulatim cedentes, vltimas Asiæ solitudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos, quem

* al. minuerim.

* al. forte si.

M 4

fu-

Herod 5.

fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent; responderunt, Se nec vrbes vllas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Cæterum cum ad parentum suorum monumenta venissent, sciturum quemadmodum Scythæ præliari solerent. Quo quidem vno tam pio dicto, immanis & barbara gens ab omni feritatis crimine redemit. Prima igitur & optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo vfu litterarum indigens, propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? vt politiora, scilicet, non vt meliora fiant ingenia: quoniam quidem solida virtus nascitur magis, quam fingitur.

VI.

Quis enim plaustris vagos, silvarum latebris corpora sua tegentes, in modumque ferarum lanatu pecudum viuentes, Dario sic respondere docuit? Illa nimirum, quæ etiam Cræsi filium loquendi vfu defectum, ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim à Cyro Sardinibus, cum vnus è numero Persarum, ignarus viri, in cædem eius concitato ferretur impetu: velut oblitus, quid sibi nascenti fortuna denegasset, ne Cræsum regem occideret, proclamando; pæne iam impressum iugulo mucronem reuocauit. Ita qui ad id tempus minus sibi vixerat, saluti parentis vocalis factus est.

*Gell. 5. c. 9.**Herod. 1.*

Ea-

Eadem charitas Italico bello Pinnensem iuuenem, cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporisque robore armauit: Vt cum obsessæ urbis suæ claustris præfideret, & Romanus Imperator patrem eius captiuum, in conspectu ipsius constitutum, destrectis militum gladiis circumdedisset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suæ iter præbisset, solus è manibus senem rapuerit, duplici pietate memorandus, quod & patris seruator, nec patriæ fuerit proditor.

DE BENEVOLENTIA

fraterna.

CAPIT V.

- 1 *P. Africani maioris.*
- 2 *M. Fabij Vibulani Cos.*
- 3 *Tit. Casaris Augusti.*
- 4 *Militis cuiusdam.*

Hanc pietatem proximus fraterna benevolentia gradus excipit. Nam vt merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepisse: ita proximum iudicari debet simul accepisse. Quam copiosæ enim suauitatis illa recordatio est? In eodem domicilio antequam nasceret, habitauit: in iisdem incunabulis infantia tempora peregi: eosdem appellauit parentes: eadem pro me vota excuuerunt: patrem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Chara est uxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti affines: sed postea cognitis nulla benevolentia

M

acce

VII.

A. V.

dclxix.

accedere debet, quæ priorem exhauriat.

Atq; hoc teste Scipione Africano loquor, qui tametsi arctissima familiaritate Lælio iunctus erat, attamen senatum supplex orauit, ne prouinciæ fors fratri suo crepta, ad eum transferretur: legatumq; scilicet Scipioni in Asiam iturum promisit: & maior natu minori, fortissimus imbelli, & gloria excellentis laudis inopi, & quod super omnia est, nondum Asiatico, iam Africanus. Itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit, triumphique prætextam huius excepit, illius tradidit: ministerio aliquanto maior, quam frater imperio.

M. vero Fabius consul in elytra pugna Etruscis & Veientibus superatis, delatum sibi summo senatus populiq; studio triumphum ducere non sustinuit: quia eo prælio Quæ Fabius frater eius consularis fortissime dimicantem occiderat. Quantum in eo pectore pietatem fraternæ charitatis habuisse existimemus, propter quam amplissimi honoris rãtus fulgor extingui potuit.

Hoc exemplo vetustas, illo sæculum nostrum ornatum est: cui contigit fraternum iugum Claudie prius, nunc etiam Iulie gentis intueri decus: Tantum enim amorem princeps parensq; noster insitum animo fratris Drusi habuit; ut cum Ticini, quo victor hostium ad complectendos parentes venerat, graui illum & periculosa valetudine in

I.

A. V.

dclxij.

Liu. 27.

Cicer.

Phil. II.

II.

A. V.

eclxxxij.

Eiu. 2.

Dion. 9.

III.

A. V.

dcccxliv.

Liu. vlt.

Dion. 55.

Plin. 7. c. 20

Germaniam fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoq; q̄ rapidum & præceps velut vno spiritu corripuerit, eo patet; quod Alpes Rhenumq; transgressus die ac nocte mutato subinde equo ducenta millia passuum, per modo deuictam Barbariem, Antabagio duce solo comite contentus, euasit. Sed cum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumque frequentia defectum, sanctissimū pietatis numen & dij fautores eximiarum virtutum, & fidissimus Romani Imperi custos Iupiter comitatus est. Drusus quoque, quamquam factio iam suo quam vllius officio propior erat, vigore spiritus & corporis collapsus; eo ipso tamen quo vita & mors distinguitur, momento, legiones cum insignibus suis fratri obuiā procedere iussit, vt Imperator saluaretur. Præcepit etiam dextra in parte prætorium ei statui, & consulare & imperatorium nomen obtinere voluit. Eodemque tempore, & fraternæ maiestati cessit, & vita excessit. His scio equidem nullum aliud quam Castoris & Pollicis specimen consanguineæ charitatis cōuenienter adiici posse.

Sed omnis memoriæ clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratum, similitis summa erga fratrem suum pietas huic voluminis parti adhæserit. Is namque in castris Cn. Pompeij stipendia peragens cum Sertorianum militem acrius sibi in acie instantem

Ri

IV.
A. V.
dclxvi.
Lin. 79.

cominus interemisset, iacentemque spoliaret: ut fratrem Germanum esse cognouit, multum ac diu conuicio deos ob donum impiae victoriae insectatus, prope castra transtulit, & pretiosa veste opertum, rogo imposuit. Ac deinde subiecta face, protinus eodem gladio, quo interemerat, pectus suam transuerberauit: seque super corpus fratris prostratum, communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiae beneficio innocenti uiuere: sed ut sua potius pietate quam aliena uenia uteretur, comes fraternae neci non defuit.

DE PIETATE ERGA PA-

TRIAM.

CAPVT VII.

1. L. Iunii Bruti primi Cos.
2. M. Cursii eq. Rom.
3. M. Genutii Cippi, praet.
4. Q. Aelii Pati praetoris.
5. P. Decij Q. F. Cos.
6. P. Decij P. F. Cos.
7. P. Africani maioris.
8. Ciuium Romanorum.

EXTERNORVM.

1. Codri regis Atheniensium.
2. Thrasibali Atheniensis.
3. Themistoclis Atheniensis.
4. Philanorum fratrum.
5. Aristotelis Stagiritae.

Arctissimis sanguinis uinculis pietas facta

tis fecit: restat nunc ut patriæ exhibeatur.
 Cuius maiestati etiam illa, quæ deorum nu-
 mini æquatur, auctoritas parentû, vires suas
 subiecit: fraterna quoque charitas æquo ani-
 mo ac libenti cedit, summa quidem cum ra-
 tione. Quia eversa domo, intentatus reip.
 status manere potest: urbis ruina, penates
 omnium trahat secum necesse est. Verum
 quid attinet verbis ista complecti? quorum
 tanta vis est, ut aliqui ea salutis suæ impen-
 dio testati sint.

Brutus consul primus cum Arunte Tar-
 quiniij Superbi regno expulsi filio in acie ita
 equo concurrat; ut pariter illatis hastis, uter-
 que mortifico vulnere ictus. exanimis pro-
 sterneretur. Merito adiecerim populo Ro-
 mano libertatem suam magno stetit.

Cum autem in media parte fori, vasto ac
 repentino hiatus terra subsideret, responsum-
 que esset, re illum tantummodo compleri
 posse, qua populus Rom. plurimum valeret:
 Curtius. & animi & generis nobilissimus a-
 dolescens, interpretatus, Urbem nostram
 virtute armisque præcipue excellere; milita-
 ribus insignibus ornatus, equum conscendit,
 eumque vehementer admotis calcaribus præ-
 cipitem in illud profundum egit, super quem
 uniuersi ciues honoris gratia certatim fru-
 ges iniecerunt, continuoque terra pristi-
 num habitum recuperavit. Magna postea de-
 cora in foro Romano sulferunt: nullum ta-

I
 A. V.
 cclxiij.
 Liu. 2.
 Dion. 5.
 Plutarc.
 Poplicola.

II.
 A. V.
 cccxci.
 Liu. 7.
 Oros. 3. ca. 1.

men hodie quod pietate Curti; erga patriam
clarius obuersatur exemplum: cui principa-
tum glorię obtinenti, consimile factum sub-
nectam.

III.

A. V.

dxv.

Ouid.

Meta. 25.

Plin. II.

cap. 37.

Genucio Cipo Prætori, paludato portam
egredienti, noui & inauditi generis prodi-
gium incidit. Namque in capite eius subito
veluti cornua emerferunt: responsumque est
regem eum fore, si in Urbē reuertisset. Quod
ne accideret, voluntarium sibi met ac perpe-
tuum indixit exilium. Dignam pietatem, que
quod ad solidam gloriam attinet, septem re-
gibus præferatur, Cuius testandæ rei gratia
capitis effigies ærea qua excesserat portæ in-
clusa est. dictaque Rauduseula, quod olim
ara rauda dicebatur.

IV.

A. V.

dxxxiv.

Front. 4.

cap. 5.

Plin. 10.

cap. 18.

Genucius laudis huius, qua maior exco-
gitari vix potest, successionem Ælio Prætori
tradidit. Cui ius dicenti, cum in capite pi-
eus consedisset, aruspicesque affirmassent,
conseruato eo fore domus ipsius statum fe-
licissimum, reip. miserrimum: occiso, in cō-
trarium vtrumque cessurum, euestigio picum
morsu suo in conspectu senatus necauit. De-
cem & septem milites suæ familiæ, eximie
fortitudinis viros, Cannensi prælio amisit:
resp. procedente tempore ad summum im-
perii fastigium excessit. Hęc nimirum exem-
pla, Sylla & Marius, & Cinna tanquam stul-
ti riserunt.

Decius, qui consulatum in familiam suā
pri-

primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatum & pæne iam prostratam videret, caput suum pro salute reip. deuouit: Ac protinus concitato equo, in medium hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens, irrupit, Factaque ingenti strage, plurimis telis obrutus, super corruit: Ex cuius vulneribus & sanguine insperata victoria emerfit.

Vnicum talis imperatoris specimen esset, nisi animo suo respondentem filium genuisset. Is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus deuotione simili, æque strenua pugna, consentaneo exitu labantes perditasque vires Urbis nostræ correxit. Itaque dignosci arduum est, vtrum Romana ciuitas vtilius habuerit Decios duces, an amiserit, quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit, mors fecit vt vinceret.

Non est extinctus pro rep. superior Scipio Africanus: sed admirabili virtute, ne resp. extingueretur, prouidit. Siquidem cum afflicta Cannensi clade vrbs nostra, nihil aliud quam præda victoris esse Annibalis videretur: ideoque reliquæ prostrati exercitus, deserendæ Italiæ, auctore L. Metello consilium agerent: tribunus militum admodum iuuenis, stricto gladio mortem vnicuique minitendo, iurare omnes nunquam se relicturos patriam coëgit: pietatemque non solum ipse plenissimam exhibuit; sed etiam

A. cdxiiij.
Liu. 8.
Zonaras.

VI.
A. V.
cdlviii.
Liu. 10.
Zonaras.
Cicer.
Catone.

VII.
A. V.
dxxxvii.
Liu. 21.

ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.

Age, ut à singulis ad vniuersos transgrediar? quanto & quam æquali amore patriæ tota ciuitas flagrauit! cum secundo Punico bello exhaustum ærarium, ne deorum quidè cultui sufficeret, & publicani vltro aditos censors hortati sunt, ut omnia sic locarent, tanquam respub. pecunia abundaret, sequè præstituros cuncta: nec vllum assen, nisi bello confecto, petituros polliciti sunt. Domini quoque seruorum, quos Sempronius Gracchus ob insignem pugnam Beneuenti manumiserat, pretia ab imperatore exigere supersederunt: In castris etiam non eques, non cæturio stipendium dari sibi desiderauit. Viri atque feminae, quicquid auri argentiue habuerunt. item pueri insignia ingenuitatis ad sustentandam temporis difficultatem contulerunt: Ac ne beneficio senatus, (qui muneribus functos, tributi onere liberauerat) quiscquam vti voluit? sed insuper id omnes promptissimis animis præstiterunt. Non ignorabant enim captis Veijs, cum decimarum nomine, quas Camillus vouerat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret, neque emendi eius facultas esset, matronas ornamenta sua in ærarium retulisse. Similiterque audierant mille pondo auri, quæ Gallis obsidione Capitolij promissa debebantur, earum cultu expleta. Itaque & proprio ingenio, & ex-

A. V.

ccclviij.

Lin. 5.

Plutare.

Camillo.

A. V.

ccclxiii

Lin. 5.

VIII.
V.
dxxxix.
Lin. 24.

CAP. VII. DE PIET. ERGAPATR. 281
emplo vetustatis admoniti, nulla sibi in recessu
sacrum existimauerunt.

EXTERN A.

Sed & externa eiusdem propositi exem-
pla attingam. Rex Atheniensium Codrus, cū
ingenti hostium exercitu Attica regio debi-
litata, ferro igneque vastaretur, diffidentia
humani auxilii ad Apollinis Delphici ora-
culum confugit, perque legatos suscitatus
est, quoniam modo illud tam graue bellum
discuti posset.* Respondit deus, Ita finem ei
fore, si ipse hostili manu occidisset. Quod
quidem non solum totis Athenis, sed in ca-
stris etiam contrariis percerebuit. Eoque fa-
ctum est, vt ediceretur, ne quis Codri cor-
pus vulneraret. Id postquam cognouit, depo-
sitis insignibus imperii, familiarem cultum
induit, ac pabulantium hostium globo sese
obiecit: vnumque ex his falce percussum in
caedem suam coniecit: Cuius interitu ne
Athenæ occiderent, effectum est.

Ab eodē fonte pietas a Brasibili quoque
animus manauit. Is cum Atheniensium vr-
bem triginta tyrānorum terribima domina-
tione liberare cuperet, paruaque manu ma-
ximæ rei molem aggredere, & quidam de
consciis dixisset: Quantas tandem tibi Athe-
næ per te libertatem consecutæ, gratias de-
debunt? respondit: Dij faciāt, vt quātas ipse
illis debeo, videar retulisse. Quo affectu incli-
tū destructæ tyrānidis opus laude cumulauit.

The-

I:
Iust. 2.

* al. respon-
sum est.

II.
Iust. 5.

Themistocles autem, quem virtus sua victorem, iniuria patriæ imperatorem Persarum fecerat; ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio, exceptum patera tantum sanguinem hausit: & ante ipsam aram, quasi quædam Pietatis clara victima concidit. Quo quidam tam memorabili eius excessu, ne Græciæ altero Themistocle opus esset, effectum est.

IV.

Sallust.

Iugurt.

Pomp.

Mel. ca. I.

Sequitur eiusdem generis exemplum: Cum inter Carthaginem & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset; ad ultimum placuit utrinque eodem tempore iuvenes mitti, & locum in quem ij conuenissent, finem ambobus haberi populis: Verum hoc pactum Carthaginensium duo fratres, nomine Philæni, perfidia præcurrerent, citra constitutam horam maturato gressu in longius promotis terminis. Quod cum intellexissent Cyrenensium iuvenes, diu de fallacia eorum questi; postremo acerbitate condicionis iniuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, si Philæni viuos se ibi obrui passi essent. Sed consilio euentus non respondit: illi enim nulla interposita mora, corpora sua bis terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriæ quam vitæ suæ, longiores terminos esse maluerunt: bene iacent, manibus & ossibus suis Punico dilatato imperio. Vbi sunt superba Carthaginis alta mœnia? vbi maritima gloria

Philæno-

rum ara

Plin. 6.

cap. 4.

Solin. ca. 30.

CAP. VII. DE PIET. ERGA PATR. 253
ria inclyti portus? vbi cunctis littoribus ter-
ribilis classis? vbi tot exercitus? vbi tantus
equitatus? vbi immenso Africæ spatio non
contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipio-
nibus Fortuna partita est. At philænorum e-
gregij facti memoriam ne patriæ quidem in-
teritus extinxit. Nihil est igitur, excepta vir-
tute, quod mortali animo ac manu immor-
tale quæri possit.

Iuuenili ardore plena hæc pietas. Aristo-
teles vero supremæ vitæ reliquias senilib. ac *Plutarc.*
rugosis mēbris in summoliterarum otio vix *in Alex. Co.*
custodiens, adeo valenter pro salute patriæ *Diog. in vi-*
incubuit; vt eam hostilibus armis solo æqua- *tis.*
tam, in lectulo Atheniensi iacens, Macedo- *Aristot.*
num de manibus, quibus obiecta erat, eri- *Ælian.*
peret. Ita non tam vrbs Stagira euerfa Ale- *Var.*
xandri, quam restituta Aristotelis notum *histor. 5.*
est opus. Patet ergo quam benignæ, quam-
que profusæ pietatis erga patriam omnium
ordinum, omnis ætatis homines extiterint;
sanctissimisque natura legibus mirificorum
etiam exemplorum clara mundo subscripse-
rit veritas.

DE PATRVM AMORE ET

Indulgentia in Liberos.

CAPVT VII

1 Q. Fabii Max. Rulliani.

2 Cæsetii Flauii.

3 Octauii Balbi.

EXTERNORVM REGVM.

3 Seleucæ

I Seleuci Syria.

7 Ariobarzanis Cappadocia.

Det nunc vela pii & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia; salubrique aura prouecta, gratam suauitatis secum doctem afferat.

I.

A. V.

de lib. ii.

Eii. II.

Oros. 3. c. 22.

Zonaras.

Cic. pro

Murena.

Fabius Rullianus quinque consulatibus summa cum gloria peractis, omnibusque & virtutibus & vitæ meritis stupendus legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile & periculosum conficiendum grauat non est, pene ipso duntaxat animo sine corpore militaturus: utpote propter ultimam senectutem lectuli otio, quam labori præliorum habiliior. Idem triumphantis currum, equo insidens, sequi, quem ipse paruulum triumphis suis gestauerat, in maxima voluptate posuit: nec * accessor gloriosæ illius Pompæ, sed auctor spectatus est.

* al. accessio.

II.

A. V.

de lib. ii.

Dion. 44.

Suet. & Pi-

ut.

Cæsare.

Appian.

Civil. 2.

Non tam Cæsetij speciosa equitis Romani fors: sed patria par indulgentia: Qui à Cæsare omnium iam externorum & domesticorum hostium victore, cum abdicare filium suum iuberetur, quod is tribunus plebis cum Marullo collega, inuidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat: in hunc modum respondere sustinuit: Celerius tu mihi Cæsar omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optime indolis filios, quibus Cæsar se incrementa dignitatis benigne largiturum pollice-

pollicebatur. Hunc patrem tametsi summa diuini principis clementia tutum præstitit; quis tamen non humano ingenio maius ausum putet, quod cui totius terrarum orbis succubuerat, non cessit?

Sed nescio an Octavius Balbus concitioris & ardentioris erga filium beneuolentia fuerit. Proscriptus à triumuiris, cum domo postica clam esset egressus, iamque fugæ expeditum initium haberet: postquam intus filium trucidari falsus clamore è vicinia accepit, ei se neci, quam euaserat, obtulit, occidendumque militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter spem videre filium incolumem contigerat, quam salutem suam æstimans. Miseros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ipsius opera sic expiratam intueri necesse fuit!

EXTERNÆ.

Cæterum vt ad iucundiora cognitu veniamus, Seleuci regis filius Antiochus noueræ Stratonices infinito amore correptus memor quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione cõtegebat. Itaque diuersi affectus iisdem visceribus ac medullis inclusi summa cupiditas, & maxima verecundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipse in lectulo, moribundo similis: lamentabantur necessarii pater mœrore prostratus, de obitu v-

III.

A. V. dccx.

Appian.

Ciuili 4

aliquantis

aliter.

I.

Appian.

Syriaca.

Plutarc.

Demetrio.

nici

nici filij, deque sua miserrima orbitate cogitabat: totius domus funebris magis quam regius erat vultus. Sed hanc tristitiæ nubem Leptinis mathematici, vel, vt quidem tradunt, Erasistrati medici prouidentia discussit: iuxta enim Antiochum sedens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & spiritu increscere, eaque egrediente pallescere, & excitatiorem anhelitum subinde recuperare animaduertit; curiosiore obseruatione ad ipsam veritatem penetrauit. Intrante enim Stratonice, & rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo; modo vegetiore, modo languidiore pulsu venarum comperit, cuius morbi æger esset; protinusque id Seleuco exposuit. Qui charissima sibi coniuge filio cedere non dubitauit: Quod in amorē incidisset, fortunæ acceptū referens: quod dissimulare eū velle ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans. Subijciatur animus senex, rex, amans: iam patebit quam multa quamque difficilia paterni affectus indulgentia superauit.

At Seleucus quidem vxore, Ariobarzanes autem filio suo Cappadociæ regno cessit, in conspectu Cn. Pompeij: cuius cum tribunal conscendisset, inuitatusque ab eo in curuli sella sedisset; postquam filium in cornu obtribæ humiliorem fortuna sua locum obtrinentem conspexit, non sustinuit infra se collocatum intueri: Sed protinus sella descendit.

II.

A. V.
dcxci.Appian.
Mithridaticam.

scendit, & diadema in caput eius transtulit: hortarique coepit vt eo transfiret vnde ipse surrexerat. Exciderunt lacrymæ iuueni, cohorruit corpus, dilapsum diadema est, nec quo iussus erat progredi potuit. Quodque pene fidem veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat: tristis, cui dabatur. Nec vllum finem tam egregium certamen habuisset, nisi patriæ voluntati auctoritas Pompeij adfuisset. Filium enim & regem appellauit, & diadema sumere iussit, & curuli sella considerare coëgit.

QVI SEVERI ADVERSVS
liberos.

CAP. VIII.

- 1 L. Iunius Brutus primus Cos.
- 2 Cassius Viscellimus.
- 3 T. Manlius Torquatus iurifcos.
- 4 M. Aemilius Scaurus.
- 5 A. Fulvius.

Comicæ lenitatis hi patres, tragicæ asperitatis illi. Par Romulo gloria L. Brutus, quia ille urbem; hic libertatem Romanam condidit: filios suos, Tarquinii damnationem à se expulsam reducentes, summum imperium obtinens, comprehensos, proque tribunali virgis cæsos, & ad palum religatos securi percuti iussit. Exiit patrem, vt consulem ageret orbisque viuere, quam publicæ vindictæ deesse, maluit.

I.
A. V.
ccxlii.
Liu. 2.
Dio. 5.
Vincet amor patria.
Virgil.

Huius æmulatus exemplum Cassius, filium

II.

*An. V.**act. xviii.**Liv. 2.**Dion. 8.**ex quibus-**dum An-**nal. ex aliis**aliter.**III.**A. V.**act. ii.**Liv. 54.**Cicer. de**Fimib. I.*

lium, qui tribunus plebis Agrariam legem primus tulerat, multisque aliis rebus populariter animos hominum amore sui deuictos tenebat; postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum & amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnauit: verberibusque affectum, necari iussit: ac peculium eius Cereri consecrauit.

T. autem Manlius Torquatus propterea egregia multa raræ dignitatis, iuris quoque civilis & sacrorum pontificalium peritissimus in consimili facto ne consilio quidem necessariorum indigere se credidit. Nam cum ad senatum Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detulisset; à Patribus conscriptis petiit, nequid ante de ea re statueret, quam ipse Macedonum filiique sui causam inspexisset: Summo deinde cum amplissimi ordinis tum etiam eorum qui questum uenerant, consensu cognitione suscepta, domi confedit; solusque utrique parti per totum biduum vacauit, ac tertio plenissime die, diligentissimeque auditis testibus, ita pronuntiauit: Cum Silanum filium meum pecunias à sociis accepisse mihi probatum sit, & reum & domo mea indignum iudico, proci-tristi patris sententia percussus Silanus, lucè ulterius intueri non sustinuit, suspendioque se proxima nocte consumpsit. Peregerat iam
Tor-

Torquatus seueri & religiosi iudicis partes, satisfactum erat reip. habebat vltionem Macedonia, potuit tam verecundo obitu filij patris inflecti rigor. at ille neque adolescentis exquiritur, & cum maxime funus eius duceretur, consulere se volentibus, vacuas aures accommodauit. Videbat enim se in eo curio consedisse, in quo illius imperiosi Torquati seueritate conspicua imago posita erat. Prudentissimoque viro succurrebat, effigies maiorum cum titulis suis idcirco in primaedium parte poni soleret, vt eorum virtutes posteris non solum legerent, sed etiam imitarentur.

M. vero Scaurus, lumen ac decus patriæ, cum Apud Athesim flumen imperu Cimbrorum Romani equites pulsi, deserto procos. Carulo Urbem pauidi repeterent; consternationis eius participi filio suo misit qui dicerent; libentius se in acie eius interfecti officibus occursum, quam ipsum tam deformis fugæ reum visurum. Itaque si quid modo reliquum in pectore verecundiæ superesset, conspectum degener irati patris vitaret; recordatione enim iuuentæ suæ, qualis M. Scauro aut habendus aut spernendus esset filius admoneretur. Quo nuncio accepto, iuuenis coactus est fortius aduersus semetipsum gladio vti, quam aduersus hostes usus fuerat.

IV
A. V. dclii.
Auct. de Viris. illustri-
bus c. 72.
Fron. l. 4. c. 1

Nec minus animose A. Fulvius vir senatorij

N

V.
A. V.
dxc.
Sallust.
Catil.
Diod. 37.

torij ordinis, euntem in aciem filium retraxit, quam Scaurus è prælio fugientem increpuit. Namque iuuenem & ingenio & literis & forma inter æquales nitentem, præcedente consilio amicitia Catilinæ securum, in quo castra eius temerario impetu ruentem, medio itinere abstractum, supplicio mortis affectus, præfatus; Non se Catilinæ illum aduersus patriam, sed patriæ aduersus Catilinam genuisset. Licuit, donec civilis belli rabie præteriret, inclusum arcere: verum illud cauti patris narraretur opus, hoc seueri referretur.

QVI MODERATI ERGA

Suspectos liberos.

CAPVT. IX.

- 1 L. Gellius Publicola.
- 2 Q. Hortensius orator.
- 3 Fuluius quidam.
- 4 Pater quidam.

Sed vt hanc incitatam & asperam seueritatem mitiores relatu patrum mores clementia suæ mistura temperent, exactæ pœnæ cessata venia iungatur.

I.
A. V.
dxciiij.
Censor fuit.

L. Gellius, omnibus honoribus ad censuram defunctus, cum grauissima crimina filio, cum nouerca commissum stuprum & patricidium cogitatum propemodum explorata haberet; non tamen ad vindictam procurrit continuo sed pene vniuerso sensu adhibito in consilium, expositis suspic

ibus, defendendi se adolescenti potestatem
fecit. Inspectaque diligentissime à caussa, ab-
soluit eum de concilij, tum etiam sententia
sua: Quod si impetu iræ abstractus sæuire fe-
stinasset, admisisset magis scelus, quam
vindicaſſet.

Quætem Hortensij, qui suis temporibus
ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, ad
mirabilis in filio patientia extitit. Cum e-
nim eousque impietatem eius suspectam &
nequitiam inuisam haberet, vt Mess. Illa sua
sororis filium hæredem habiturus ambitus
eum defendens iudicibus diceret. Si illum
damnassent, nihil sibi præter osculum nepo-
tum, in quibus acquiesceret, super futurum:
Hac scilicet sententia, quam etiam editæ o-
rationi inseruit, filium potius in tormento
poni, quam in voluptatibus reponens: ta-
men ne naturæ ordinem confunderet, non
nepotes, sed filium hæredem reliquit. Mode-
rate vsus affectibus suis: quia & viuus morib.
eius verum testimonium, & mortuus sangui-
ni honorem deditum reddidit.

Idem fecit clari generis magnæque digni-
tatis vir Fuluius, sed in filio aliquantum re-
tior. Nam cum auxilium senatus imploras-
set, vt suspectus in parricidio & ob id latens
per triumuirum cõquireretur, ac iussu Patrũ
conscriptorum comprehensus esset; non solũ
eum non notauit, sed etiam decedens, do-
minium omnium esse voluit: Quem sibi ge-

II.

A. V.

dcccij.

Cælius. Cic.

famil. 8. Ci.

in Bruto.

III.

nherat hæredem instituens, non quem
pertus fuerat.

Magnorum virorum clementibus ad
ignoti patris nouæ atque inuisitatæ rationi
consilium adiiciam: qui cum à filio necci
insidias comperisset, nec inducere in animi
posset, vt verum sanguinem ad hoc sceles
progressum crederet, seductam vxorem su
pliciter rogauit, ne se vltius celaret, sed
ceret: siue illum adolescentem subiecisset,
ue ex alio concepisset: Asseueratione dei
decius, & iureiurando, se nil tale debere
spicari, persuasus; in locum desertum fili
perducto, gladium, quem secum occultum
attulerat, tradidit, ac iugulum ferendū
buit; nec veneno, nec latrone ei ad perape
dum parricidium opus esse affirmans. Quo
facto non paulatim, sed magno impeture
cogitatio pectus iuuenis occupauit; com
nuoque abiecto gladio, Tu vero, inquit, p
ter viue: & si tam obsequens es, vt hoc p
ri filio permittas, me quoque exupera. Se
tantum quæso, ne meus erga te amor eo
vilior, quod à pœnitentia oritur. O solitu
nem sanguine meliorem, pacatiorefque p
natibus siluas, & alimentis blandius ferrum
ac mortis oblatae, quam datae vitæ, felic
beneficium!

QVI FILIORVM OBITVM FOR

ti Animo tulerunt.

CAP. X.

CAP. X. DE FORTIB. PATR. 293
ROMANI.

1 M. Horatius Pulvillus Cos. II.

2 L. Æmilius Paullus pro.

3 Q. Marcius Rex. Cos.

EXTERNI.

1 Pericles Atheniensis.

2 Xenophon.

3 Anaxagoras.

Commemoratis patribus qui iniurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos
I. A. V. ccxvi.
Lin. 2.

Horatius Pulvillus, cum in Capitolio Iovis Opt. Max. ædem pontifex dedicaret, in
Dion. 5.
Tacit. 19.

que nuncupationem solennium verborum postem tenens, mortuum esse filium suum audisset: neque manum à poste removit: ne tanti templi dedicationem interrumperet: Neque vultum à publica religione ad privatum dolorem deflexit; ne patris magis, quam pontificis partes egisse videretur. Tolle, inquit, cadaver.

II.
Clarum exemplum: nec minus tamen illustre quod sequitur. Æmilius Paullus nunc felicissimi, nunc miserrimi patris clarissima representatio, ex quatuor filiis formæ insignis, egregiæ indolis, duos iure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem translatos, sibi ipse denegavit; duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus, post diem

A. V. dxxxvi.
Plutarc. in vita.
Lin. 45.

tertium expirauit. Itaque qui ad donandos viros
liberos abundauerat, in orbitate subito de-
stitutus est. **Q**uem casum quo robore animi
sustinuerit, oratione, quam de rebus à se ge-
stis apud populum habuit, hanc adijciendo
clausulam, nulli ambiguum reliquit: Cum in
maximo prouentu felicitatis nostræ, **Q**ui
rites timerem, ne quid mali fortuna molire-
tur; Iouem Opt. Max. Iunonemq; reginam, &
Mineruam precatus sum, vt si aduersi quic-
populo Romano immineret, totum in meam
domum conuerteretur. Quapropter bene-
se res habet: annuendo enim votis meis id e-
gerunt, vt vos potius meum casum doleatis
quam ego vestro ingemiscerem.

III.
A. V.
dcxxxv.
Catonis ne-
potis collega
vt Gell. 13,
c. 19.
Quare locus
hic merito
nobis suspe-
ctus est.

Vno etiam nunc domestico exemplo ad-
iecto, in alienis luctibus orationi meæ vaga-
ri permittam. **Q**. Marcius Rex superior, Ca-
tonis in consulatu collega, filium summe
pietatis & magnæ spei, & quæ non parua ca-
lamitatis accessio fuit, vnicum amisit. Cur-
que se obitu eius subrutum & euersum videret;
ita dolorem altitudine consilij coërcuit,
vt à rogo iuuenis protinus Curiam peteret
senatumque, quem eo die lege habere oportebat,
euocaret. **Q**uod nisi fortiter mœrorem
ferre scisset, vnius diei lucem inter calamito-
sum patrem, & strenuum consulenti, neutrum
in parte cessante officio, partiri non potuisset.

EXTERN A.

Prin-

Princeps Atheniensium Pericles intra quadriduum duobus mirificis adolescentibus filiis spoliatus: iis ipsis diebus & vultu pristinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. Ille vero caput quoq; solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex veteri ritu propter domesticum vulnus detraheret. Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympij Iouis cognomen ascendit.

I.

*Plutarc. in vita.**Aristop. interp.*

Xenophon autem, quod ad Socraticam disciplinam attinet, proximus à Platone felicis ac beatæ facundiæ gradus, cum solenne sacrificium perageret, è duobus filiis maiorem natu nomine Gryllum, apud Mantineam in prælio cecidisse cognovit: nec id eo institutum deorum cultum omittendum putavit, sed tantummodo coronam deponere contentus fuit. Quam ipsam percunctatus quonam modo occidisset, ut audiuit fortissime pugnans interiisse, capiti reposuit; numina quibus sacrificabat, testatur maiorem se ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem sentire. Alius remouisset hostiam, abiicisset altaria, lacrymis respersa thura disiecisset: Xenophontis corpus religioni immobile stetit, & animus in consilio prudentiæ stabilis mansit: Nam dolori succumbere, ipsa clade, quæ nunciata erat, tristius duxit.

II.

*Laert. in vita.**Stobaus.**serm. 106.**Ælian.**Var. hist. 3.*

Nec Anaxagoras quidem suppressendus est.

III.

Laert. in
vita.

Cicer.

Tusc. 3.

Aelian.

Var. hist. 3.

296

VAL. MAX. LIB. V.

est. Audita namque morte filii, nihil, inquit, mihi inexpectatum aut nouum nuntias: ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem. Has voces vtilissimis præceptis imbuta virtus mittit: quas si quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos esse procreandos, vt meminerit his à rerum natura, & accipiendi spiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dici: atque vt mori neminem solere, qui non vixerit, ita nec viuere aliquem quidem posse, qui non sit moriturus.

VALERII MAXIMI

LIBER VI.

DE PVDICITIA.

CAP. I.

QVAM COLVERE ROMANI:

- 1 *Lucretia Sp. F. L. Collat.*
- 2 *L. Virginius.*
- 3 *Pontius Ausfidianus eq. Rom.*
- 4 *P. Menius.*
- 5 *Q. Fabius Max. Seruil.*
- 6 *P. Atilius Philiscus.*
- 7 *Claudius Marcellus ad. cur.*
- 8 *Q. Metellus Celer trib. pleb.*
- 9 *T. Veturius T. F. Caluinus.*
- 10 *C. Pescennius III. vir capitalis.*
- 11 *Cominius trib. plebis.*
- 12 *C. Marius Cos. II.*

13: *Privati qui adulteria deprehensa vindicarunt.*

EXTERNI.

- 1: *Hippofoemina Graca.*
- 2: *Chiomara Orgiagontis reguli.*
- 3: *Teutonorum uxores.*

Vnde te virorum pariter ac foeminarum
 praeipuum firmamentum Pudicitia inuo-
 cem? Tu enim prisca religione consecratos
 Vestæ focos incolis. Tu Capitolinæ iunonis
 pulvinaribus incubas. Tu palatii columen
 augustos penates, sanctissimumque Iuliæ
 gentis genialem thorum assidua statio-
 ne celebras. Tuo præsidio puerilis ætatis in-
 signia munita sunt. Tui numinis respectu
 sincerus iuventæ flos permanet. Te custode
 marronalis stola censeretur. Ades igitur, & co-
 gnosce quæ fieri voluisti.

Εὐχῆ.

*Pellex Iu-
 nonis aram
 ne tangito.
 Adulatio
 mendax.*

Dux Romanæ pudicitiaë Lucretia, cuius
 virilis animus, maligno errore fortunæ, mu-
 llebre corpus sortitus est: A Sex. Tarquinio
 regis Superbi filio per vim stuprum pati co-
 acta, cum grauissimis verbis iniuriam suam
 in consilio necessariorum deplorasset; ferro
 se, quod veste reatum attulerat, interemit.
 Causamque tam animoso interitu imperiũ
 consulare pro regio permutandi, populo Rõ.
 præbuit.

I.

*A. V. ccxliu
 Liu. 1.
 Ouid.
 Fast. 2.
 Dion. 4.*

II.

Atque hanc illatam iniuriam non tulit
 Virginus plebeii generis, sed patricij vir
 spiritus, ne probro contaminaretur domus
 sua,

*A. V. ccclij.
 Liu. 3.
 Dion. ix.*

sua, proprio sanguini non pepercit. Nam cum Ap. Claudius decemuir, filiae eius virginis stuprum, potestatis viribus fretus, pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit, pudicaeque interemptor quam corruptae pater esse maluit.

III.

† al. P. Aufidius.

Nec alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidius, eques Rom. qui postquam comperit filiae suae virginitatem a paedagogo proditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necavit. Ita que ne turpes eius nuptias celebraret, acerbis exequias duxit.

IV.

Quid P. Maenius, quam seuerum pudicitiae cultodem egit! In libertum namque gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam aetatis filiae suae osculum dedisse cognouerat; cum praesertim non libidine, sed errore lapsus videri posset. Caeterum amaritudine poenae, teneris adhuc puellae sensibus, castitatis disciplinam ingenerari magno aestimauit. Eique tam tristi exemplo praecipit, ut non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera deferret.

V.

A. V. dcccxvij.
Censor fuit.

Q. vero Fabius Maximus Servilianus honoribus quos splendidissime gessit, censura grauitate consummatis, exegit a filio unico poenas dubiae castitatis: Is eas pependerit, voluntario secessu conspectum patris vitando.

Dice-

Dicerem censorium virum nimis acerbum
 extitisse, nisi P. Atilium Philiscum in pueri-
 tia corpore quæstum à domino facere co-
 actum, tam seuerum postea patrem cernerem.
 Filiam enim suam, quod ea se stupri crimine
 coinquinauerat, interemit. Quam sanctam
 igitur in ciuitate nostra pudicitiam fuisse exi-
 stimare debemus, in qua etiam infitores li-
 bidinis, tam seueros eius vindices euasisse a-
 nimaduertimus?

VI.

Sequitur excellentis nominis ac memo-
 rabilis facti exemplum. M. Claudius Mar-
 cellus ædilis curulis C. Scantinio Capito-
 no trib. pl. diem ad populum dixit, quod fi-
 lium suum de stupro appellasset. Eoq; asse-
 uerante se cogi non posse vt adesset, quia sa-
 cro sanctam potestatem haberet, & ob id
 tribunitium auxilium implorante; totum
 collegium tribunorum negauit se interce-
 dere, quo minus pudicitia quæstio perage-
 retur. Citatus itaque Scantinius reus vno te-
 ste, qui tentatus erat damnatus est. Constat
 iuuenem productum in Rostra, defixo in ter-
 ram vultu perseueranter tacuisse, verecundo-
 que silentio plurimum in vltionem suam va-
 luisse.

VII.

A. V.

dxxvij.

Plutarc.

in vita.

Metellus quoque Celer stuprosæ mentis
 acer punitor extitit, Cn. Sergio Silo pro-
 missorum matrifamilia nummorum gratia
 diem ad populum dicendo, eumque hoc v-
 no crimine damnando: Non enim factum

VIII.

A. V.

dccciv.

N 6

tunc,

tunc, sed animus in quæstionem deductus est: plusque voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit.

IX.

*A. V.
cdxxvij.
Liv. 8.
de L.*

*Papirio si-
mile refert
Suidas in
C. Latorio.*

Concionis hæc, illa Curia grauitas: T. Veturius filius eius Veturij, qui in consula-
tu suo Samnitibus, ob turpiter ictum foedus
deditus fuerat: cum propter domesticam
ruinam, & graue æs alienum C. Plotio ne-
xum se dare admodum adolescentulus coa-
ctus esset: seruilibus ab eo verberibus, quia
stuprum pati noluerat, affectus, querelam ad
consulem detulit. A quibus hac de re certior
factus senatus, Plotium in carcerem duci ius-
sit: In qualicumque enim statu positam Ro-
mano sanguini pudicitiam tutam esse vo-
luit.

X.

Et quid mirum, si hoc vniuersi P. C. cen-
suerunt? C. Pescennius triumuir Capitalis
Cornelium fortissime militiae stipendia e-
meritum, virtutis quæ nomine quater honore
primipili ab imperatoribus donatum; quod
cum ingenuo adolescentulo stupri com-
mercium habuisset, publicis vineulis onera-
uit: A quo appellati tribuni, cum de stupro
nihil negaret, sed sponsonem se facere pa-
ratum diceret, quod adolescens ille palam
atque aperte corpore quæstum factitasset, in
recessionem suam interponere noluerunt.
Itaque Cornelius in carcere mori coactus
est. Non putarunt tribuni pleb. remp. no-
stram cum fortibus viris pacisci oportere, vt

externis periculis domesticas delicias emerent.

Libidinosi centurionis supplicium, M. Lætorii Mergi tribuni militaris, æque similis fœdus exitus sequitur: Cui Comminius tribunus plebis diem ad populum dixit, quod eornicularium suum stupri causa appellasset. Nec sustinuit eius rei sententiam Lætorius, sed se ipse ante iudicii tempus fuga prius subtraxit, deinde etiam morte puniuit. Naturæ modum expleuerat: fato tamen functus, vniuersæ plebis sententia crimine impudicitia damnatus est. Signa illum militaria, sacratæ aquilæ & certissima Rom. imperii custos seuera castrorum disciplina, vsque ad inferos persecuta est. Quoniam cuius magister esse debuerat, sanctitatis corruptor tentabat existere.

XI.
A. V.
cdxxxvi.
circiter.
Suidas.

Hoc mouit C. Marium Imperatorem, tum cum C. Luscium sororis suæ filium tribunum militum à C. Plotio manipulario milite iure cælum pronunciauit, quia cum de stupro compellere ausus fuerat.

XII.
A. V.
dcxlix.
Plutarc.
in vita.
Trebonium
vocat.
Plutarc.

Sed vt eos quoque qui in vindicanda pudicitia dolore suo pro publica lege vsi sint, strictim percurram: Sempronius Musica C. Gallium deprehensum in adulterio flagellis cecidit: C. Memmius L. Octauium similiter deprehensum neruis contudit: Carbo Accienus à Vibieno, item Pontius à P. Cernio deprehensi castrati sunt: Cn. etiam Furium

XIII.

Brochum quidam deprehendit, & familiae stuprandum obiecit: Quibus irae suae indulgisse, fraudi non fuit.

EXTERNAE.

I.

Atque ut domesticis externa subnectam, Graeca femina nomine Hippo, cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut morte pudicitiam tueretur, abiecit: Cuius corpus Erechttheo littori adpulsum, proxima undis humo sepulturae mandatum, ad hoc tempus tumulus contegit: Sanctae tatis vero gloriam aeternae traditam memoriae Graecia laudibus suis celebrando, quotidie florentiorē effecit.

II.

Vehementius hoc, illud consideratius exemplum pudicitiae. Exercitu & copiis Gallograecorum à Cn. Manlio consule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Orgagontis reguli vxor mirae pulchritudinis a centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta: postquam ventum est in eum locum, in quem centurio, missio nuntio, necessarios mulieris precium quo eam redimerent, afferre iusserat: Aurum expendente centurione, & in eius pondus animo oculisque intento: Gallograecis lingua gentis suae imperauit, ut eum occiderent. Interfecti deinde caput abscisum manibus retinens ad coniugem venit; abiectoque ante pedes eius, & iniuriae & ultionis suae ordinem, exposuit. Huius foeminae quid aliud quisquam, quam corpus in potestatem hostium venisse,

A. V.
Alxiv.

Lin. 38.

Plutarc.
de Claris
mulier.

Auct. de
Viris Illu-
stris. cap. 55.

L. Flor. cap.

II.

C A P. II. D E L I B. D I C. A V T F A C. 303
cat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia
capi potuit.

Teutonorum vero coniuges Marium vi-
ctorem orarunt, vt ab eo virginibus Vestali-
bus dono mitterentur, affirmantes æque se
atque illas virilis concubitus expertes futu-
ras. Eaque re non impetrata, laqueis sibi no-
cte proxima spiritum eripuerunt, Dij melius,
quod hunc animum viris earum in acie non
dederunt. Nam si mulierum suarum virtu-
tem imitari voluissent, incerta Teutonicæ vi-
ctoriæ trophæa reddidissent.

Q V Æ L I B E R E D I C T A

aut facta.

C A P. II.

A R O M A N I S.

- 1 Legato Priuernatium.
- 2 L. Marcio philippo Cos.
- 3 Scipione Aemiliano.
- 4 Cn. Calpurnio Pisone.
- 5 M. Catone Uticensi.
- 6 Cn. Lentulo Marcellino Cos.
- 7 M. Fauonio.
- 8 Heluio Mancina Formiane.
- 9 Diphilo Tragædo.
- 10 M. Castricio Placentino.
- 11 Ser. Sulpicio Galba.
- 12 A. Casellio iurisco.

A B E X T E R N I S.

- 1 Machera Macedonica muliere.
- 2 Syracusana quadam.

3 Theo-

III.

A. V.

deli.

Plutarc.

Oros. 5. c. 16.

Flor. 3. ca. 3.

3. *Theodoro Cyrenao.*

Libertatem autem vehementis spiritus dictis pariter ac factis testatam, ut non iniurauerim, ita ultro venientem non excluderim. Quæ inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperauerit, laudem: si quo non debuit, profuderit, reprehensionem meretur. Atque vulgi sic auribus gratior, quam sapientissimi cuiusque animo probabilior est. Vtpote frequentius aliena venia, quam sua prouidentia tuta. Sed quia humanæ vitæ partes persequi propositum est; nostra fide, propria æstimatione referatur.

I.
A. V.
edxxiv.
Lin. 8.

Priuerno capto, interfectisque qui id oppidum ad rebellandum incitauerant, senatus indignatione accensus consilium agibat, quidnam sibi de reliquis quoque Priuernatibus faciendum esset. Ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabat, eorum tempore & victoribus & iratis subiecta. Cæterum cum auxilium vnicum in precibus restare animaduernerent, ingenti Italici sanguinis, obliuisci non potuerunt. Princeps enim eorum in Curia interrogat⁹, quam pœnam mererentur, respondit: Quam merentur qui se dignos libertate iudicant. Verbis arma sumpsit; exasperatosque Patrum conscripti animos inflammauerat. Sed Plaucius consul fauens Priuernatium causæ, regressum animoso eius dicto obtulit? quæsiuitque qualé cum

CAP. II. DE LIB. DIC. AVT Tac. 305
cum eis Romani pacem habituri essent im-
punitate donata. At is constantissimo vultu:
Si bonam dederitis, inquit, perpetuam; si
malam, non diurnam. Qua voce per-
fectum est, ut victis non solum venia, sed
etiam ius & beneficium nostræ ciuitatis da-
reretur.

Sic in senatu Priuernas loqui ausus est. L.
vero philippus consul aduersus eundem or-
dinem libertatem exercere non dubitauit.
Nam segnitiam pro Rostris exprobens alio
sibi senatu opus esset dixit: tantumque à
pœnitentia dicti adfuit, ut etiam L. Crasso,
summæ dignitatis & eloquentiæ viro, id in
Curia grauius ferenti, manum iniici iube-
ret. Ille reiecto lictore, Non es, inquit, mi-
hi Philippe consul, quia nec ego quidem ti-
bi senator sum.

Quid; populum ab incurso suo tutum
libertas reliquit; imo & similiter aggressa, &
æque experta est patientem. C. Carbo trib.
pleb. nuper sepultæ Gracchanæ seditionis
turbulentissimus vindex, idemque orientiũ
ciuilium malorum fax ardentissima, P. Afri-
canum, à Numantiæ ruinis summo cum glo-
riæ fulgore venientem, ab ipsa pæne porta
in Rostra perductum, quid de Ti. Gracchi
morte, cuius sororem in matrimonio habe-
bat, sentiret, interrogauit: ut auctoritate
clarissimi viri, inchoato iam incendio mul-
tum incrementi adiiceret: Quia non dubita-
bat

II.

A. V. clxiã.

Cicer. de

Orat. 3.

III.

A. V.

dcxxii.

Liu. 59.

Plutarc.

Apoph.

Velleius.

bat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti necessarii memoria miserabiliter esset locuturus. At is iure eum casum videri respondit. Cui dicto cum concio tribunitio furore instincta violenter succlassasset, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca est. Orto deinde murmure, Non efficietis, ait, vt solutos verear, quos alligatos adduxi. Vniuersus populus iterum ab vno contumeliose correptus erat. Quantus est honos virtutis? tacuit actutum: Recens victoria ipsius Numantina, & patris Macedonice deuictæque Carthaginis spolia auita, ac duorum regum Saphacis & Persæ antetriumphales currus catenatæ ceruices, tunc rotius fori frementis ora clausurunt: Nec timori datum est silentium, sed quia beneficio Aemiliæ & Cornelie gentis, multi metus Urbis atque Italiæ finiti erant, plebs Romanæ libertatis Scipionis libera non fuit.

IV.

A. V.
dcxcvi.
circiter.

Quapropter minus mirari debemus, quod amplissima Cn. Põpeij auctoritas toties cum libertate luctata est: nec sine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio esset; quieta fronte tulit. Cn. Piso, cum Manilium Crispum reum ageret eumque euidenter nocentem gloria Pompeij videret eripi; iuuenili impetu ac studio accusationis prouectus, multa & graua crimina præpotenti defensori obiecit. Interrogatus deinde ab eo, cur se quoque non accusa-

rer. Da, inquit, prædes reipub. te, si postula-
tus fueris, civile bellum non excitaturum;
etiam de tuo prius quam de Manlij capite in
consilium iudices mittam. Ita eodem iu-
dicio duos sustinuit reos: accusatione Mani-
lium, libertate Pompeium: eorum alterum le-
ge peregit, alterum pessione, qua solū poterat.

Quid ergo libertas sine Catone? non ma-
gis quam Cato sine libertate. Nam cum in
senatorem nocentem & infamem reum iu-
dex sedisset, tabellæque Cn. Pompeij lauda-
tionem eius continentes, prolatae essent, pro-
culdubio efficaces futurae, protinus submo-
vit eas è quæstione, legem recitando, qua
cautum erat, ne senatoribus tali auxilio uti
liceret. Huic facto persona admirationem
ademit. Nam quæ in alio audacia videretur
in Catone fiducia cognoscitur.

Cn. Lentulus Marcellinus consul, cum
in concione de Magni Pompeij nimia po-
tentia quereretur, assensusque ei clara vo-
ce vniuersus populus esset. Acclamare, in-
quit Quirites, acclamare, dum licet: iam
enim vobis impune facere non licebit. Pul-
sata est tunc eximij ciuis potentia, hinc in-
uidiosa querela, hinc lamētatione miserabili.

Cui candida fascia crus alligatum haben-
ti, Fauonius, Non refert, inquit, qua in par-
te corporis sit diadema: Exigui panni cauilla-
tionem regias eius vires exprobans. At is neu-
tra in parte mutato vultu, vtrunque cauit,
ne aut hilari fronte libenter agnoscere po-

V.

A. V.

dccii.

Dion. 40.

Platarc.

Pomp. 6.

Catone.

VI.

A. V.

dccxvii.

Dion. 39.

VII.

A. V.

dcccix.

circiter.

tentiam, aut tristi iram profiteri videretur. Eaque potentia inferioris etiam generis, & fortunę hominibus aditum aduersus se dedit: E quorum turba duo retulisse abunde erit.

VIII.

A. V.
dxcix.

A. V.
ddxxii.

Plutarc.

Pomp.

Lin. 89.

Appian. I.

A. V.

ddlxxvi.

Lin. 90.

Plutarc.

A. V.

delxxi.

Plutarc.

Appian.

Zonaras

A. V.

dcxxci.

Plutarc.

Appian.

Villeius

Lin. 96.

Heluius Mancina Formianus, Libertini filius, vltimę senectutis, L. Libonem apud censores accusabat: in quo certam ne cum Pompeius Magnus, humilitatem ei ætatemque exprobrans, ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset: Non mentiris inquit, Pompei: venio enim ab inferis L. Libonem accusaturus: sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem, quod summo genere natus integerrimę vitę, amantissimus patrię, in ipso iuuentutis flore, tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, querentem, id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accessisse. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritię, bonorumque patris tui defensorem, in tertio consulatu suo catenis, quas tu ei iniici iusseras, vinctum, obtestantem te, aduersus omne fas ac nefas, cum in summo esset imperio, à te equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & quiritatu prætorium virum Perpernam sæuitiam tuam execrantem, omnesque eos vna voce indignantes quod indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent. Obducta iam vietis cicatri.

tricibus bellorum ciuilium vastissima vulnera, municipali homini, seruitutem paternam redolenti, effrenata temeritate, intolerabilique spiritu impune reuocare licuit. Itaque eo tempore & fortissimum erat Cn. Pompeio maledicere, & turissimum. Sed non patitur nos hoc longiore querela prosequi personæ insequentis aliquanto sors humilior.

Diphilus Tragedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset, in quo hæc sententia continetur, Miseria nostra Magnus est: directis in Pompeium manibus, prænuntiavit: Reuocatusque aliquoties à populo, sine vlla cunctatione, nimiam illum & intolerabilis potentiam reum gestu perseveranti egit. Eadem petulantia vsus est in ea quoque parte, Virtutem istam veniet tempus cum grauiter gemas.

M. etiam Castricii libertate inflammatus animus, qui cum Placentiam magistratum gereret, Cn. Carbone consule iubente decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperauit, nec maximis viribus cessit: Atque etiam dicenti multos se gladios habere, respondit, Et ego annos. Obstupuerunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias intuentes, Carbonis quoque ira, quia materiam sæuendi perquam exiguam habebat, paruulum vitæ tempus ablatura, in seipsa collapsa est.

IX.

A. V.

dccxcv.

Cic. ad

Attic. 2.

epist. 19.

X.

A. V.

dclxix.

Lin. lib. 84.

Iam

XI.
A. V.
dcccviii.
circiter.

Iam Ser. Galbæ temeritatis plena postulatione, qui Diuum Iulium consummatus victoriis, in foro ius dicentem in hunc modum interpellare sustinuit: C. Iuli Cæsar, pro C. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam sponendi, quo nomine nunc appello? Quid agam? dependam. Palam atque aperte ei bonorum Pompeii venditionem exprobando, ut à Tribunali summoueretur, meruerat: sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus, et alienum Pompeii ex suo fisco solui iussit.

XII.
A. V.
dcccxl.
circiter.

A. Cæsellius, viriuris civilis scientia clarus, quam periculose contumax! Nullius enim aut gratia aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumphatori dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra ordinem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæsaribus liberius loqueretur, amicique ne id faceret monerent: Duas res, quæ hominibus amarissimæ et videntur, magnam sibi licentiam præbere respondit senectutem & orbitatem. **EXTERNA.**

* al. videntur.

I
Plutarc.
Apopht.

Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis: quæ à Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem ad Philippum, inquit, sed sobrium. Excussit crapulam, oscitanti ac presenti animo ebrium respiscere causaque diligentius inspecta iustitiam ferre coegit. Igitur æquitate-

C A P. VII. D E L I B. D I C. A V T. F A C. 34
tatem quam impetrare non potuerat; extor-
sit: potius præsidium à libertate, quam ab
innocentia mutuata.

Iam illa non solū fortis, sed etiam urba-
na libertas Senectutis vltimæ quædam, Sy-
racusanis omnibus Dionysii tyranni exitum,
propter nimiam morum acerbitatem, & in-
tolerabilia onera votis expetentibus, sola
quotidie marutino tempore deos, vt incolu-
mis ac sibi superstes esset, orabat. Quod vbi
is cognouit, indebitam sibi admiratus bene-
uolentiam, accersit eam, & quid ita hoc, aut
quo suo merito faceret, interrogauit.
Tum illa. Certa est, inquit, ratio propositi
mei: puella enim, cum grauem tyrannum
haberemus, carere eo cupiebam: quo inter-
fecto, aliquanto tertior arcem occupauit.
Eius quoque finiti dominationem magni æ-
stimabam: tertium te superioribus importu-
norem habere cœpimus rectorem. Itaque
timens, ne si tu fueris absumptus, deterior
in locum tuum succedat; caput meum pro
tua salute deuoueo. Tam facerem audaciam
Dionysius punire erubuit.

Inter has & Theodorum Cyrenæum qua-
si animosi spiritus coniugium esse potuit,
virtute par, felicitate dissimile. Is enim Ly-
simacho regi mortem sibi minitanti, enim-
uero, inquit, magna res tibi contigit quia
cantharidis vim assecutus es. Cumque hoc
dicto accensus, cruci eū suffigi iussisset, Ter-
ribilis

III.
Senec.
de Tran-
quil. Cic.
Tusc. I. § 5.

322 VAL. MAX. LIB. VI.
ribilis hæc (ait) purpuratis sit tuis: mea quidem nihil interest, humine an sublimereputrescam.

DE SEVERITATE.

CAPVT. III.

- 1 *Populi Romani.*
- 2 *P. Mucii Scauola trib. plebis.*
- 3 *Senatus Rom.*
- 4 *MV. Curii Dentati Cos.*
- 5 *L. Domitii Ahenobarbi pr.*
- 6 *M. Horatii Tergemini.*
- 7 *Senatus Rom in incestas.*
- 8 *Cognatorum in veneficas.*
- 9 *Egnatii Metelli.*
- 10 *C. Sulpicii Galli.*
- 11 *Q. Antistii Veteris.*
- 12 *P. Sempronii Sophi.*

EXTERNORVM.

- 1 *Lacedæmoniorum.*
- 2 *Atheniensium.*
- 3 *Cambysis regis Persarum.*

Armet se duritia pectus necesse est, dum horridæ ac cristis seueritatis acta narrantur, vt humaniore cogitatione seposita, rebus auditu asperis vacet. Ita enim destriictæ & inexorabiles vindictæ, & varia pœnarum genera in medium procurrent, vtilia quidem legum munimenta, sed minime in placido & quieto paginarum numero reponenda.

M. Manlius, vnde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est; quia fortiter defensam

iam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. Cuius iustæ ultionis nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: postquam mutari accepisti, vnus factus es ex Senonibus. Huius supplicio æternæ memoriæ nota inserta est: Propter illum enim lege sanciri placuit, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, quia domum eo loci habuerat, vbi nūc ædem Monetæ videmus. Par indignatio ciuitatis aduersus Sp. Cassium erupit: cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Senarus enim populusque Rom. non contentus capitiili eam supplicio afficere; interempto domum superiecit, vt penatium quoque strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religiosæ seueritatis monumentum est. Eadem ausum Sp. Mælium cõsimili exitu patria multauit. Area vero domus eius, quo iusti supplicii notitia ad posteros perueniret. Æquimelii appellationem traxit.

Quantum ergo odij aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent parietum ac tectorum, in quibus versati fuerant, ruinis testantur. Ideoque & M. Flacci, & L. Saturnini seditiosissimorum ciuium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamen-

A. V.

cclxxx.

Liu. 6.

Plutarc.

Camillo.

Zonaras.

A. V.

cclxxvij.

Liu. 2.

Dion. 8.

Cicer pro

domo sua

A. V.

ccxiv.

Cicer pro

domo

Liu. 4.

A. V.

dclxxxii.

C. dclviii.

Liu. 61.

C. 69.

*Plutarc.**Mart. &**Gracch.**A. V.**lclii.**Cic. pro.**domo.**A. V.**dcxx. &**dcxxxii.**Liui. 58.**& 61.**Plutarc.**& Appian.**Ciui. I.**Liui. 38.**Festus.**II.**A. V.**cclxviii.**Zonaras.**III.**A. V.**dxvii.**Zonaras.**Amm.**Marc. 14.*

tis eruti sunt. Cæterum Flacciana area, cum
diu penatibus vacua mansisset, à Q. Carulo
Cimbricis spoliis adornata est.

Viguit in nostra ciuitate Ti. & C. Gracchorum
summa nobilitas, ac spes amplissima, quæ
sed quia statum ciuitatis conati erant con-
uellere, in sepulta cadauera iacuerunt: super-
nusque humanæ condicionis honos filij
Gracchi & nepotibus Africani defuit: Quorum
etiam familiares eorum, ne quis reip. in-
micis amicus esse, vellet, de robore præcipi-
tati sunt.

Idem sibi tam licere P. Mucius tribuno
pleb. quam senatui & populo Rom. credidit,
qui omnes collegas suos, qui duce Sp. Cassio
id egerant, vt magistratibus non subrogari
communis libertas in dubium vocaretur,
vivos cremauit. Nihil profecto hac seueritate
te fidentius: vnus enim tribunus eam pec-
nouam collegis inferre ausus est, quam n-
uem tribuni ab vna collega exigere perho-
ruissent.

Libertatis rigida adhuc custos, & vindice
seueritas, sed pro dignitate ac disciplina
que grauis iuuenta est. M. enim Clodium
narus Corsis, quia turpem cum his pacem
fecerat, dedit: Quem ab hostibus non
ceptum, in publica custodia necari iussit.
mel læsa maiestate imperij, quot modis
pertinax vindex? factum eius rescidit, lib-
tatem ademit, spiritum extinxit, corpus

tumelia carceris & detestanda Gemoniarum
 scularum nota fœdavit. Atque hic quidem
 senatus animadversionem meruerat. Cn. au- *A. V.*
 tem Cornelius Scipio Hispalli filius, prius *dcxlii.*
 quam mereri posset, expertus est: Nam cum
 in Hispania prouincia sorte obuenuisset, ne
 illuc iret decreuit, adiecta causa, quod re-
 ste facere nesciret. Itaque quæstor Cornelius
 propter vitam inhoneste actam sine ullo
 prouinciali ministerio, tantum non repetun- *A. V.*
 tarum lege damnatus est. Ne in C. quidem *dcxlii.*
 Cættieno qui sincere manus digitos, ne bel-
 lo Italico militaret, sibi absciderat, seueritas
 senatus cessauit: Publicatis enim bonis eius,
 ipsum æternis vinculis puniendum censuit,
 effecitque, ut quem honeste, spiritum pro-
 uindere in acie noluerat, turpiter in catenis
 consumeret.

Id factum imitatus M. V. Curius consul, *IV.*
 cum delectum subito edicere coactus esset, *A. V.*
 & iuniorum nemo respondisset: coniectis *cdlxxxviii.*
 in sortem omnibus tribubus, Polliæ quæ *Liu. 14.*
 proxima exierat, primum nomen vrna extra- *Non. Mar-*
 tum citari iussit: Neque eo respondente, bo- *cel. ex.*
 na adolescentis hastæ subiecit. Quod ut illi *Varrone.*
 nunciatum est, ad consulis tribunal cucurrit, *Vendidit*
 collegiumque tribunorum appellauit. Tunc *tenebrio-*
 M. V. Curius præfatus non opus esse eo ciue *nem in*
 reip. qui parere nesciret: & bona eius & i- *quit Varro.*
 ipsum vendidit.

Equæ tenax propositi L. Domitius: Nā
 cum

V.
A. V.
dclv.
Cicer.
Verr. 7.

cum Siciliam propr. regeret, & ad eum ex
miæ magnitudinis aper allatus esset; addidit
ad se pastorem, cuius manu occisus erat, in
fit. Interrogatumque quo telo eam bestiam
confecisset, postquam comperit vsum ver-
bulo, cruci suffixit. Quia ipse ad exturben-
dum latrocinia, quibus prouincia vastaba-
tur, ne quis telum haberet, edixerat. Hoc
quis id sine seueritatis & sæuitiæ ponendū
dixerit: disputatione enim utroque fieri
potest. Cæterum ratio publici imperij pro-
torem nimis asperum existimari nō patitur.

VI.
A. V.
xxxvii.
Liu. 1.
Dion. 5.

Sic se in viris puniendis seueritas exercet.
Sed ne in feminis quidem supplicio affici-
dis segniorem se egit. Horatius vnus pu-
lio trium Curatorum, condicione pup-
omnium Albanorum victor; cum ex illa
rissima acie domum repetens sororem se-
virginem Curiatij sponsi mortem profusa
quam illa ætas debebat, flentem vidit
gladio, quo patriæ rem bene gesserat, im-
mit: Parum pudicas ratus lacrymas,
præpropere amoris dabatur. Quem hor-
mine reum apud populum actum, patri-
fendit. Ita paullo propensior animus
ad memoriam futuri viri, & fratrem se-
vindicem, & vindictæ tam rigidum affe-
rem patrem habuit.

VII.
A. V.
dixvii.

Consimili seueritate senatus postea
Sp. Postumio Albino, & Q. Marcio P-
po consulibus mandauit, vt de his que

Bacchanalium * incesſu vſæ fuerant, in qui- *Lin. 39.*
 rerent: A quibus cum multæ eſſent damna- * *al. ince.*
 tæ in omnes cognati intra domos animaduer- *ſta viſa.*
 terunt: lateque patens opprobrii deformi-
 tas, ſeueritate ſupplicii emendata eſt. Quia
 quantum ruboris ciuitati noſtræ mulieres
 turpiter ſe gerendo incuſſerant, tantum lau-
 dis grauius punitæ attulerunt.

Publicia autem, quæ Poſtuum Albinū *VIII.*
 conſulem; item Licinia, quæ Claudium A- *A. V.*
 ſellum viros ſuos veneno necauerāt, propin- *dxci.*
 quorum decreto ſtrāgulatæ ſunt: Non enim *Lin. 48.*
 putauerunt ſeueriſſimi viri in tam euidenti
 ſcelere longum publicæ quæſtionis tempus
 expectandum. Itaque quarum innocentium
 deſenſores fuiſſent, ſontium maturi vindi-
 ces exſtiterunt.

Magno ſcelere horum ſeueritas ad exi- *IX.*
 gendam vindictam cōcitata eſt. Egnatij au- *Plin. 14. c. 13*
 tem Metelli longe minori de cauſa; qui v- *Tertull.*
 xorem, quod vinum bibiſſet, fuſte intere- *Apologet. c.*
 mit. Idque factum non accuſatore tantum, *6.*
 ſed etiam reprehenſore caruit; vnoquoque
 exiſtimante, optimo illam exemplo violatæ
 ſobrietatis pœnas pependiſſe. Et ſane quæcū-
 que ſcœmina vini immoderate appetit, om-
 nibus & virtutibus ianuam claudit, & deli-
 ctis aperit.

Horridum C. quoque Sulpicij Galli ma- *X.*
 ritale ſupercilium. Nā vxorem dimiſit, quod
 eam capite aperto foris verſatam cognoue-
 rat;

rat; abscisa sententia, sed tamen aliqua ratione munita. Lex enim, inquit, tibi meo tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbres. His decoris instrumēta compare, his esto speciosa, horum te certiori crede notitiæ: Vltior tui conspectus supervacua irritatione accersitus, in suspitione & crimine subhæreat necesse est.

XI.

Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat: Nam (vt ita dicam) incunabulis & nutrimentis culpæ, non ipsa commotus culpa, † ceteriorem delicto præbuit ultionem; vt potius caueret iniuriam, quam vindicaret.

† al. citiorrem.

XII.

Iungendus est his P. Sempronius Sophus, qui coniugem repudii nota affectit, nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. Ergo dum sic olim feminis occurritur, meos earum delictis aberat.

EXTERNÆ.

Cæterum etsi Romanæ seueritatis exemplis totus terrarum orbis instrui potest; tamen externa summatim † cognoscere fastidio non erit. Lacedæmonii libros Archilochi è ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodesset.

† al. cognosce.

I.

Plutarc.
Apoph.

Ita-

Itaque maximum poetam, aut certe summo proximum, quia domum sibi inuisam ob-
 scenis maledictis lacerauerat, carminum ex-
 lio multarunt.

*Iycamba
 soceri.*

Athenienses autem Timagoram, inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum capitali supplicio affecerunt: vnius cuius humilibus blanditiis totius urbis suae decus Persicae dominationi summissum grauius ferentes.

II.
*Plutare.
 Artaxerxe.*

Iam Cambyses inuisitatae seueritatis, qui mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam, sellae intendi, in eaque filium eius iudicaturum considerare iussit. Caeterum & rex & barbarus, atroci ac noua poena iudicis, ne quis postea corrumpi iudex posset, prouidit.

III.
Herod. 3.

DE GRAVITER DICTIS
 aut factis.

CAPVT IV.
 A ROMANIS.

- 1 T. Manlio Torquato.
- 2 P. Scipione Aemiliano.
- 3 C. Popillio Lenate.
- 4 P. Rutilio Ruso.
- 5 M. Iunio Bruto procos.

AB EXTERNIS.

- 1 Cinniniensi populo.
- 2 Socrate Atheniensi.
- 3 Alexandro Magno.
- 4 Lacedamonijs.

6 *Padareto Spartano.*

Magnam & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab his grauitè dicta aut facta pertinax memoria virib. æternis comprehendit. Quorum ex abundantia copia, nec parca nimis nec rursus auida manu, quod magis desiderio satisfaciat, quem fatietari abundet, hauriamus.

I.

A. V.

*dxxxvii.**Liu. 23.**Aliter refert hæc**Liuus.*

Ciuitate nostra Cannensi clade percussa cum admodum tenui filo, suspensa reip. salus ex sociorum fide penderet, vt eorum animi ad imperium Romanum tuendum constantiores essent; maiori parti senatus principes Latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Vt Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseuerabant sic contusus & æger Romanus imperij spiritus erat. Tunc Manlius Torquatus, stirpis eius qui Latinos apud Veserim in clyta pugna fuderat, quã poterat clara voce denuntiant, si quis sociorum inter patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuo eum se interempturum. Hæc vnius minæ, & Romanorum ingentibus animis calorem pristinum reddiderunt, & Italia ad ius ciuitatis nobiscum exequandum consurgere passæ non sunt: namque vt populi Ro. armis, ita verbis illius fracta cessit.

A. V.

*dxlii.**Liu. 26.*

Par eiusdem quoque Manlij grauitas cum consilatus omnium consensu deferretur, cumque sub excusatione aduersæ vale tudinæ

tudinis oculorum recusaret; instantibus cunctis, Alium, inquit, Quirites quærite, ad quem hunc honorem transferatis: Nam si me gerere eum cõegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meũ imperium perpeti poteritis. Si priuati tam ponderosa vox, quam graues fasces consulis extitissent?

Nihilo segnior Scipionis Æmiliani aut in curia aut in concione grauitas. qui cum haberet consortem censuræ Mummium, vt nobilem, ita eneruis vitæ, pro Rostris dixit, se ex maiestate reip. omnia gesturum, si sibi eiues vel dedissent collegam, vel non dedissent.

Idem, cum Ser. Sulpicius Galba & Aurelius Cotta consules in senatu contenderent, vter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter patres conscriptos dissensio esset, omnibus quonam eius sententia inclinaretur expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil est satis. Æque malam licentis imperij magistram iudicans inopiam, atque auaritiam. Quo dicto, vt neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.

C. vero popillius a senatu legatus ad Antiochum missus, vt bello se, quo Ptolemæũ laceſſebat abſtineret: cum ad eum venisset, atque is prompto animo & amicissimo vultu dextram ei porrexisset; inuicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsulti

Zonaras
Auct. de
Viris illustribus cap.
28.

II.

A. V.
dcxi.
Auct. de
Viris illustribus, cap. 58.
A. V.
dcix.

III.

A. V.
dxxxv.
Lin. 45.
Cicer.
Philip. 34.

Plin. 34.
cap. 6.
Iust. 34.

tum continentes tradidit: Quas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis collaturum. indignatus Popillius, quod aliquam moram interposuisset; virga solum, quo insisteret, denotavit: At prius, inquit, qua hoc circulo excedas, da responsum, quod senatui referam. Non legatum locutum, sed ipsam Curiam ante oculos positam crederes: continuo enim rex affirmavit fore, ne amplius de se Ptolemæus quereretur. Ac tum demum Popillius manum eius tanquam socii apprehendit. Quam efficax est animi sermonisque abscisa grauitas! Eodem momento Syriæ regnum terruit, Aegypti texit.

IV.

A. V.
dclx.

Liu. 70.

Cicer. in

Bruto. de de

Orat. 1.

Cros. 5. c. 17.

P. autem Rutilii verba prius an facta esse mem, nescio: nam vtriusque æque admirabile inest robur. Cum amici cuiusdam iniustæ rogationi resisteret, atque is per suam indignationem dixisset: Quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis? respondit: Imo quid mihi tua si propter te aliquid in horeste facturus sum? Huius voci consentanea illa opera, quod magis ordinum dissensione, quam vlla culpa sua reus factus, nec obsoletam vestem induit, nec insignia senatoris deposuit, nec supplices ad quicquam splendore præteritorum annorum humilius. Effecitque, ut periculum illud non impedimentum grauitatis eius esset, sed experimentum. Atque etiam cum ei re-

CAP. IV. DE GRA. DIC. AVT. FAC. 323
dicum in patriam Sullana victoria præstaret,
in exilio, ne quid aduersum leges faceret, re-
mansit. Quapropter Felicis cognomen iu-
stius quis moribus grauissimi viri, quam im-
potentis armis assignauerit. Quod quidem
Sulla rapuit, Rutilius meruit.

M. Brutus suarum prius virtutum, quam V.
patriæ parentis parricida (vno enim factò & A. V.
illas in profundum præcipitauit, & omnem dccxi.
sui nominis memoriam inexpiabili dete- Plutare.
statione perfudit) vltimum prælium in Bruto.
iturus, negantibus quibusdam id committi
oportere: Fidenter, inquit, in aciem descen-
do: hodie enim aut recte erit, aut nihil cura-
bo: Præsumperat videlicet neque viuere se
sine victoria, neque mori sine securitate pos-
se.

EXTERN A.

Cuius mentio mihi subiicit, quod aduer- I.
sus D. Brutum in Hispania grauer dictum A. V.
est referre: Nam cum se ei tota pene Lusita- dccxvii.
nia dedidisset, ac solo gentis eius vrbs Cinni-
nia pertinaciter arma retineret, tentata re-
demptione, propemodum vno ore legatis
Bruti respondit: Ferrum sibi à maioribus
quo vrbe[m] tuerentur, non aurum, quo liber-
tatem ab imperatore auaro emerent, relictū.
Melius sine dubio istud nostri sanguinis ho- II.
mines dixissent, quam audissent. Laert. in
Sed illos quidem natura in hæc grauitatis vita.
vestigia deduxit. Socrates aut è Græcæ doctri-

*Cicor de
orat. 2.*

nae clarissimum columen cum Athenis causam dicturus esset, defensionemque ei Lyfias, a se compositam, qua in iudicio vteretur recitasset, demissam & supplicem, imminenti que procellae accommodatam, Aufer, inquit, quaeso istam: nam ego si adduci posses, ut eam in vltima Scythiae solitudine perorarem, tum me ipse morte multandum concederem. Spiritum contempsit, ne careret grauitate: maiuitque Socrates extingui, quam Lyfias superesse.

*III.
Plut in vita
D. Curt. 4.
Appian. 2.*

Quantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario enim vno iam & altero praelio virtutem eius experto, atque ideo partem regni Tauri tenuit monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente; cum Parmenion dixisset, Se, si Alexander esset, vsurum condicione. respondit: Ego vterer, si Parmenion essem. Vocem duobus victorijs respondentem, dignamque cuius tertia, sicut euenit, tribueretur.

IV.

Atque haec quidem animi magnifici & prosperi status: illa vero, qua legati Lacedaemoniorum apud patrem eius miseram fortunae suae condicionem restati sunt, generosior, quam optabilior. Intolerabilius enim oneribus ciuitatem eorum implicanti, si quid morte grauius imperare perseueraret, mortem se praelaturos responderunt.

Nec parum graues partani cuiusdam dire...

ctum: siquidem nobilitate & sanctitate præ- *Plutarc.*
 stans, & in petitione magistratus victus, ma- *Apopht.*
 ximæ sibi lætitiæ esse prædicavit, quod ali-
 quos patria sua se meliores viros haberet.
 Quo sermone repulsam honori adæqua-
 vit.

DE IUSTITIA.

CAP. V.

1. Populi Rom.
2. Quatuor tribunorum plebis.
3. Ti. Gracchi cens.
4. Collegij tribunorum plebis.
5. Cn. Domitij Ahenob.
6. L. Licinij Crassi oratoris.
7. L. Cornelij Sulla Cos.

EXTERNORVM.

1. Pittaci Mitylenai.
2. Aristidis Atheniensis.
3. Zaleuci Locrensis.
4. Charunda Thurij.

Tempus est iustitiæ quoque sancta pene-
 tralia adire, in quibus semper æqui ac probi
 facti respectus religiosa cum obseruatione
 versatur: & ubi studium verecundiæ est, &
 cupiditas rationi cedit: nihilque vtile, quod
 parum honestum videri possit, ducitur. Eius
 autem præcipuum & certissimum inter om-
 nes gentes nostra ciuitas exemplum est.

Camillo consule Faliscos circumfidente,
 magister ludi plurimos & nobilissimos in-
 de pueros, velut ambulandi gratia eductos,

L.
 A. V.
 cccix.

in

Plutarc.

326

VAL. MAX. LIB. VI.

Camillo

Fron. 4. c. 4.

L. Flor. 1.

6. 22.

A. V.

dxij.

Liu. 19.

Zonaras.

Oros. 4. c. 6.

A. V.

cdxxv.

sirciter.

in castra Romanorum perduxit: Quibus in-
terceptis non erat dubium quin Falisci, de-
posita belli gerendi pertinacia, tradituri se
nostro imperatori essent. De ea re senatus
censuit, ut pueri vincitum magistrum virgis
cædentes patriam remitterentur. Qua iu-
stitia animi eorum sunt capti, quorum mor-
nia expugnari non poterant: namque Falisci
beneficio magis quam armis victi, portas
Rom. aperuerunt. Eadem ciuitas aliquoties
rebellando, semperque aduersis contusa præ-
liis, tandem se Q. Lutatio consuli dedere
coacta est. Aduersus quam sæuire cupiens
populus Rom. postquam à Papirio (cuius ma-
nu, iubente consule, verba deditiois scripta
erant) doctus est Faliscos non potestati, sed
fidei se Romanorum commisisse; omnem i-
ram placida mente deposuit; pariterque &
viribus odij, non sane facile vinci assuetis, &
victoriæ obsequio, quæ promptissime licen-
tiam subministrat, ne iustitiæ suæ deesset,
obstitit. Idem, cum P. Claudius Camarinos
ductu atque auspiciis suis captos sub hasta
vendidisset, etsi ærarium pecunia, fines agris
auctos animaduertebat; tamen, quia parum
liquida fide id gestum ab imperatore videba-
tur, maxima cura conquisitos redemit, iisque
habitandi gratia locum in Auentino assigna-
uit, & prædia eis restituit. Pecuniam etiam
nō ad Curiam, sed ad sacraria ædificanda, sa-
crificiaque facienda, tribuit: iustitiæque præ-
stis-

ptissimo tenore effecit, ut exitio suo latari possent, quia sic renati erant.

Mœnibus nostris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli; quod sequitur, per totum terrarum orbem manavit. Timochares Ambraciensis Fabricio consuli pollicitus est se Pyrrhum veneno per filium suum, qui potioribus eius præerat, necaturum. Ea res cum ad senatum esset delata, missis legatis Pyrrhum monuit ut aduersus huius generis insidias cautius se gereret: memor Urbem à filio Martis conditam: & armis bella non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen suppressit, utroque modo æquitatem amplexus: quia nec hostem malo exemplo tollere, neque eum qui benemereri paratus fuerat, prodere voluit.

A. V. cdlxv.
Plutare.
Pyrrho.
Gell. 3. c. 8.
Cic. offic. 3.

Summa iustitia in quatuor quoque tribunis plebis eodem tempore inspecta est. Nam cum C. Atratino (sub quo ducem nostram apud Verruginem a Volscis inclinatam cum cæteris equitibus correxerant:) diem ad populum L. Horrensus collega eorum dixisset, pro Rostris iurauerunt in squalore se esse, quoad imperator ipsorum reus esset futurus: Non enim sustinuerunt egregii iuvenes, cuius armati periculum vulnerebus & sanguine suo defenderant; eius rogati ultimum discrimen, potestatis insignia retinentes, intueri: Qua iustitia mota cœcio, actione Horrensium desistere coëgit.

II.
A. V. cccxxxi.
Liv. 4.

Nec

III.
A. V.
dxxciv.
Liu. 43.
Auct. de
viris Illust.
cap. 57.

Nec se etiam aliter eo facto, quod sequitur, exhibuit, cum Ti. Gracchus & C. Claudius, ob nimis seuerè gestam censuram, maiorem ciuitatis partem exasperassent, diem his P. Rutilius tribunus plebis perduellionis ad populum dixit, præter communem conuersionem, priuata etiam ira accensus, quia necessarium eius ex publico loco parietem demoliri iusserant: Quo in iudicio primæ classis permultæ centuriæ Claudium aperte damnabant: de Gracchi absoluti ne uniuersæ consentire videbantur: Qui clara voce iurauit, si de collega suo grauius esset iudicatum, in factis paribus se eandem cum illo pœnam exilij subiturum. Eaque iustitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis & capite depulsa est. Claudium enim populus absoluit: Graccho causæ dictionem trib. Rutilius remisit.

IV.
A. V.
dxxcix.

Magnam laudem & illud collegium tribunorum tulit, quod cum vnus ex eo L. Cottam fiducia sacrosanctæ potestatis creditoribus suis nollet satis facere, decreuit; Si neque solueret pecuniam, neque daret cum quo sponso fieret; appellantis se creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum, maiestatem publicam priuata perfidiâ obtentui esse. Itaque Cottam in tribunatu quasi in alio quo sacrario latentem, tribunitia inde iustitia extraxit.

V.

Cuius ut ad aliam æque illustrem transgre-

grediar, Cn. Domitius tribunis plebis M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit; Vt si fortuna aspirasset, ruinam. sin minus, certe ipsa obtrectatione amplissimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius opprimendi cum summo studio flagraret, seruus Scauri ad eum noctu peruenit, instructurum se eius accusationem multis & grauibus domini criminibus promittens. Erant in eodem pectore Domitij, inimicus & dominus diuersa aestimatione nefarium iudicium perpendentes; Iustitia vicit odium. Continuo enim & suis auribus obseratis, & iudicis ore clauso, duci eum ad Scaurum iussit. Accusatorem etiam reo suo, ne dicam diligendum, certe laudandum: quem populus cum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius & consulem, & censem, & pont. max. fecit.

Nec aliter se L. Crassus in eodem iustitiae experimento gessit. C. Carbonis nomen infesto animo utpote inimicissimi sibi detulerat: sed tamen scrinium eius a seruo allatum ad se, complura continens quibus facile opprimi posset: ut erat signatum, cum seruo catenato ad eum remisit. Quo pacto igitur inter amicos vixisse tunc iustitiam credimus; cum inter accusatores quoque & reos tantum vitium obtinuisse videamus?

Iam L. Sulla non se tam incolumem, quam Sulpicium Rufum perditum voluit, tribuni-

A. V.

del.

Pad.

Scauriana.

Cicer. pro

Deiotaro.

VI.

A. V.

dcxxxiv.

Cic. de leg. 3.

de orat. 3. in:

Bruto.

VII.

tio

A. V.
dclxv.
lin. 77.

tio furore eius sine fine vexatus: Cæterum cum cum proscriptum, & in villa latentem à seruo proditum comperisset: manumissum patricidam, vt fides edicti sui extaret, præcipitari protinus è saxo Tarpeio cum illo scelerate parto pileo iussit. Victor alioquin insolens, hoc imperio iustissimus.

EXTERNÆ.

I.
Laert in
vita.

Verum ne alienigenæ iustitiæ oblitivideamur, Pitacus Mitylenæus, cuius aut meritis tantum ciues debuerunt, aut moribus crediderunt, vt suis & suffragiis tyrannidem deferrent; tamdiu illud imperium sustinuit quandiu bellum de Sygæo cum Atheniensibus gerendum fuit. Postquam autem pax victoriæ patta est, continuo reclamantibus Mitylenæis deposuit; ne dominiis ciuium ultra quâ reip. necessitas exegerat, permaneret. Atque eam, cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur; auertit animum ab eo munere; deforme iudicâs, virtutis gloriâ magnitudine prædę minuere.

II.
Plutarc.
in vita

Cic. offic. 3.

Alterum nunc mihi prudentia referenda est, vt alterius representari iustitia possit. Cum saluberrimo consilio Themistocles migrare Athenienses in classem coëgisset, Xerxeque rege & copiis eius Græcia pulsâ, ruinas patriæ in pristinum habitum reformaret, & opes clandestinis molitionibus ad principatum Græciæ capessendū nutrirer, in cōcione dixit, habere se rem deliberatione sua pro-

prouisam, quam si fortuna ad effectum per-
 duci passa esset; nihil maius aut potentius
 Atheniensi populo futurum, sed eam vulga-
 ri non oportere. Postulauitque, ut aliquis sibi
 cui illam tacite exponeret, daretur: datus est
 Aristides. Is postquam cognouit, classem
 illum Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gy-
 theum subducta erat, velle incendere, ut ea
 consumpta dominatio maris ipsis cederet;
 processit ad ciues, & retulit, Themistoclem
 ut utile consilium: ita minime iustum animo
 voluere. Euestigio vniuersa concio quod æ-
 quum non videretur, ne expedire quidem
 proclamauit, ac protinus Themistoclem in-
 cepto desistere iussit.

Nihil illis etiam iustitiæ exemplis fortius.
 Zaleucus vrbe Locrensiū à se saluberrimis
 atque utilissimis legibus munita cum filius
 eius adulterij crimine damnatus, secundum
 ius ab ipso constitutum, utroque oculo care-
 re deberet, ac tota ciuitas in honorem patris
 pœnæ necessitatem adolescentulo remitte-
 ret, aliquamdiu repugnauit: Ad vltimum pre-
 cibus populi euictus, suo prius deinde filij o-
 culo eruto, vsū videndi vtrique reliquit. Ita
 debitum supplicij modum legi reddidit, æ-
 quitatis admirabili temperamento, se inter
 misericordem patrem & iustum legislatorem
 partitus.

Sed aliquanto Charundæ Thurii præfra-
 gior atque abscisior iustitia. Ad vim & cruo-
 rem

III.
Cicer. de
legib. 2.
Stobæus
serm. 42.
Ælian.
Var. hist. 2.

IV.
Cic. de lege. 2.

Laert. in
Pythag.
Arist.
Polit. 2.

† al. sarcia.

rem vsque seditiosas conciones ciuium pa-
cauerat, lege cauendo, vt si quis eas cum ferro intrasset; continuo interficeretur? Inter-
iecto deinde tempore, ex lōginquo rure gladi-
o cinctus, domum repetens, subito indicta
concione, sicut erat, in eam processit; ab eo-
que, qui proxime constiterat, solutæ à se le-
gis suæ monitus: Idem ego illam, inquit, sanc-
tiam ac protinus ferro, quod habebat dis-
tincto, incubuit. Cumque liceret culpam,
vel dissimulare, vel errore defendere: poenam
tamen repræsentare maluit, ne qua fraus iu-
stitiæ fieret.

DE FIDE PVBLICA.

C A P. VI.

QVAM SOLVERE.

1. *Senatus Rom.*
2. *L. Manlius, M. Atilius Cos.*
3. *Idem senatus Rom.*
4. *P. Africanus superior.*
5. *Idem senatus Rom.*

EXTERNI.

1. *Saguntini.*
2. *Petellini.*

Huius imagine ante oculos posita, vene-
rabile fidei numen dexteram suam, certissi-
mum salutis humanæ pignus ostentat. Quis
semper in nostra ciuitate viguisse, & omnes
gentes senserunt, & nos paucis exemplis re-
cognoscamus.

I.

Cum Ptolomæus rex tutorem populum
Rom.

Rom. filio reliquisset, senatus M. Æmilium Lepidum pont. max. bis consulem ad pueritutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique & integerrimi viri sanctitatem reip. vsibus & sacris operatam externæ procurationi vacare voluit: ne fides ciuitatis nostræ frustra perita existimaretur. Cuius beneficio regia incunabula conseruata pariter ac decorata, incertum Ptolomæum reddiderūt, patrisne fortuna magis an tutoris maiestati gloriari deberet.

A. V. dcxv. circiten. Tacit. 2. Iust. 30. § 31.

Speciosa quoque illa Romana fides: Ingenti Pœnorum classe circa Siciliam deuicta: duces eius fractis animis consilia petendæ pacis agitabant. Quorum Amilcar ire se ad consules negabat audere, ne eodem modo catenæ sibi iniicerent, quo ab ipsis Cornelio Asinæ consuli fuerant iniectæ. Anno autem tertio Romani animi æstimator, nihil tale timédum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: Apud quos cum de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixisset, posse illi merito euenire quod Cornelio accessisset: vterq; consul, tribuno tacere iussit. Isto re, inquit, metu, Anno, fides ciuitatis nostræ liberat. Claros illos fecerat tantum hostium ducem vincere potuisse; sed multo clariore fecit, noluisse.

II. A. V. cdxcvii. Zona. 2. A. V. cdxciv. Polyb. I. Liu 17. Zonaras L. Flor. 2. c. 2

Aduersus * eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo Patres conscripti exhibuere. M. enim Æmilio Lepido C. Flaminio

III. * a. eundem hostem.

nio

A. V.
dlxvi.
Liu. 38.

nio Coss L. Minucium, & L. Manlium Carthaginensium legatis, qua manus his attulerant: per feciales Culeo prætor ex S. C. dedendos curauit. Se tunc lenatus, non eos, quibus hoc præstabatur, aspexit.

IV.

A. V.
dl. Liu. 30.
Appian. in
Punica
Pol. 15. sed
paulo aliter.

Hæc exempla superior Africanus secutus cum onustam multis, & illustrium Carthaginensium viris nauem in suam potestatem redigisset, inuiolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant: Tamen si manifestum erat, illos vitandi præsentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, vt Romani Imperatoris potius decepta fides, quam frustra implorata iudicaretur.

V.

A. V.
cdxxvij.
Zonar. 2.
Liu. 15.

Repræsentemus etiam illud senatus nullo modo prætermittendum opus. Legatos ab vrbe Apollonia Romam missos, Q. Fabius & Cn. Adronius ædiles orta contentione pulsauerunt. Quod vbi comperit continuo eos per feciales legatis dedit, quæstoremque cum his Brundisium ire iussit, ne quam in itinere à cognatis deditorum iniuriam inciperent. Illam Curiam, mortalium quis concilium, ac Fidei templum dixerit? Quam vt ciuitas nostra semper benignam præstitit: ita in sociorum quoque animis constantem recognouit.

EXTERNÆ.

I.
A. V.
dxxxiv.

Nam ante duorum in Hispania Scipionum, totidemque Romani sanguinis exercitum miserabilem stragem, Saguntini victoribus

cibus Annibalis armis intra mœnia vr̄bis suæ
 compulsi, cum vim Punicam vlt̄erius nequi- *Linus. 1.*
 rent arcere, collatis in forum quæ vnicuique *Polyb. &*
 erant carissima, atque vndique circumdatis *aly.*
 accensisque ignis nutrimentis, ne à societate
 nostra desciscerent, publico & communi ro-
 go semetipsi superiecerunt, Crediderim tunc
 ipsam Fidem, humana negotia speculâtem,
 mœstum gessisse vultum: perseverâtissimum
 sui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acer-
 bo exitu damnatum cornentem.

Item præstando Petellini eundem laudis *II.*
 honorem meruerunt. Ab Annibale, quia *A. V.*
 deficere nostram amicitiam noluerant, ob- *dxxxij.*
 fessi: legatos ad senatum auxiliû implorantes *Liv. 23.*
 miserunt. Quibus propter recentem cladem
 Cannensem succurri non potuit; cæterum
 permissum est, vti facerēt, quod vtilissimum
 incolumitati ipsorum videretur; liberum er-
 go erat, Carthaginiensium gratiam ample-
 cti, Illi tamen feminis omnique ætate im-
 belli vr̄be eiecta, quo diutius armati famem
 traherent, pertinacissime in muris pestite-
 runt, expiravitque prius eorum tota ciuitas
 quam vlla ex parte Romanæ societatis re-
 spectum deponeret. Itaque Annibali non Pe-
 telliam, sed fidei Petellinæ sepulchrum cape-
 re contigit.

DE FIDE VXORVM ERGA

maritos.

CAP. VII.

1 *Æmilia L. P. Tertia, P. Africani maritis.*

2 *Thuria Q. Lucretij Vespillionis.*

3 *Sulpicia Lentuli.*

I.
Vide Gell.
l. 6. c. 8.

A. V.
dlxx.

II.
A. V.
dccc.
Dion. 45.
Appian.
Civil. 4.

III.
A. V.
dccc.

Atque ut vxoriam quoque fidem attin-
gamus : Tertia Æmilia Africani prioris
vxor, mater Corneliæ Gracchorum, tanta
fuit comitatis & patientiæ; ut cum sciret virum
suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimula-
uerit: ne domitorem orbis Africani feminæ
impudiciæ reum ageret: Tantumque à viro
dicta mens eius abfuit, ut post mortem Afri-
cani manu missam ancillam in matrimonio
liberto suo daret.

Q. Lucretium proscriptum à triumui-
ris vxor Thuria inter cameram & lectum
cubiculi abditum, vna conscia ancilla, a
imminente exitio non sine magno periculo
lo suo, tutum præstitit: Singularique
de id egit, ut cum cæteri proscripti in aliis
nis & hostilibus regionibus per summum
corporis & animi cruciatus vix euaderent
le in cubiculo & in coniugis sinu salutem
tineret.

Sulpicia autem cum à matre Iulia diligen-
tissime custodiretur, ne Lentulum virum
suum proscriptum à triumuiris in Siciliam
sequeretur: nihilominus famulari vestitu
sumpta, cum duabus ancillis, eodemque
seruis ad eum clandestina fuga peruenit.
Nec recusauit seipsam proscribere, ut ei fide

in coniuge proscripto constaret.

DE FIDE SERVORVM ERGA

Dominos.

CAPVT VIII.

1 M. Antonij oratoris seruus.

2 C. Marij C.F. Cos. seruus.

3 C. Gracchi Philocrates.

4 C. Cassij Pindarus.

5 Cn. Plotii Planci familia

6 Vrbinii Anapionis seruus.

7 Antii Restionis seruus.

Restat vt seruorum etiam erga dominos,
quo minus expectatam, hoc laudabiliorem
fidem referamus.

M. Antonius auorum nostrorum tem-
poribus clarissimus orator, incesti reus age-
batur. Cuius in iudicio accusatores seruorum
in quaestionem perseuerantissime postula-
bant; quod ab eo, cum ad stuprum irer, la-
ternam praelatam contenderet. Erat autem
is etiam tum imberbis, & stabat coram; vi-
debatque ad suos cruciatus pertinere, nec ta-
men eos fugitauit. Ille vero, vt domum quo-
que ventum est, Antonium hoc nomine ve-
hementius confusum & sollicitum vltro est
hortatus, vt se iudicibus torquendum trade-
ret; affirmans nullum ore suo verbum exi-
tuum, quo caussa ius laederetur. Ac promissi-
fidem mira patientia praestitit: plurimis et-
iam laceratus verberibus eculeoque impo-
situs, candentibus etiam laminis vstus, om-
nia

L.

A. V.

dcxxxix.

Val. 3. ca. 7.

nem vim accusationis, custodia rei salute subuertit. Argui fortuna merito potest, quod tam pium & tam fortem spiritum seruili nomine inclusit.

II.

A. V.

*delxxi.**Liu. 38.**Oros. 5. c. 21.**Plutarc.**Velleius.*

Consulem autem C. Marium Prænestino obsidionis miserabilem exitum sortitum, cui niculi latebris frustra euadere conatum, leuique vulnere à Thelesino, cum quo comitari mori destinauerat, perstrictam seruis suis Sullanæ crudelitatis expertem faceret, gladio traiectura interemit; cum magna præmia sibi proposita videret, si eum victoribus tradidisset: Cuius dexteræ tam opportunum ministerium nihil eorum periculi cedit, à cuius bus salus dominorum protecta est. Quia tempore Mario non vita, sed mors in beneficio reposita erat.

III.

A. V.

*dcxxxii.**Plutarc.**Appian. 1.**Oros. 5. l. 12.** *al præsentiam.*

Æque illustre quod sequitur. C. Gracchus ne in potestatem inimicorum veniret Philocrati seruo suo ceruices incidendas præbuit. Quas cum celeri ictu abscidisset, gladium cruore domini madentem persuaerit præcordia. Euporum alii hunc vocitant existimant: ego de nomine nihil disputo, si mularis tantummodo fidei robur admiraris. Cuius si præstantiam animi generosius uenis imitatus foret; suo non serui beneficii imminetia supplicia vitasset: nunc commisit Philocratis quam Gracchi cadauer speciosius iaceret.

IV.

Alia nobilitas, alius furor, sed fidei præ-

exemplum. Pindarus C. Cassium philippensi proelio victum, nuper ab eo manumissus, iussu ipsius obtruncatum, insultationibus hostium subtraxit. Sequè è conspectu hominum voluntaria morte abstulit, itavt nec corpus quidem eius absumpti inueniretur. Quis de horum grauissimi sceleris vltor, illam dexteram, quæ in necem patriæ parentis exarserat, tanto corpore illigauit, vt se tremebunda Pindari genibus submitteret; ne, publici parricidij, quas merebatur pœnas, arbitrio pij victoris exolueret? Tu profecto, tu Diue Iuli cælestibus tuis vulneribus debitam exegisti vindictam, perfidum erga te caput sordidis auxiliis supplex fieri cogendo, eo animi æstu compulsus, vt neque retinere vitam vellet, neque finire manu sua aude-
ret.

Adiunxit se iis cladibus C. Plotius Plan-
cus Munacij Planci consularis & censorii
frater, qui cum à triumuiris proscriptus in
regione Salernitana laceret, delicatiore vi-
tæ genere, & odore vnguenti, occultam sa-
lutis custodiam detexit: Istis enim vesti-
giis, eorum qui miseros persequebantur,
sagax inducta cura; abditum fugæ illius cu-
bile odorata est: A quibus comprehensi ser-
uati, multumque ac diu torti, negabant se
scire vbi dominus esset. Non sustinuit dein-
de Plancus tam fideles tamque boni exem-
pli seruos vltèrius cruciari: sed processit in

A. V.

dccxi.

Plutarc.

Bruto.

Appian.

Ciui. 4.

Dion. 47.

V.

A. V.

dccx.

Plin. 19. c. 3.

Solin. c. 48.

medium, iugulumque gladiis militum obiecit. Quod certamen mutuae benevolentiae arduum dignosci facit, vtrum dignior dominus fuerit, qui tam constantem seruorum fidem experiretur; an serui, qui tam iusta domini misericordia quaestioneis saeuitia liberarentur.

IV.

A. V.

dcxx.

Appian.

Civil. 4.

Macrob.

Sat. 1.

Quid Urbis nui Panopionis seruus, quam admirabilis fidei! Qui cum ad dominum proscriptum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognosset; commutata cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculum lectulum recepit, & ut Panopionem occidisset passus est. Breuis huius facti narratio, sed parua materia laudationis. Nam si quis ante oculos ponere velit subitum militum accessum, conulsa ianuae claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma reuera aestimatione prosequetur: Nec quanto cito dicitur aliquem pro alio mori voluisse, tam id ex facili etiam fieri potuisse arbitretur. Panopion autem quantum seruo debere testimonium pietatis grato titulo reddendo testatus est.

VII.

A. V.

dcxx.

Macrob.

Sat. 1.

Contentus essem huius generis exemplum nisi vnum me dicere admiratio facti cogneret. Antius Restio proscriptus à triumuiris cum omnes domesticos circa rapinam &

prædam occupatos videret, quam maxime *App.*
 poterat dissimulata fuga se penetibus suis in
 tempesta nocte subduxit. Cuius furtiuum
 egressum seruus ab eo vinculorum pœna co-
 ãrcitus, inexpiabilique litterarum nota per
 summam oris contumeliam iniustus, curio-
 sis specularus oculis, ac vestigia huc atque
 illuc errantia beneuolo studio subsequutus la-
 tæri voluntarius comes adrepsit. Quo qui-
 dem tam exquisito tamque ancipiti officio,
 perfectissimum spectatæ pietatis cumulum
 expleuetat. His enim, quorum felicitas in
 domo status fuerat lucro intentis, ipse, cum
 nihil aliud quam vmbra & imago supplicio-
 rum suorum esset; maximum sibi emolu-
 mentum eius, à quo tam grauitèr punitus e-
 rat, salutem iudicauit. Cumque abunde fo-
 ret iram remittere, adiecit etiam charitatem:
 nec solum hætenus beneuolentia processit:
 sed in eo conseruando mira quoque arte v-
 sus est. Nam vt sensit cupidus sanguinis mi-
 lites supernuenire, amoto domino rogū extru-
 xit eique egentem à se comprehensum &
 occisum senem superiecit. Interrogantibus
 deinde militibus, vbinam esset Antius; ma-
 num rogo intentans, ibi illum datis sibi cru-
 delitatis piaculis vir respondit: Quia verifi-
 milia loquebatur, habita est voci fides: quæ
 euenit, vt Antius statum quærendæ incolu-
 mairatis hac occasione assequeretur.

VAL. MAX. LIB. VI.
DE MUTATIONE MORVM
aut fortunæ.

CAPVT. IX.
IN ROMANIS.

- 1 T. Manlio L. F. Torquato.
- 2 P. Africano maiore.
- 3 C. Valer. Flac. Flamine.
- 4 Q. Fabio Max. Allobrogico.
- 5 Q. Lutatio Catulo.
- 6 L. Cornelio Sulla Felice.
- 7 T. Aufidio.
- 8 P. Ripilio.
- 9 P. Ventidio Basso.
- 10 L. Cornelio Lentulo Lupo.
- 11 Cn. Cornelio Scipione Alano.
- 12 Licinio Crasso Diuite.
- 13 Q. Servilio Capione.
- 14 C. Mario.
- 15 Iulio Cesar.

IN EXTERNIS.

- 1 Polemone Atheniensi.
- 2 Themistocle Atheniensi.
- 3 Cimone Atheniensi.
- 4 Alcibiade Atheniensi.
- 5 Polycrate Samio.
- 6 Dionysio Syracusano.
- 7 Suphace Numidarum rege.

Multum animis hominum & fiduciæ ad-
ijcere, & sollicitudinis detrahere potest mo-
rum ac fortunæ in claris viris recognita mu-
tatio; siue nostros status, siue proximorum
inge-

ingenia contemlemur, Nam cum aliorum fortunas spectando, ex condicione abiecta atque contempta emerfisse claritatem videamus, quid oberit, quin & ipsi meliora de nobis semper cogitemus? memores stulrum esse perpetuæ infelicitatis se prædamnare, spēque, quæ etiam incerta recte fouetur, interdum certam in desperationem conuertere.

Manlius Torquatus, adco hebetis atque obtusi cordis inter initia iuuentæ existimatus est, vt à patre L. Manlio amplissimo viro, quia & domesticis & reip. vsibus inutilis videbatur, rus relegatus a gresti opere fatigaretur. Is postmodum patrem reum iudiciali periculo liberauit: filium victorem, quod aduersus imperium suum cum hoste manum conseruerat, securi percussit: patriam, Latino tumultu fessam, speciosissimo triumpho recreauit. In hoc credo fortunæ malignæ nubo adolescentiæ contemptu perfusum, quo senectutis eius decus lucidius enitesceret.

Scipio autem Africanus superior, quem dii immortales nasci voluerunt, vt esset in quo se virtus per omnes numeros hominib. efficaciter ostenderet; solutioris vitæ primos adolescentiæ annos egisse fertur. Remotos quidem à luxuriæ crimine, sed tamen Punicis trophæis, deuictæ Carthaginis ceruicibus imposito iugo, teneriores.

C. quoque Valerius Flacchus secundi Puni

I.

A. V.
cccxcii.

Lin. 7.

A. V.
cdxiii.

Lin. 8.

II.

Gell. 6. ca. 8.

Et hoc lib.

cap. 7.

Valerius.

A. V.

dlii.

III.

A. V.

dxliij.

Liu. 27.

IV.

A. V.

dxxxiii.

Liu. 61.

Pad.

Ver. 2.

Velleius.

nici belli temporibus luxi perditam adolescentiam inchoavit. Cæterum à P. Licinio Pont. Max. flamen captus quo facilius à vitis recederet; ad curam sacrorum & ceremoniarum conuerso animo, vsus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriam fuerat exemplum, tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen euasit.

Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogici sibi met ac posteris peperit, adolescente magis infame, nil eodem sene ornatus, aut speciosius illo seculo nostra ciuitas habuit.

V.

A. V.

dxxxv.

Liu. 90.

Flor. 3. c. 23.

Plut. 19. c. 2.

Cic. in Pisõ.

Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum prouentu excelsum gradum obtinuisse? Cuius si superior ætas reuolueretur; multi luxus, multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimento non fuerunt quo minus patriæ princeps existeret nomenque eius in Capitolino fastigio fulgeret, ac virtute ciuile bellum ingenti motu oriens sepeliret.

VI.

A. V.

dclxvi.

Liu. 60.

Plutarc.

in vita.

A. V.

dclxvii.

Plutarc.

L. vero Sulla vsque ad quæsturæ suæ comitiæ vitam libidine, vino, ludicræ artis amore, inquinatam perduxit. Quapropter C. Marium, consulem moleste tulisse traditur, quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæstor sorte obuenisset: Eiusdem virtus quasi perruptis & disiectis nequitæ, qua obsidebatur, claustris, catenas Iugurthæ manibus iniicit, Mithridatem

con-

cōpescuit: socialis belli fluctus repressit: Cin-
 nae dominationem fregit, eumque qui se in
 Africa quæstorem fastidierat, illā ipsam pro-
 uinciam proscriptum & exulem petere cō-
 git. Quæ tam diuersa tamque inter se contra-
 ria si quis apud animum suum attentiore cō-
 paratione expendere velit, duos in vno ho-
 mine Sullas fuisse crediderit: turpem adole-
 scentem & virum dicerem fortem, nisi ipse
 felicem se appellari maluisset.

Atque vt nobilitatem beneficio pœniten-
 tiæ se ipsam admonuimus respicere, ita alti-
 ora modo suo sperare ausos subtexamus. T.
 Aufidius cum Asiatici publici exiguam ad-
 modum particulam habuisset, postea totam
 Asiam proconsulari imperio obtinuit. Nec
 indignati sunt socii eius parere fascibus, quæ
 aliena tribunalia adulantem viderant. Ges-
 sit se etiam integerrime atque splendidissi-
 me, eoque modo demonstrauit pristinum
 quæstum suum fortunæ, præsens vero di-
 gnitatis incrementum moribus ipsius im-
 putari debere.

At P. Rupilius non publicanum in Sicilia
 egit, sed opera publicanis dedit: Idem vlti-
 mam inopiam suam auctorato sociis officio
 sustentauit. Ab hoc postmodum consule le-
 ges vniuersi Siculi acceperunt, acerbissimo-
 que prædonum ac fugitiuorum bello libera-
 ti sunt. Portus ipsos, si quis modo mutis
 rebus inest sensus, tantam in eodem ho-

pp. Mi-
thria.

A. V.

dclxv.

Plutare.

Liu. 75.

Appian.

Ciui. I.

A. V.

dclxv.

Liu. 77.

Plutare.

Ciui. I.

VII.

A. V.

dclxxx.

Cicer. pro

Flacco, &

in Bruto.

VIII.

A. V.

dclxxi.

Cic. Ped.

Ver. 4.

Liu. 59.

Flor. 3. c. 16.

mine varietatem status admiratos arbitror. Quem enim diurnas capturas exigentem animaduenterant, eundem iura dantem classesque & exercitus regentem viderunt.

IX.

A. V.

dclxiv.

Velleius.

Gel. 15. ca. 4.

Dion. 43.

Plut. arc.

Anton.

Appian.

Parth.

Dion. Gr.

alij.

X.

A. V.

dcvi.

Huic tanto incremento maius adjiciam. Asculo capto. Cn. Pompeius Magni pater P. Ventidium ætate impuberem in triumpho sui populi oculis subiecit. Hic est Ventidius, qui postea Romæ ex Parthis, & per Parthos de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter iacentibus, triumphum duxit. Itaque qui captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebrauit. In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno Prætor & consul est factus.

Casuum nunc contemplemur varietatem. L. Lentulus consularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppressus, censor cum L. Cæcilio forino creatus est. Quem quidem fortuna inter ornamenta & dedecora alterna versavit, consulatui illius damnationem, damnationi censuram subijciendo, & neque bonis eum perpetuis frui, neque malis æternis ingemiscere patiendo.

XI.

A. V.

cdxciii.

Lip. 1.

Polyb. 17.

Zonaras.

Isdem viribus uti voluit in Cn. Cornelio Scipione Asina: Qui consul à Pœnis apud Liparas captus cum belli iure omnia perdidisset; lætiore subinde vultu eius adiutus, cuncta recuperavit; consulque etiam iterum creatus est. Quis crederet illum à duodecim securibus ad Carthaginiensium peruenturum.



rum catenas? quis rursus existimaret à Punicis vinculis ad iumma imperii peruenturum fastigia: sed tamen ex consule captiuus, & ex captiuo consul factus est.

Zonarus.

A. V. cdxix.

Polyb.

Zonarus.

XII.

A. V.

dcxciv.

Quid? Crasso nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem iniuaxit. Siquidem bona eius à creditoribus quia solidum præstare non poterat, venierunt. Ita quoque amara suggillatione non caruit quia cum egens ambularet, Diues ab occurrentibus salutabatur.

Crassum casus acerbitate Q. Cæpio præcurrit: is namque præturæ splendore, triumpho claritate, consulatus decore, maximo pontificatus sacerdotio, ut senatus patronus diceretur, assecutus; in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusq; eius funesti carnicis manibus laceratum, in scalis Cemonis iacens, magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.

XIII.

A. V.

dcxlviii.

Liu. 67.

XIV.

A. V.

Iam C. Marius maxima fortunæ luctatio est: omnes enim eius impetus tam corporis quam animi robore fortissimæ sustinuit. Arpini honoribus iudicatus inferior, quaesturam Romæ petere ausus est: patientia deinde repulsarum, irrupit magis in Curiam, quam venit. In tribunatus quoque & ædilitatis petitione consimilem campi notam expertus: Præturæ candidatus supremo loco inhæsit, quam tamen non sine periculo obtinuit:

dcxxix.

circiter.

Ar. Cicer. Pro

Plancio.

A. V.

dcxxxvii.

circiter.

A. V.

dcxlii.

ambitus enim accusatus, vix atque ægre ab-
 solutionem à iudicibus impetrauit. Ex illo
 Mario tam humili Arpini, tam ignobili Ro-
 mæ, tamque fastidiendo candidato, ille
 Marius euasit, qui Africam subegit, Iugur-
 tham regem ante currum egit, qui Teutono-
 rum, Cimbrorumque exercitus deleuit. Cu-
 ius bina tropæa in vrbe spectantur, cuius se-
 ptem in fastis consularus leguntur. Cui post
 exilium cōsulem creari, proscriptoque face-
 re proscriptionem contigit. Quid huius con-
 ditione inconstantius aut mutabilius? quem-
 si inter miseros posueris, miserimus: inter
 felices, felicissimus reperietur.

C. autem Cæsar, cuius virtutes aditum si-
 bi in cælum struxerunt, inter primæ iuuentæ
 initium priuatus Asiam petens, à maritimis
 prædonibus circa insulam Parmacusam ex-
 ceptus; quinquaginta se talentis redemit.
 Parua igitur summa clarissimum mundi fi-
 dus in piratico myoparone rependi fortuna
 voluit. Quid est ergo quod amplius de ea
 queramur, si ne confortibus quidem diuini-
 tatis suæ parcat? sed cæleste numen se ab in-
 iuria vindicauit, continuo enim captos præ-
 dones crucibus affixit.

EXTERNA.

Attento studio nostra commemorau-
 mus, remissione nunc animo aliena narren-
 tur. Perditiæ luxuriæ Athenis adolescens Po-
 lemio, neque illecebris tantummodo, sed
 etiam

*Sall. In-
 gurb.*

Velleius.

Flor. & alii.

A. V.

dclxvii.

Lin. 30.

Appian.

Plutarc.

& alii.

XV.

A. V.

dclxvii.

Suet.

Plutarc.

1.

Diog.

Laert.

in vita.

etiam ipsa infamia gaudens; cum è conui- *Horat.*
 uio non post occasum solis, sed post ortum *Sat. 3. li. 2.*
 surrexisset, domumque repetens Xenocratis *Suidas.*
 philosophi patentem ianuam vidisset; vino
 grauis, vnguentis delibutus, fertis capite re-
 dimito, pellucida veste amictus, refertam
 turba doctorum hominum scholam eius in-
 trauit: Nec contentus tam deformi introitu,
 confedit etiam, vt clarissimum eloquium,
 & prudentissima præcepta temulentiae lasci-
 uis eluderet. Orta deinde, vt par erat, omniū
 indignatione; Xenocrates vultum in eodem
 habitu continuit, omissisque de quibus dis-
 serebat, de modestia ac temperantia loqui
 cœpit. Cuius grauitate sermonis respiscere
 coactus Polemo, primum coronam capite
 detractam proiecit, paulo post brachium in-
 tra pallium reduxit, procedente tempore
 ris conuiualis hilaritatem deposuit; Ad vlti-
 mum totam luxuriam exiit, vniusque ora-
 tionis saluberrima medicina sanatus, ex in-
 fami ganeone maximus philosophus euasit.
 Peregrinatus est huius animus in nequitia,
 non habitauit.

H.

Piget Themistoclis adolescentiam attrin- *Probus &*
 gere, siue patrem aspiciam, abdicationis in- *Plut. in vita*
 uentem notam, siue matrem suspendio fini- *Ælian.*
 re vitam propter filij turpitudinem coactam *Vari. hist. 2.*
 cum omnium postea Graij sanguinis virorū
 clarissimus extiterit, mediumque Asiae &
 Europæ vel spei vel desperationis pignus fue-

rit: Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit, illa vadem victoriæ assumpsit.

III.

*Probus in
vita.*

Cimonis vero incunabula opinione stultitiæ fuerunt referta: eiusdem stultitiæ impetria salutari Athenienses senserunt: Itaque cogit eos stuporis semetipsos damnare, qui eum stolidum crediderant.

IV.

*Probus &
Plut. in vita
Iust. 4. & 5.*

Iam Alcibiadem quasi duæ fortunæ partitæ sunt: Altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam præstantissimam fauorem ciuium propensum, summa imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantissimum ingenium assignaret: alter quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem infligeret: Nec aut hæc aut illa simul vniuersa, sed varie perplexa, freto atque æstui similia.

V.

*Herod. 3.
Strab. 14.
Cicer. de
finib. 3.
Plin. 37. c. 1.*

Ad inuidiam vsque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus vitæ fulgor excessit: nec sine causa. Omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere: spes certum cupitæ rei fructum apprehendebant: vota nuncupabantur simul & solvebantur: velle ac posse in æquo positum erat: Semel dumtaxat vultum mutauit, per quam breui tristitiæ salebra succussim; tunc cum admodum gratum sibi annulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abiecit. Quem tamen continuo recuperauit, capto pisce, qui cum deuoraue-

CAP. IX. DE MUTAT. MORVM 351
rauerat. Sed hunc felicitatis semper plenis
velis prosperum cursum tenere non potuit.
Comprehensum enim Orontes Darii regis
præfectus, in excelsissimo Micalensis montis
vertice cruci affixit. Equæ putres eius artus, &
tabido cuore manantia membra, atque il-
lam læuam, cui Neptunus anulum piscato-
ris manu restituerat, situ marcidam Samos
amara seruitute aliquandiu pressa, liberis
ac lætis oculis aspexit.

Dionysius autem cum hæreditatis nomi-
ne à patre Syracusanorum, ac pæne totius
Siciliæ tyrannidem accepisset, maximarum
opum dominus, exercituum dux, rector clas-
sum equitarum potens, propter inopiam,
literas puerulos Corinthi docuit. Eodemque
tempore, tanta mutatione maiores natu, ne
quis nimis fortunæ crederet, magister ludi
factus ex tyranno, monuit.

Sequitur hunc Suphax rex, confimilem
fortunæ iniquitatem expertus, quem ami-
cum hinc Roma per Scipionem, illinc Car-
thago per Atdrubalem ultro petiitum ad pe-
nates deos eius venerat. Cæterum eo clarita-
tis euectus, vt validissimorum populorum
tantum non arbiter victoriæ existeret: parui tē-
poris interiecta mora, catenatus à Lælio le-
gato ad Scipionem imperatorem pertractus
est. Cuiusque dexteram regio insidens folio
arroganti manu attingerat, ad eius genua sup-
plex procubuit. Caduca nimium hæc & fra-
gilia,

VI.

Iust. 21.

Cicer.

Tusc. 3.

VII.

A. V.

dclviij.

Liu. 28.

Pol. II.

Appian. III.

Punica.

A. V.

dl.

Liu. 30.

Pol. 14.

App. Epilog.

totius capi-

tis.

gilia,

gilia; puerilibusque consentanea crepundiiis sunt quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt: sed incertissimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in sublime extulerunt; improviso decursu destitutos, profundo cladum miserabiliter immergunt. Itaque neque exstimari neque dici debent bona, quæ ut inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent: propensiore favore primo delinitos, maiore postea malorum cumulo opprimere solent.

VALERII MAXIMI

LIBER VII.

DE FELICITATE.

CAP. I.

1 *Q. Metelli Macedonici.*

2 *Gygis Lydorum regis.*

VOLVIBILIS fortunæ complura exempla retulimus: constanter propitiæ admodum pauca narrari possunt, Quo patet, eam aduersas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere: Eadem ubi malignitatis obliuisci sibi imperauit, non solum plurima ac maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

I.

Videamus ergo quot gradibus beneficiorum

rum Q. Metellum à primo originis die, ad ultimum vsque fati tempus nunquam cessante indulgentia, ad summum beatæ vitæ culmen perduxerit. Nasci eum in vrbe terrarum principe voluit: parentes nobilissimos dedit: adiecit animi rarissimas dotes, & corporis vires, vt sufficere laboribus possent: vxorem pudicitia & foecunditate conspicuam conciliauit. Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextam largita est: Fecit, vt eodem tempore tres filios consulares, vnum etiam censorium, ac triumphalem, & quartum prætorium videret. Vtq; tres filias nuptum daret, earumque sobolem sinu suo exciperet. Tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faeces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia; cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Cælum contemplare: vix tamen ibi talem statum reperies: quoniam quidem luctus & dolores deorum quoque pectoribus à maximis vatibus assignari videmus. Hunc autem vitæ actum eius consentaneus finis excepit. Nam Q. Metellum vltimæ senectutis spatio defunctum, lenique genere mortis inter oscula complexusque charissimorum pignorum extinctum: filij & generi humeris suis per Vrbe[m] latum rogo imposuerunt.

Clara hæc felicitas: obscurior illa, sed diuino splendore præposita: Cum enim Gyges

Plin. 7. c. 44

Cic. de finib.

2. Vell. 1.

A. V.

dcx.

A. V.

dcvii.

Eutrop.

L. Flor. 2.

c. 14.

A. V.

dcccxxviii.

Vell. 2.

Plin. 7. c. 44

II.

Plin. 7. c. 46

Solin. 7.

regno

regno Lydiæ armis & diuitijs abundantissimo inflatus. Apollinem Pythium scilicitarum venisset, an aliquis mortalium se esset felicior: deus ex abdito sacrarij specu, voce missa, Aglaum Sophidum ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed ætate iam senior: terminos agelli sui nunquam excederat, paruuli ruris fructibus contentus. Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo, non adumbratum: oraculi sagacitate complexus est. Quocirca insolenter fulgore fortunæ suæ gloriati respondit, magis se probare securitati ridens tugurium, quam tristem curis & sollicitudinibus aulam: paucasque glebas pauoris expertes: quam pinguißima Lydiæ arua metu referta, & vnum aut alterum iugum bouum facilis tutelæ, quam exercitus & arma, & equitatum, voracibus impensis onerosum: & vsus necessarij horreolum nulli nimis appetendum, quam thesauros omnium insidijs & cupiditatibus expositos. Ita Gyges, dum ad stipulatorem vanæ opinionis deum habere concupiscit, vbinam solida & secura esse felicitas, didicit.

DE SAPIENTER DICTIS
aut factis.

C A P. II.

A ROMANIS.

I *Ap. Claudio.*

II *P. Scipione Africano.*

- 3 Q. Cacilio L. F. Metello.
- 4 L. Fimbria.
- 5 L. Papirio L. F. Cursore Cos.
- 6 Senatu Romano.

AB EXTERNIS.

- 1 Socrate Atheniensi.
- 2 Solone Atheniensi.
- 3 Biante Prieniensi.
- 4 Platone Atheniensi.
- 5 Antigono rege.
- 6 Xenocrate Philosopho.
- 7 Aristophane comico.
- 8 Thalete philosopho.
- 9 Anaxagora Clazomenio.
- 10 Demade Atheniensi.
- 11 Anacharse Scytha.
- 12 Agesilao Lacedamonio.
- 13 Annone poeno.
- 14 Herennio Pontio Samnita.
- 15 Cretensibus.

Nunc id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi est, nec votis petitur, sed in pectoribus sapientia præditis natum, dictis factisque prudentibus enitescit.

Ap. Claudium crebro solitum dicere accepimus, Negotium populo Rom. melius, quam otium committi: non quod ignoraret quam iucundus tranquillitatis status esset; sed quod animadverteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem cap-

pef-

peffendam excitari; nimia quiete in defidiam
 resolui. Et sane negotium nomine horridū,
 ciuitatis nostræ mores in suo statu continuū
 blandæ appellationis quies plurimis vitiis
 resperfit.

II.

*Seneca de
 ira. 2. c. 31.
 Fabio tri-
 buit.*

Scipio vero Africanus turpe esse aiebat
 in re militari dicere, Non putaram: videli-
 cet quia explorato & excusso consilio, quæ
 ferro aguntur, administrari oportere arbi-
 trabatur summa ratione. Inemendabilis e-
 nim est error, qui violentia Martis commit-
 titur. Idem negabat aliter cum hoste confli-
 gi debere, quam aut si occasio obueneret,
 aut necessitas incidisset: æque prudenter. Nā
 & prosperæ gerendæ rei facultatem omitte-
 re, maxima dementia est: & in angustias uti-
 que pugnandi compulsus abstinere se præ-
 lio, pestiferum ignauitæ adfert exitum: Eo-
 rumque qui ista committunt, alter bene-
 ficio fortunæ uti, alter iniuriæ nescit resi-
 stere.

III.

Quoquoque Metelli cum grauis tum etiam
 alta in senatu sententia: qui deuicta Cartha-
 gine, nescire se, illa victoria bonine plus an-
 mali Reipublicæ attulisset, asseuerauit. Quo-
 niam ut pacam restituendo profuisset: ita
 Annibalem submouendo, nonnihil nocuis-
 set. Eius enim transitu in Italiam, dormien-
 tem iam populi Romani virtutem excitatam:
 metuique debere, ne acri æmulo liberata in
 eundem somnium reuolueretur. In æquo i-
 gitur

CAP. II. DE SAP. DIC. AVT FAC. 357
gitur malorum posuit, vritecta, vastari agros,
exhauriri ararium? & prisca roboris nervos
hebetari.

Quid illud factum L. Fimbriae Consula-
ris quam sapiens! à M. Lutatio Pythia splen-
dido equite Rom. Iudex aditus de sponsione,
quam is cum adversario, * quod vir bonus
esset, fecerat; nunquam id iudicium pronun-
ciatione sua finire voluit. Ne aut probatum
virum, si contra eum iudicasset, fama spolia-
ret aut juraret virum bonum esse, cum ea res
innumerabilibus laudibus contineatur.

Forensibus hæc, illa militaribus stipendiis
prudentia exhibita est. Papirus Cursor con-
sul cum Aquiloniam oppugnans prælium
veller committere, pullariusque non pro-
sperantibus ausibus ementitus optimum ei
auspiciam renuntiasset; de fallacia illius fa-
ctus certior, sibi quidem & exercitui bonum
omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæ-
terum mendacem ante ipsam aciem consti-
tuit: vt haberent dii, cuius capite, si quid iræ
conceperant, expiarent. Directum est autem
sive casu sive etiam cælestis numinis provi-
dentia, quod primum è contraria parte mis-
sum erat telum, in ipsum pullarij pectus, e-
umque exanimem prostravit. Id vbi consul
cognovit, fidente animo & hosteis inuasit,
& Aquiloniam cepit. Tam cito animaduer-
tit, quo pacto iniuria imperatoris vindicari
deberet, quemadmodum violata religio ex-
pian-

IV.

Cicer.

offic. 3.

* al. ni.

V.

A. V.

dclx.

Liv. 10.

Front.

Oros. 3. c. 22.

pianda foret, & qua ratione victoria apprehendi posset. Egit virum seuerum, consulem religiosum, imperatorem strenuum: timoris modum, pœnæ genus, spei viam, vno mentis impetu rapiendo.

VI.

A. V.

dxlvi.

Liu. 27.

Nunc ad senatus acta transgrediar. Cum aduersus Annibalem senatus Claudium Neronem & Liuium Salinatorem consules mitteret; eosque vt virtutibus pares, ita inimicitijs acerrime inter se dissidentes videret, summo studio in gratiam reduxit, ne propter priuatas dissensiones, rempublicam parum vtiliter administrarent. Quia consimili imperio, nisi concordia inest, maior aliena opera interpellandi, quam sua edendi cupiditas nascitur: vbi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri, quam è contrariis casibus vtrique certior hostis proficiscitur. Eosdem senatus cum ob nimis asperam actam censuram à Cn. Boebio trib. pleb. pro Rostris agerentur rei, causæ dictione decreto suo liberauit. Vacuum omnis iudicij metu cum honorem reddendo qui exigere debet rationem, non reddere. Par illa sapientia senatus, qua Ti. Gracchum tribun. pleb. Agrariam legem promulgare ausum, morte multauit. Idem vt secundum legem eius per triumuiros ager populo viritim diuideretur, egregie censuit. Siquidem grauissimæ seditionis eodem tempore & auctorem & causam sustulit.

A. V.

dxlix.

Liu. 29.

A. V.

dcxx.

Plutarc. in

Graecchi

Appian.

Cimil. 1.

Liu. 8.

A. V.

dcij.

circiter.

Quam

Quam deinde se prudenter in rege Masanisa gessit. Nam cum promptissima & fidelissima eius opera aduersus Carthaginenses usus esset, eumque in dilatando regno auidiorem cerneret; legē ferri iussit, qua Masanisæ ab imperio populi Rom. solutam libertatem tribueret. Quo facto cum optime meriti beneuolentiam retinuit, cum Mauritanæ & Numidiæ, cæterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quiescentem feritatem, à valuis suis repulit.

EXTERNÆ.

Tempus deficiet domestica narrantem: quoniam imperium nostrum non tam robore corporum, quam animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. Maiore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigenisque huius generis exemplis detur aditus: Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, nihil ultra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent. Quia ij demum scirēt quid unicuique esset vtile: nos autem plerumque id votis experere, quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens; in quam late patientes errores cæcas preces tuas spargis. Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui complures pessunderunt: regna tecum ipsa voluis, quorum

I.

Vide Platonem in Alcibiade 2

rum

rum exitus sæpenumero miserabiles ce-
nuntur: splendidis coniugiis inijs manus,
at hæc vt aliquando illustant, ita nonnung-
funditus domos euertunt. Desine igitur stul-
ta futuris malorum tuorum caussis, quasi fe-
licissimis rebus, inhiare; teque totam cele-
stium arbitrio permitte: Quia qui tribuere
bona ex facili solent, etiam eligere aptissima
possunt.

Idem expedita & compendiaria via eos ad
gloriam peruenire dicebat, qui id agerent
vt quales videri vellent, tales etiam essent.
Qua quidem prædicatione aperte mone-
bat, vt homines ipsam potius virtutem
quam vmbra eius consecrarentur. Idem ab
adolescentulo quodam consultus, vxorem
duceret, an se omni matrimonio abstineret,
respondit: vtrum eorum fecisset, actutum
pœnitentiam. Hic te, inquit, solitudo, hic co-
bitas, hic generis interitus, hic hæres alienus
excipiet: illic perpetua sollicitudo, contextus
querelarum, dotis exprobatio, affinium gra-
ue supercilium, garrula socrus lingua, suble-
sor alieni matrimonij, incertus liberorum e-
uentus. Non passus est iuuenem in contentu
rerum asperarum, quasi lætæ materiæ facere
delectum.

*Laert. in
vita.*

*Laert. in
vita.*

Idem cum Atheniensium scelerata demen-
tia tristem de capite eius sententiam tulisset,
fortique animo & constanti vultu po-
tionem veneni è manu carnificis accepisset
ad-

admoto iam labris poculo vxori, Xanthippe
inter fletum & lamentationem vociferanti
innocentem eum perimi, Quid ergo inquit,
nocenti mihi mori satius esse duxisti: O im-
mensam illam sapientiam, qui ne in ipso qui-
dem vitæ excessu obliuisci sui potuit.

Age, quam prudenter Solon, neminem dū
adhuc viueret, beatum dici debere arbitra-
batur: quod ad vltimam vsque fati diem an-
cipiti fortunæ subiecti essemus. Felicitatis i-
gitur humanæ appellationem rogas cōsum-
mat, qui se incurfui malorum obijcit. Idem
cum amicis quendam grauiter mærentem
videret, in arcem perduxit, hortatusque est,
vt per omnes subiectorum ædificiorum par-
tes oculos circumferret: Quod vt factum
animaduertit, Cogita nunc tecum, inquit,
quam multi luctus sub his tectis & olim fue-
rint, hodieque versentur, insequentibusque
sæculis sint habitaturi: ac mitte mortalium
incommoda tanquam propria desistere. Qua
consolatione demonstrauit vrbes esse hu-
manarum cladum consepta miseranda. Idē
aiebat, si in vnum locum cuncta mala sua
contulissent; futurum, vt propria deportare
domum, quam ex communi miseriarum a-
ceruo portionem suam ferre mallent. Quo
colligebat non oportere nos quæ fortuito
parimur, præcipuæ & intolerabilis amaritu-
dinis indicare.

Bias autem, cum patriam eius Prienem
ho.

II.

Plut. in vit.

ta.

III.

Cic. Paradox. Senec. de tranquill. 2. cap. 5.

hostes inuasissent, omnibus quos modo sequi-
tia belli incolumes abire passa fuerat, pre-
ciosarum rerum pōdere onustis fugientibus
interrogatus, quid ita nihil ex bonis suis se-
cum ferret: Ego vero (inquit) bona mea me-
cum porto. Pectore enim illa gestabar, non
humeris: non oculis visenda, sed æstimanda
animo. Quæ domicilio mentis inclusa, nec
mortalium, nec deorum manibus labefacta-
ri queunt: & ut manentibus præsto sunt, ita
fugientes non deserunt.

IV.

*Plat. ep. 7.
Cicer. epist. I
ad Q. fra-
trem.*

Iam Platonis verbis adstricta, sed sensu
grauatens, sententia. Qui tum demum bea-
tum terrarum orbem futurum prædicauit: cui
aut sapientes regnare, aut reges sapere cœ-
pissent.

V.

Stob. ser. 47

Rex etiam ille subtilis iudicij; quem fe-
runt traditum sibi diadema, priusquam capi-
ti imponeret, retentum diu considerasse ac
dixisse: O nobilem magis quam felicem pan-
num! quem si quis penitus cognoscat, quam
multis sollicitudinibus, & periculis, & mi-
seriis sit refertus, ne humi quidem iacentem
tollere vellet.

VI.

*Stobaus
serm. 31.
Plutarc.
de bona va-
letudine. Si-
menidi at-*

Quid, Xenocratis responsum, quam lau-
dabile: cum maledico sermoni quorundam
summo silentio interesset? vno ex his quære-
te cur solus ita linguam suam cohiberet?
Quia dixisse me, inquit, aliquando poeni-
tuit; tatuiffe nunquam.
Aristophanus quoque altioris est pruden-
tix

præceptum, qui in comœdia introduxit remissum ab inferis Atheniensem Pencillem, vaticinantem non oportere in vrbe nutriri leonem, sin autem sit alitus, obsequi ei conuenire. Monet enim, vt præcipuæ nobilitatis & concitati ingenii iuuenes refrenentur. Nimio vero fauore ac profusa indulgentia pasci, quo minus potentiam obtineant, ne impediuntur: quod stultum fit & inutile eas obtrectare vires, quas ipse foueris.

tribuunt.
VII.
*Aristop. in
Ranis.*

Mirifice etiam Thales: nam interrogatus an facta hominum deos fallerent: Nec cogitata, inquit. Vt non solum manus, sed etiam mentes puras habere vellemus; cum se cretis cogitationibus nostris coeleste numen adesse credidissimus.

VIII.
*Laert. in
vita.
naegdio-
yvánsus
ô. De ds.*

Ac ne quos sequitur quidem minus sapiens vnica filia pater Themistoclem consulebat vt eam pauperi, sed ornato: an locupletiparum probato collocaret, cui is, Malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. Quo dicto stultum monuit, vt generum potius quam diuitias generi legeret.

*Cic. offi. 2.
Plut. in
vita. &
Apoph.*

Age, Philippi quam probabilis epistola in qua Alexandriam quorundam Macedonum beneuolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit. Quæ te fili ratio in hanc tam vanam spem induxit, vt eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad

*Cicer.
offi. 2.*

amorem tui compulisses? à charitate istud præstatur. At vero ante Philippus maior ex patre mercator Græciæ, quam victor.

Plutarc.
Alexand.
Laert.
Aristot.
Curt. 3.
Iust. 15.

Aristoteles autem Callisthenem auditore suum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rarissime aut quam iucundissime loqueretur: quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. At ille dum Alexandrum Persica Macedonũ salutatione gaudentem obiurgat, & ad maiorum mores inuitum reuocare perseuerat, spiritu carere iussus, seram neglecti salubris cõsilijs pœnitentiam egit.

Idem Aristoteles de semetipso in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare se, vani: vituperare, stulti esset. Eiusdem est utilissimum præceptum, Ut voluptates abeuntes consideremus: quas quidem sic ostendendo minuit: Fessas enim pœnitentiaq; plenas animis nostris subiecit, quo minus cupide repetantur.

IX.

Nec parum prudenter Anaxagoras interrogati cuidam, quisnam esse beatus: Nemo, inquit, ex his quos tu felices existimas: sed cum in illo numero reperies, qui à te ex miseris constare creditur. Non erit ille diuitijs & honoribus abundans; sed aut exigui raris, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor, in * successu quam in fronte beator:

Val. recessu.

X.

Demadis quoque dictum sapiens: nolen-

tibus enim Atheniensibus diuinos honores Alexandro decernere, Videte (inquit) ne dum caelestum custoditis, terram amittatis.

Quam porro subtiliter Anacharsius leges aranciarum telis comparabat: Nam vt illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere; ita his humiles & pauperes constringi, diuites & præpotentes non alligari videmus.

XI.

Plutarc.

Solone. Sto-

beus ser. 43.

XII.

Plutarc.

Apopht.

aliter.

Nihil etiam Agesilai factio sapientius: si quidem cum aduersus remp. Lacedæmoniorum conspirationem ortam noctu comperisset, leges Lycurgi continuo obrogauit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant. Comprehensis autem & interfectis fontibus eisdem euestigio restituit. Atque vtrumque simul prouidit, ne salutaris animaduersio vel iniusta esset, vel iure impediretur: Itaque vt semper esse possent, aliquando non fuerunt.

XIII.

Sed nescio an Annonis excellentioris prudentiæ consilium. Magone enim Cannensis pugnae exitum senatui Pœnorum nunciante, inque tanti successus fidem annulos aureos trium modiorum mensuram explentes effundente, qui interfectis nostris ciuibus detracti erant? quæsiuit an aliquis sociorum post tantam cladem à Romanis defecisset: Atque vt audiuit neminem & Annibalem transisse, suasisit protinus ad legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur: cuius si

A. V.

dxxxii.

Liu. 23.

Zoraras.

sen-

sententia valuisset, neque secundo Punice bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.

XIV.

A. V.

cdxxxii.

Liu. 9.

Flor. 1.

Cap. 16.

Ne Samnites quidem paruas pœnas con-
similis erroris pependerunt, quod Herennii
Pontii salutare consilium neglexerunt: Qui
auctoritate & prudentia ceteros præstans, ab
exercitu & eius duce filio suo consultus, quid-
nam fieri de legionibus Romanis apud Fur-
cas Caudinas inclusis deberet, inuiolatas
dimittendas respondit. Postero die eadem
de re interrogatis, deleri eas oportere dixit:
vt aut maximo beneficio gratia hostium
emeretur, aut grauissima iactura vires con-
fringerentur. Sed improuida temeritas victo-
rum, dum vtramque partem spernit utilita-
tis, sub iugum missas in perniciem suam ac-
cendit.

XV.

* *al. Cretes.*

Multis & magnis sapientiæ exemplis pau-
uulum adiciam * Cretenses cum acerbissi-
ma execratione aduersus eos, quos vehemen-
ter oderunt, vti volunt; vt mala consuetudi-
ne delectentur, optant, modestoque voti ge-
nere efficacissimum vltionis euentum repe-
riunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere,
& in eo perseueranter morari, exitio vicina
dulcedo est.

DE VAFRE DICTIS AVT
factis.

CAPVT III.
A ROMANIS.

I. An-

- 1 Antistite templi Diana.
- 2 L. Iunio Bruto.
- 3 P. Scipione Africano maiore.
- 4 Q. Fabio Labeone.
- 5 M. Antonio oratore.
- 6 Q. Sertorio.
- 7 Q. Fab. Max. Verrucosso.
- 8 M. Volusio Saturn. ad. pl.
- 9 Sertio Saturnino.
- 10 Patre quodam.

AB EXTERNIS.

- 1 Alexandro Magno & quodam a sinario.
- 2 Darii regis equisone.
- 3 Biante Prienensi.
- 4 Anaxiemene.
- 5 Demosthene oratore.
- 6 Quodam Atheniensi.
- 7 Annibale Gisgonis F. Poene.
- 8 Annibale Amilcaris F. Poene.
- 9 Tusculanis.
- 10 Tullio Attio Volscorum duce.

Est aliud factorum dictorumque genus à sapientia proximo deflexu ad Vafri nomen progressum: quod nisi fallacia vires asumpserit, * fidem propositi non inuenit; * al. finem. laudemque occulto magis tramite quam aperta via petit.

Ser. Tullio regnante, cuidam patrifamilias in agro Sabino præcipuæ magnitudinis & eximie formæ vacca nata est. Quam ora-
I.
A. V.
ec. circiter.
cu-

*Liv. I.
Plutarc.
Problem.*

culorum certissimi auctores in hoc à diis immortalibus editam responderunt, ut quisque eam Aventinensi Dianæ immolasset; eius patriæ totius terrarum orbis imperium obtineret. Lætus eo dominus, bouem cum summa festinatione Romam actam, in Aventino ante aram Dianæ constituit, sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De qua re antistes templi certior factus, religionem hospiti intulit, ne prius victimam cederet, quam proximi amnis aqua abluisset. Eoque alueum Tyberis petente, vaccam ipse immolavit, & urbem nostrâ tot civitatum, tot gentium dominam, pio sacrificij furto reddidit.

*II
A. V.
ccxl.
circiter.
Liv. I.
Dion. 4.*

Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus est: Nam cum à rege Tarquinio auuaculo suo omnem nobilitatis indolem excerpere, interque cæteros etiam fratrem suum: quod vegetioris ingenij erat interfectum animaduverteret; obtusi se cordis esse simulavit, eaque fallacia maximas virtutes sua texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinij filiis, quo is ad Apollinem Pythium muneribus sacrificiisque honorandum miserat, aurum deo nomine doni clamato baculo inclusum tulit: quia timebat ne sibi cæleste numen operta liberalitate venerari tutum non esset. Peractis deinde mandatis patris, Apollinem iuvenes consuluerunt; quisnam ex ipsis Romæ regnaturus videretur.

deretur. At is penes eum summam Urbis nostrae potestatem futuram respondit; qui ante omnes matri osculum dedisset. Tunc Brurus, perinde atque casu prolapsus, de industria se abiecit, terramque communem omnium matrem existimans, osculatus est.

A. V. ccxliiii.

Quod tam vafre telluri impressum osculum, Urbi libertatem, Bruto primum in fastis locum tribuit.

Liu. Dion. & alii.

Scipio quoque superior praesidium calliditatis amplexus est. Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam subito posset eos instruere: quod temporis angustiae negabant, sagacitate consilii affecutus est. Namque ex iis iuuenibus, quos secum ex tota Sicilia nobilissimos & ditissimos, sed inermes habebam, trecentos speciosa arma & electos quosquam celerrime expedire iussit: velut eos continuo secum ad oppugnandam Carthaginem aucturus: Qui cum imperio ut celeriter ita longinqui & periculosi belli respectu sollicitis animis paruissent: remittere se Scipio illam expeditionem, si arma & equos militibus suis traderent, edixit: Rapuit condicionem imbellis ac timida iuventus, instrumentoque suo cupide nostris cessit. Ergo calliditas ducis providit, ut si quod protinus imperaretur, graue prius, deinde remisso militiae metu maximum beneficium

III. A. V. dclviii. Liu. 29.

Q 5

scium

ficium fieret.

IV.
A. V.
dix.
circiter.
Cicer.
offic. I.

Quod sequitur narrandum quoque est.
Q. Fabius Labeo arbiter à senatu finium cōstituendorum inter Nolanos & Neapolitanos datus, cum in rem præsentem venisset, utrosque separatim monuit: ut omiſſa cupiditate, regredi modo controuerso, quam progredi mallent: Idque cum vtraque pars auctoritate viri mota fecisset, aliquantum in medio vacui agri relictum est. Constituta deinde finibus ut ipsi terminauerant quicquid reliqui solifuit, populo Romano adiudicauit. Cæterum etsi circumuenti Nolani ac Neapolitani quieti nihil potuerunt, secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia; improbo tamen præstigiōrum genere nouum ciuitati nostræ vectigal accessit. Eundem ferunt cum à rege Antiocho, quod bello superauerat, ex foedere ictodimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut eum tota classe priuaret.

A. V.
dixiii.
Liu. 31.
aliter.
Cic. pro
Cluentio.

Iam M. Antonio remittendum conuictus est: qui idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut si quid superiore iudicio actum, ei quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum à se affirmare posset: Qui facti vix pudentis, tolerabilem causam habuit: pro periclitantium enim capite, non solum eloquentia sua vti, sed etiam verecundia abuti erat paratus.

Sertorius vero corporis robore atque a-
 nimi consilio parem naturæ indulgentiam
 expertus, proscriptione Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione
 flectere non posset, nec cum Romanorum vniuersa acie configere vellent, vasro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum constituit equos, alterum validissimum, alterum infirmissimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo senepaulatim carpi, infirmi à iuvene eximiarum virium vniuersam conuelli iussit. Obtemperatum imperio est. Sed dum adolescentis dextera irrito se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executa est, Tunc barbaræ concioni, quorsum ea res tenderet cognoscere cupienti, subiecit: Equi caudæ cõsimilem esse Romanorum exercitum, cuius partes aliquis aggrediens opprimere possit: vniuersum conatus prosternere, celerius tradiderit victoriam, quam occupauerit. Ita gēs barbara, aspera, & regi difficilis, in exitium suum ruens, quam vtilitatem auribus respue-
 rat, oculis præuidit.

Fabius autem Maximus cuius non dimicare, vincere fuit: cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia fide suspectum, & strenuæ operæ Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris haberet: vt utroque potius bono in lite vteretur, quam in vtrumque animaduerneret; alteri suspicio-

VI.

A. V.

dclxxxv.

Front.

Strat. l. c. 10

Plutarc.

in vita.

VII.

A. V.

dxxxvii.

Liv. 23.

de Mar-

*cello narrat
idem.*

*Plut. Vale-
rio cōgruit.*

A. V.

dxliv.

Fabio.

VIII.

A. V.

dx. Ap.

Ciui. 4.

nem suam diffimulauit, in altero, disciplinam paullulum à recto tenore deflexit. Nam illum plene pro tribunali laudando, omnique genere honoris prosequendo animum suum à Pœnis Romanos coëgit reuocare: & hunc clam meretricem redimere passus, paratissimum pro nobis excursorem reddidit.

Veniam nunc ad eos, quibus salus asturia quaesita est. M. Volusius ædilis plebis proscriptus, assumpto Isiaci habitu, per itinera viasque publicas stipem perens, quisnam re vera esset, occurrentes dignoscere passus nō est. Eoque fallaciæ genere rectus in M. Bruri castra peruenit. Quid illa necessitate miserius, quæ magistratum populi Rom. abiecta honoris prætexta, alienigenæ religionis obscurationum insignibus, per Urbem iussit incedere? Omnes autem hi suæ vitæ aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipsi sustinuerunt, vel alios perpeti coëgerunt.

IX.

A. V.

dx. App.

Ciui. 4.

de Pompo-

nio.

Aliquanto speciosius Sentij Saturnini Vetulionis in eodem genere casus vltimæ sortis auxilium. Qui cum à triūviris inter proscriptos nomen suum propositum audisset continuo præturæ insignia inuasit: præcedentibusque in modum lictorum, & apparatus publicorumque seruatorum subornatis, vehicula comprehendit, hospitia occupauit, obuios submouit, ac tam audaci usurpatione imperij in maxima luce densissimas ho-

filibus oculis tenebras offudit. Idem vt Pe-
teolos venit perinde ac publicum ministe-
rium agens summa cum licentia correptis
naibus in Siciliam, certissimum tunc pro-
scriptorum † profugium penetravit.

* al. persu-
gium.

His vno adiecto leuioris notæ exemplo,
ad externa conuertar. Amantissimus quidam
filii, cum eum, in concessis ac periculosis fa-
cibus accensum, ab insana cupiditate inhi-
bere vellet; salubris consilij astutia patriam
indulgentiam temperavit: petiit enim vt
prius quam ad eam, quam diligebat, iret;
vulgari ac permissa Venere vteretur. Cu-
ius precibus obsecutus adolescens, infelicem
animi imperum satietate concubitus liciti
resolutum; ad id, quod non licebat, tardio-
rem pigrioremque afferens, paullatim depo-
suit.

In eas quæ
libet ante
velim.
Ouid. de ro-
med. amor.

EXTERNÆ.

Cum Alexander Macedonum rex sorte
monitus, vt eum qui sibi porta egresso pri-
mus occurrisset, interfici iuberet; asinarium
forte ante omnes ob viam factum ad mor-
tem arripere imperavit. Eoq; quærente quid-
nam se immerentem capitali supplicio inno-
centemque addiceret; cum ad excusandam
factum suum oraculi præceptum retulisset,
asinarius, Si ita est, inquit, rex, alium forshuic
morti destinavit, nam asellus quem ego ante
me agebam, prior tibi occurrit. Delectatus
Alexander & illius tam callido dicto, & quod
ab

ab errore ipse reuocatus erat, occasionem in aliquanto viliore animali expiandæ religionis rapuit. Summa in hoc cum calliditate mantuetudo, summa quoque in alterius regis equifone calliditas.

II.

*Iustin I.
Her. 3.*

Sordida Magorum dominatione oppressa. Darius, rex adiutoribus eiusdem dignitatis assumptis; pactum cum præclari operis consortibus fecit; vt equis insidentes, solis ortu cursum in quemdam locum dirigerent; isque regno potireretur, cuius equus in eo primus hinnisset. Cæterum maxime mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, solus acumine equifonis sui * Ebaris prosperum exoptatæ rei effectum assecutus est: qui in equæ genitalem partem demissam manu, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admouit. Quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit: Auditoque eo, sex reliqui summæ potestatis candidati continuo equis delapsi, (vt est mos Persarum) humi prostratis corporibus, Darium regem salutauerunt. Quantum imperium, quam paruo interceptum est vaframento?

* *al. Oebaris.*

III.

*Arist. 2.
Rhetor.
Alij alijs
adscribunt.*

Bias autem, cuius sapientia diuturnior inter homines est, quam patria Priene fuit (siquidem illa etiam nunc spirat, huius perinde atque extinctæ vestigia tantummodo extant) ita aiebat oportere homines in vsu amicitiaë versari; vt meminissent eam ad gra-
uissi-

missimas inimicitias posse conuerſi. Quod quidem præceptum prima spec e nimis fortasse callidum videatur, inimicumque simplicitati, qua præcipue familiaritas gaudet. *Aliter.*
 sed si altioribus animis cogitatio demissa *Cic. in*
 fuerit, perquam vtile reperietur. *Lelio.*

Lampſacenæ vero vr̄bis ſalus vn̄ius vaſtra- *IV.*
 menti beneficio conſtitit. Nam cum ad ex- *Pauſan.*
 cidium eius, ſummo ſtudio Alexander ferre- *Eliaca. 2.*
 tur, progreſſumque extra mœnia Anaximē- *Suidas.*
 nem præceptorem ſuum vidiffet; quia mani-
 feſtum erat, futurum vt preces ſuas iræ eius
 opponeret, non facturum ſe quod petiffet
 iurauit. Tunc Anaximenes, Pero, inquit, vt Lã
 pfacura diras. Hæc velocitas ſagacitatis oppi-
 dum veruſta nobilitate inclyrum exitio, cui
 deſtinatum erat, ſubtraxit.

Demofthenis quoque aſtutia mirifice cui-
 dam ancillæ ſuccuſum eſt, quæ pecuniam de-
 poſiti nomine à duobus hoſpitibus accepe-
 rat, ea condicione vt illam ſimul vtriſq; red-
 deret. Quorum alter interiecto tempore tan-
 quam mortuo ſocio ſqualore obſitus, dece-
 pta ea omnes nummos abſtulit: Superuenit
 deinde alter, & depoſitum petere cœpit. Hæ-
 rebat miſera in maxima pariter & pecuniæ
 & deſenſionis penuria, iamque de laqueo &
 ſuſpendio cogitabat: Sed opportune Demo-
 ſthenes ei patronus adſulſit qui vt in aduo-
 cationem venit, Mulier, inquit, parata eſt
 depoſiti ſe fide ſoluere: ſed niſi ſocium ad-
 ducere.

duxeris, id facere non potest, Quoniam ut ipse vociferaris, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur.

Ac ne illud parum quidem prudenter. Quidam Athenis vniuerso populo inuisus, causam apud eum de capitali crimine dicturus maximum honorem subito petere cepit. Non quod speraret se illum consequi posse, sed ut haberent homines vbi procursum iræ, qui acerrimus esse solet, effunderet. Neque eum hæc tam callidi consilij ratio fefellit: comitiis enim clamore infesto, & crebris totius concionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, eiusdem plebis paullo post in discrimine vitæ clementissima suffragia expertus est. quod si adhuc eivlitionem sitienti, capitis sui periculum obiecisset, nullam partem defensionis odio obseratæ aures recepissent.

VII.

A. V.

cdxcij.

Zonaras

Oros. l. 4. c. 7

Auct. de Vi-

ris illustrib.

c. 38.

Huic vaframento consimilis illa calliditas Superior Annibal à Duilio consule nauali prælio victus, timensque classis amissæ pœnas dare: offensam astutia mire auertit: Nam ex illa infelici pugna prius, quam claudis nuntius domum perueniret, quendam ex amicis compositum & ornatum Carthaginem misit. Qui postquam ciuitatis eius curiam intrauit: Consulit, inquit, vos Annibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias aduērit, an cum eo colligere debeat: Acclamauit vniuersus sena-

tas,

ms, non esse dubium quid oporteret. tum
 ille: Confluxit, inquit, & superatus est. Ita li-
 berum ijs non reliquit id factum damnare,
 quod ipsi fieri debuissent iudicauerant.

Alter item Annibal Fabium Maximum
 inuictam armorum suorum vim saluberrimis
 cunctationibus pugnae ludificantem, vt
 aliqua suspitione trahendi belli respergeret;
 totius Italiae agros ferro atque igni vastan-
 do, vnius eius fundum immunem ab hoc in-
 iuriae genere reliquit. Profecisset aliquid tan-
 ti beneficii infidiola abumbratio, nisi Roma-
 nae vrbi & Fabij pietas, & Annibalis vafri mo-
 res fuissent notissimi.

Tusculanis etiam acumine consilij inco-
 lumitas parta est: Cum enim crebris rebella-
 tionibus meruissent, vt eorum urbem fundi-
 tus Romani euertere vellent, atque ad id ex-
 equendum Furius Camillus, dux validissimo
 instructus exercitu venisset, vniuersi ei togati
 obuiam processerunt, commeatusque & cae-
 tera pacis munia benignissime praestiterunt:
 Armatum etiam intrare moenia passi sunt,
 nec vultu nec habitu mutato. Qua constan-
 tia tranquillitatis non solum ad amicitiae
 nostrae ius; sed etiam ad communionem ci-
 uitatis quam vsque cupierant, penetrauerunt.
 Sagaci hercule vsi simplicitate; quoniam a-
 ptius esse intellexerant, metum officio dissi-
 mulare, quam armis protegere.

At Volscorum ducis Tulli execrabile con-
 filium;

VIII.

A. V.

dxxxvi.

Liu. 22.

Plut. in Fa-
bio.

Front. 1. c. 2.

IX.

A. V.

ccclxxxiii.

Liu. 6.

Plutarc.

Camillo.

X.

filium; Qui ad bellum inferendum Romanis
 maxima cupiditate accensus, cum aliquot
 aduersis præliis contusos animos suorum, &
 ob id paci proniores animaduerneret; infideli-
 sa ratione, quo volebat, compulit. Nam cum
 spectandorum ludorum gratia magna Vol-
 scorum multitudo Romam conuenisset; con-
 sulibus dixit, Vehementer se timere, ne quid
 hostile subito molirentur: monuitque ut ef-
 fent cautiores, & protinus ipse vrbe egressus
 est. Quam rem consules ad senatum rettule-
 runt, qui tametsi nulla suspicio suberat, au-
 ctoritate tamen Tulli commotus, ut ante no-
 ctem Volsci abirent, decreuit. Quæ contume-
 lia irritati, facile impelli potuerunt ad re-
 bellandum. Ita mendacium versuti ducis
 simulatione benevolentia inuolutum, ducis
 simul populos fecellit: Romanum, ut in-
 fontes notaret: Volscum, ut deceptis irascere-
 tur.

A. V.
 cclxiv.
 Liu. 2.
 Plutarc.
 Coriol.
 Dion. 8.

DE STRATAGEMATIS.

C A P. IV.

ROMANORVM.

- 1 Tullij Hostilii regis.
- 2 Sexti Tarquinij L. F.
- 3 Obsessorum in Capitolio.
- 4 M. Liuii C. Claudij Coss.
- 5 Q. Metelli Macedonici.

EXTERNORVM.

- 1 Agathoclis Syracusanorum regis.
- 2 Annibalis Pœni.

Illā vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul remota, cuius opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, Græca pronunciatione Stratagemata dicuntur.

Omnibus militaribus copiis Tullo Hostilio Finedas aggresso; quæ surgentis imperij nostri incunabula crebris rebellionibus torpere passæ non sunt, finitimisq; trophæis ac triumphis aliam virtutem eius, spes suas ulterius promovere docuerunt, Metius Sufferius dux Albanorum, dubiam & suspectam semper societatis suæ fidem repente in ipsa acie detexit. Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle contedit, pro adiutore speculator pugnae futurus; ut aut victis insultaret, aut victores fessos aggrediretur. Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset; cum eodem tempore & hostes configere & auxilia deficere cernerent. Itaque ne id fieret, Tullus providit: concitato enim equo omnes pugnantium globos præcurrit, prædicans suo iussu secessisse Metium; cumque, cum ipse signum dedisset, inuasurum Fidenatium terga. Quo imperatoriae artis consilio metum fiducia mutavit; proque trepidatione, alacritate suo um pectora replevit.

At ne continuo à nostris Regibus recedam, Sex. Tarquinius Tarquinij filius indigne ferens quod patris virib. expugnari Ga-

I.

A. V.

xc.

Liv. 1.

Dion. 3.

II.

A. V.

ccxxv.

circa er.

bij

Liv. I.
Dion. 4.

bii nequirent, valentio rem armis excogita-
vit rationem, qua interceptum id oppidum
Romano imperio adijceret. Subito namque
se ad Gabinos contulit, tamquam parentis la-
uitiam & verbera, quae voluntate sua per-
pessus erat, fugiens: Ac paulatim uniuscuius-
que fictis & compositis blanditiis allicien-
do benevolentiam, ut apud omnes plurimum
posset, consecutus; familiarem suum ad pa-
trem misit, indicaturum, quemadmodum in
sua manu haberet uniuersa: & quaesiturum
quidnam fieri vellet. Iuuenili calliditati seni-
lis astutia respondit. Si quidem re eximia de-
lectatus. Tarquinius, fidei autem nuntij pa-
rum credens, nihil respondit; sed seducto eo in
hortum, maxima & altissima papauerum ca-
pita baculo decussit. Cognito adolescens si-
lentio patris, simul ac facto, causam altioris
argumenti peruidit: nec ignorauit praecipere
sibi ut excellentissimum quemque Gabinorum,
aut exilio summoueret, aut morte consume-
ret. Ergo spoliata bonis propugnatoribus
ciuitatem * tantum non uinctis manibus ei
tradidit.

* al. tan-
quam.
IV.
A. V.
ecllxiii.
Liv. 5.
Quid.
Fast. 6.

Illud quoque a maioribus & consilio pru-
denter, & exitu feliciter prouisum, cum ur-
be capta Galli Capitolium obsiderent; so-
lamque potiendi eius spem in fame obse-
sorum repositam animaduertent: Perquam
callido enim genere consilii, unico perseue-
rantiae irritamento victores spoliauerunt,
Panem

anes enim iacere compluribus ex locis ce-
 lerunt. Quo spectaculo obstupescidos, infi- *Vnde Ju-*
 ritamque frumenti abundantiam nostris su- *piter pictor*
 peresse credentes; ad pacationem omittendæ *appellatus*
 obsidionis compulerunt. Misertus est tunc *Laetant.*
 profecto Iupiter Romanæ virtutis, præsidium *Inst. I.*
 ab astutia mutuantis; cum in summa alimen-
 torum inopia, proiici præsidia inopiæ cerne-
 ret. Igitur ut vasto ita periculoso consilio sa-
 lutarem exitum dedit.

Idemque Iupiter postea præstantissimo-
 rum ducum nostrorum sagacibus consiliis
 propitius aspiravit: Nam cum alterum Italiæ
 latus Annibal laceraret, alterum inuasisset
 Asdrubal; ne duorum fratrum iunctæ copię
 intolerabili onere fessas simul res nostras
 virgerent, hinc Claudij Neronis vegetum
 consilium, illinc Liviij Salinatoris inelyta
 providentia effecit. Nero enim compresso à
 se in Lucanis Annibale, præsentiam suam
 (quoniam ita ratio belli * desiderabat) men-
 titus hosti; ad opem collegæ ferendam per
 longum iter celeritate mira tetendit. Salina-
 tor in Umbria apud Metaurum flumen pro-
 ximo die dimicaturus; summa cum dissimu-
 latione Neronem castris noctu recepit: Tri-
 bunos enim à tribunis, centuriones à centu-
 rionibus, equites ab equitibus, pedites à pedi-
 tib. excipi iussit: ac sine vlla tumultuatione,
 solo vix vnum exercitum capiente, alterum
 inseruit. Quo euenit, ne Asdrubal cum duo-
 bus

IV.

A. V.

dxlvi.

Liu. 27.

Pol. II.

Front. I. C. I.

* al. suado-
bat.

bus se consulibus proeliaturum prius sciret, quam ab utrisque prosterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas frustrata fuit: Rom. elusa prudentia. Annibalem Neroni, Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

V.

A. V.

Acxi.

L. Flor. 2. c.

17.

Fron. 1. c. 1.

simile quid

de Metello

Pio Auct.

de Viris il-

lustris. c. 1.

Memorabilis etiam consilij Q. Metellus. Qui cum pro cōsule bellum in Hispania aduersos Celtiberos gereret, urbemque Contrebiā caput eius gentis viribus expugnare non posset, intra pectus suum diu multumque consiliis agitatis, viam reperit, qua propositum ad exitum perduceret. Itinera magno imperu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat. Modo hos obsidebat montes, paullo post ad illos transgrediebatur. Cum interim tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinatae eius ac subitae fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amicissimo sibi, quid ita sparsum & incertum militiae genus sequeretur: Absiste, inquit, ista quærere: nam si huius consilii mei interiorē tunicam consciam sensero, continuo eam cremari iubebo. Quorsum igitur ista dissimulatio erupit? aut quem finem habuit? Postquam vero & exercitum suum ignorantia, & totam Celtiberiā errore implicauit; cum alio cursum direxisset, subito ad Contrebiā reflexit, eamque inopinatam & attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset, ad

vlti.

animam ei senectutem apud mœnia Con-
sbia armato sedendum foret.

EXTERN A.

Agathocles autem Syracusanorum rex I.
audaciter callidus. Cum enim urbem eius *Iustin. 2.*
maiore ex parte Carthaginenses occupas- *Diodor. de*
sent, exercitum suum in Africam traiecit: *rebus Ale-*
merum metu, vim vi discuteret, neque sine *xandri.*

effectu: Nam repentino eius aduentu percul-
si Pœni, libenter incolumitatem suam salute
hostium redimerunt: pactique sunt vteodem
tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis
armis liberaretur. Age si Syracusarum mœ-
nia tueri per seuerasset, illa belli malis vrge-
rentur, bona pacis fruenda secura Carthagi-
ni reliquisset. Nunc inferendo quæ parieba-
tur, dum alienas potius laceffit opes, quam
suas tueretur; quo æquiore animo regnum de-
seruit, eo tutius recepit.

Quid Annibal Cannensi proelio? nonne II.
prius quam ad dimicandum descenderet, a- *A. V.*
ciem populi Rom. compluribus astutiæ im- *dxxxvij.*
plicatam laqueis, ad tam miserabilem per- *Liu. 12.*
duxit exitum? Ante omnia enim prouidit, vt *Front. 2. c. 2.*
& solem & puluerem, qui ibi vento multus
excitari solet, aduersum haberet. Deinde
partem copiarum suarum inter ipsum præ-
lij tempus de industria fugere iussit: quam
cum à reliquo exercitu abruptam legio Ro-
mana sequeretur, trucidandam eam ab ijs,
quos in insidiis collocauerat, curauit. Po-
stremo

stremo quadringentos equites subornauit
 qui simulata transirione petierunt confes-
 sionem, à quo iussi more transfugarum deposi-
 tis armis in vltimam pugnae partem secede-
 re; districtis gladiis, quos inter tunicas & lo-
 ricas abdiderant, poplites pugnantium Ro-
 manorum cæciderunt. Hæc fuit Punica for-
 titudo, dolis & insidiis & fallacia instructa.
 Quæ nunc certissima circumuentæ virtutis
 nostræ excusatio est: quoniam decepti magis
 quam victi fuimus.

DE REPVL SIS.

CAP. V.

- 1 *Q. Ælii Tuberonis,*
- 2 *Scipionis Nasica.*
- 3 *L. Æmilii Paulli.*
- 4 *Q. Metelli Macedonici.*
- 5 *L. Cornelii Sulle.*
- 6 *M. Ratonis Vticensis.*

Campi quoque repræsentata condicio,
 ambitionem ingredientem vitam, ad fortius
 sustinendos parum prosperos comitorum e-
 uentus vtiliter instruxerit. Vt propositis an-
 te oculos clarissimorum virorum repulsis,
 non minore cum spe honores, ac prudentio-
 re cum animi iudicio petant: Meminerintq;
 nefas non esse, aliquid ab omnibus vni nega-
 ri: cum sæpenumero singuli cunctorum vo-
 luntatibus resistere fas esse duxerint. Scientes
 etiam, patientia quæri debere, quod gratia
 impetrari nequirit.

Q. Ælius

Q. Ælius Tubero, à Q. Fabio maximo, I.
 pulum populo nomine P. Africani patru A. V.
 dante, rogatus vt triclinium sterneret: dcxxix.
 ctulos Punicanos pellibus hædinis strauit Cic. pro
 pro argenteis vasis Samia exposuit. Cuius Murena.
 ei deformitate sic omnes offendit, vt cum Senec.
 loqui vir egregius haberetur, comitijsque epist. 96. &
 Prætoriiis candidatus in campum L. Paulo 99.
 ato, & P. Africano auunculo nixus descen-
 disse, repulsa inde notatus abierit. Nam vt
 priuatim semper continentiam probabant,
 ita publice maxima cura splendoris habita
 est: Quocirca non vnius conuiuij numerum
 sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens
 ciuitas: ruborem epuli suffragijs suis vindica-
 uit.

P. autem Scipio Nasica, togatæ potentæ II.
 clarissimum lumen, is qui consul Iugurthæ A. V.
 bellum indixit, qui matrem Idæam Phrygi- dcxlij.
 cis sedibus ad nostras aras focosque migran- Cicer. in
 tem sanctissimis manibus excepit: qui mul- Bruto
 tas & pestiferas seditiones auctoritatis suæ Sall. Iugurt.
 robore oppressit: quo principe senatus per A. V.
 aliquot annos gloriatus est: cū ædilitatē cu- dcviii.
 rulem adolescens peteret, manumque cu- Cic pro
 iusdam rustico opere duratam, more can- Plancio.
 didatorum tenacius apprehendisset; ioci gra-
 tia interrogauit eum, num manibus solit-
 us esset ambulare. Quod dictum à circum-
 stantibus exceptum, ad populum manauit,
 causamque repulsæ Scipioni attulit. Omnes

R

nam-

III.

A. V.

dxxvij.

Et dxxiix.

Et dxxcix.

dxxcvij.

Liv. 39.

Et 44.

Plut. Et

Auct. de

Viris illu-

stris. in vi-

ta.

IV.

A. V.

dcvij.

Et dcix.

Auct. de

Viris ill.

A. V.

dcvij.

Appian.

Punic.

A. V.

dclvi.

Pausan.

Achanc.

iust 34.

Zonaras

namque rusticæ tribus paupertatem sibi a
eo exprobatam iudicantes, iram suam ad
uersus contumeliosam eius urbanitatem di-
strinxerunt. Igitur ciuitas nostra nobilium
iuuenum ingenia ab insolentia reuocando
magnos & vtilis ciues fecit, honoribusque
non patiendo eos à securis peti, debitum au-
toritatis pondus adiecit.

Nullus error talis in L. Æmilio Paulo
conspicuitur: sed tamen aliquoties fru-
strum consulatum petijt. Idemque cum iam can-
didum repulsis suis fatigasset, bis consul-
tor factus, amplissimum dignitatis gra-
dum obtinuit. Cuius virtutem iniuriæ non
fregerunt, sed acuerunt. Quoniam quidem
ipsa nota accensus, cupiditatem summi ho-
noris ardentiolem ad comitia detulit in
populum, quia nobilitatis splendore & an-
imi bonis mouere non poterat, petrisque
vinceret.

Quæ autem Cæcilium Metellum pauca
mœsti amici consulatus repulsa afflatum, p-
stitia ac rubore plenum; domum reduxerunt
quem de Pseudo Philippo triumphantem
niuersus senatus lætum & alacrem in Cap-
itolium profecutus erat. Achaici etiam bo-
li, cui summam manum L. Mammius ad-
cit, maxima pars ab hoc viro profligata fu-
rat. Eine ergo populus consulatum nega-
potuit, cui mox duas clarissimas provincias
aut debebat aut erat debiturus? Et quide-

hoc facto, meliore eo ciue vsus est. Intelle-
 rit enim quam industrie sibi gerendus esset
 consulatus, quam tanto labore impetrari
 conferat.

Quid tam excellens, quid tam opulentū,
 quam L. Sulla? Diuitias & imperia largitus *V.*
 est, leges vetustas abrogauit, nouas tulit: Hic *Plut. in vi-*
 quoque in eo campo, cuius postea dominus *ta. Appian.*
 extitit, repulsa Præturæ sugillatus est omnia *Ciui. I.*
 loca petiti honoris, si quis modo decorum *A. V.*
 formam & imaginem futuræ eius potentiæ *delix.*
 populo Rom. representasset, impetraturus. *Plutare.*
 Sed vt comitiorum maximum crimen re- *ibidem.*
 feram, M. Portius Cato plus moribus suis *VI.*

præturæ decoris adiecturus, quam prætexta *A. V.*
 eius splendoris ipse laturus, consequi illam à *Plutare.*
 populo aliquando non potuit. proxima de- *in vita*
 mentia suffragia, quæ satis quidem graues *Senec. ad*
 pœnas erroris sui pependerunt: quoniã quæ *Albinam*
 honorem Catoni negauerant, Vatinius dare
 coacti sunt. Ergo si vere æstimare volumus,
 non Catoni tunc prætura, sed præturæ Cato
 negatus est.

DE NECESSITATE.

CAP. VI.

- 1 Populi Rom. post cladem Cannensem.
- 2 Casilinum in obsidione.
- 3 Prænestinorum militum in eadem obsi-
dione.
- 4 Populi Rom. bello Mariano.
- 5 C. Caesaris ad Mundam.

6 *Populi Asiatici bello Part.*

EXTERNORVM.

1 *Cretensium à Q. Metello obsessorum.*2 *Numantinorum à P. Scipione.*3 *Calagurritanorum à Cn. Pompeio.*

I.

A. V.

dxxxvii.

Liu. 22.

Macrob.

Sat. I.

Abominadæ quoque necessitatis amarissimæ leges, & truculentissima imperia, tum Urbem nostram, tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum, sed etiam auditu grauiâ perpeti coegerunt.

Nam aliquot aduersis præliis secundo Punico bello exhausta militari iuuentute Romana, senatus auctore Ti. Graccho consule design. censuit vt publice serui aduersus propulsandorum hostium impetum emerentur: Eaque de re per tribunos plebis ad populum lata rogatione, tres creati sunt viri, qui quatuor & viginti millia seruorum comparauerunt: adactosque iureiurandâ strenuam se fortemque operam daturorum.

* al. trecentis.

Quoad pœni essent in Italia, datis armis in caltra miserunt. Ex Apulia quoque & Fidiulis septuaginta atque * ducenti ad supplementum equitatus sunt empti. Quam violentia est casus acerbi. Quæ ciuitas ad id tempus ingenuæ quoq; originis capite cœcos habere milites fastidierat; eadem cellis seruilibus extractæ corpora, & à pastoralibus casis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui suo adiecit. Cedit ergo interdum generosus spiritus vt

litat

litati, & fortunæ viribus succumbit: vbi ni-
 futiora elegerit consilia, speciosa sequen-
 ti concidendum est. Cannensis autem cla-
 des adeo urbem nostram vehementer confu-
 dit, vt M. Iunij opera dictaturo temp. admi-
 nistrantis spolia hostium affixa templis, deo-
 rum numini consecrata, instrumento mili-
 riæ futura conuellerentur, ac prætextati
 pueri arma induerent: addictorum etiam,
 & capitali crimine damnatorum sex millia
 conscriberentur. Quæ si per se aspiciantur, al-
 iquid ruboris habent: si autem admotis ne-
 cessitatis viribus ponderentur, sæuitiæ tem-
 poris conuenientia præsidia videbuntur.
 Propter eandem cladem senatus Otacchio,
 qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui
 Sardiniam pro prætoribus obtinebant, que-
 rentibus quod neque stipendium neque fru-
 mentum classibus eorum & exercitibus so-
 cij præberent: Affirmantibus etiam, ne ha-
 bere quidem eos, vnde id præstare possent,
 rescripsit, ærarium longinquis expensis non
 sufficere: Proinde, quo pacto tantæ inopiæ
 succurrendum esset, ipsi viderent. His lite-
 ris quid aliud quam imperij sui gubernacu-
 la è manibus abiecit? Siciliamque & Sardi-
 niam, benignissimas urbis nostræ nutrices,
 gradus & stabilimenta bellorum, tam mul-
 to sudore & sanguine in ius ac potestatem
 redactas, paucis verbis, te scilicet necessitate
 iubente, dimisit.

A. V.

dxxxvij.

Lin. 22.

Zonaras

A. V.

dxxxvij.

Lin. 23.

II.

A. V.
dxxxvij.
Liu. 23.

Eadem Casilinae obsidione Annibalis clausos, alimentorumque facultate defectos, loca necessariis vinculorum visibus subducta, eaque scutis detractas pelles seruenti resoluta aqua, mandere voluisti. Quid illis, si acerbiter casus intueare, miserius? si constantiam respicias, fidelius? qui ne à Romanis desciscerent, tali cibi genere uti sustinuerunt, cum pinguiissima arua sua fertilissimosque campos mœnibus suis subiectos intuerentur. Itaque Campanæ urbis, quæ Punicam fertilitatem delicijs suis cupide fouit, in propinquo situm Casilinum modo rara virtute clarum, perseverantis amicitiae pignore impios oculos verberavit.

III.

A. V.
dxxxvii.
Liu. 23.

Front. 4. c. 5.
Plin. 8. c. 57.
Strab. 5.

In illa obsidione & fide, cum trecenti Praenestini permanerent, euenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius denarijs vendere, quam ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo, deorum providentia & venditori & emptori, quem uterque merebatur exitum, attribuit. Auaro enim famo consumpto, manubijs sordium suarum frui non licuit: æqui animi vir, ad salutarem impensam faciendam, care quidem, verum necessarie comparato sibi vixit.

IV.

A. V.
dclxxi.

C. autem Mario & Cn. Carbone consulibus, bello ciuili cum L. Sulla dissidentibus, quo tempore non reip. victoria quærebat, sed præmium victoriæ res erat publica; senatus consulto aurea atque argentea templo-

plorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata sunt. Digna enim erat causa, hinc an illi crudelitatem suam pro-
scriptione civium satiarent, ut dij immortales spoliarentur. Non ergo patrum conscri-
ptorum voluntas, sed teterrima necessitas truculenta manus illi consulto stylum im-
pressit,

Diui Iulij exercitus, idem inuicti ducis
inuicta dextra, cum armis Mundam clau-
sisset, aggerique extruendo materia defice-
ret, congerie hostilium cadauerum quam
desiderauerat altitudinem instruxit. Eamque
tragulis & pilis, quia roboreæ fudes deerant,
magistra nouæ molitionis necessitate vsus
vallauit.

V.
A. V.
dccviii.
Hirtius.
de bello
Hisp.
Dion. lib. 43
VI.

Atque ut diuinam filij mentionem cæle-
stis patris recordationi subnectam: cum ef-
fusus se in nostras prouincias Parthorū rex
Phraates videretur, vicinæque imperio eius
regiones subita indicti tumultus denuntia-
tione quaterentur: tanta in Bosphorano
tractu commeatus penuria incessit, uti à
militibus, singulis olei frumentique modiis
totidem mancipia permutarentur. Sed ama-
rissimam tempestatem Augusti cura, tutelæ
tunc terrarum vacans dispulit.

A. V.
dcccxxxiii.
circiter.
I.

EXTERN A.

Cretensibus nihil tale præsidij affulsit; qui
obsidione Metelli ad vltimam vsque penu-
riam compulsi, sua iumentorumque suo-
rum

A. V.
dcccxxv.
Lin. 99.

rum vrina sitim torserunt, iustius dixerim, quam sustentarunt: Quia dum vinci timēt id passi sunt, quod eos ne victor quidem patii coëgisset.

II.

A. V.

dccc.

Liu. 95.

Flor. 2. c. 18.

Appian.

Iberic.

Numantini autem à Scipione vallo & aggere circumdari, cum omnia quæ famem eorum trahere poterant, consumpsissent; ad vltimum humanorum corporum dapibus vsi sunt. Quapropter capta iam vrbe, complures inuenti sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. Nulla est in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit, sic viuerere necesse non fuit.

III.

A. V.

dcccxi.

Flor. 3. c. 22.

Oros. 5. c. 23.

Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum execrabilis impietas supergressa est: Qui pro perseuerantius interempti Sertorii cineribus, obfidionem Cn. Pompeii frustrantes, fidem præstarent; quia nullum iam aliud in vrbe eorum supererat animal, vxores suas natoque ad vsum nefariæ dapis verterunt. Quoque diutius armata iuuentus viscera sua visceribus suis aleret, in felices cadauerum reliquias salire non dubitauit. Eamne vniquæ aliquis in acie hortaretur, vt pro salute coniugum & liberorum fortiter dimicaret? Ex hoc nimirum hoste, tanto duci pœna magis quam victoriæ petenda fuit: quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriæ afferre potuit, cum omne serpentum ac ferarum

ge.

C A P. VII. DE TESTAM. RESC. 393
genus comparatione sui titulo feritatis, su-
perarit: Nam quæ illis dulcia vitæ pigno-
ra proprio spiritu chariora sunt, ea Ca-
lagurritanis prandia atque cœna extite-
runt.

DE TESTAMENTIS.

rescissis.

C A P. VII.

1. *Patris qui filium exheredauerat.*
2. *M. Anneij Carseolani.*
3. *C. Tetti.*
4. *Septitia Trachalorum matris.*
5. *Terentij cuiusdam.*
6. *Nauiani cuiusdam.*
7. *Iuencij cuiusdam.*

Vacemus nunc negotio quod actorum
hominis & præcipuæ curæ & vltimi est tem-
poris: consideremusque quæ testamenta aut
rescissa sunt legitime facta; aut cum merito
rescindendi possent, rata manserunt: quæue ad
alios quam qui expectabant, honorem hæ-
reditatis transfulerunt.

Atque ista, vt ordine, quo proposui, ex-
quar: militantis cuiusdam pater, cum de
morte filij falsum è castris nuncium acce-
pisset, alijs hæredibus scriptis decessit. Pera-
ctis deinde stipendijs, adolescens reuersus,
domum errore patris: impudentiaque ami-
corum, sibi clausam reperit. Quid enim il-
lis inuerecundius? florem iuuentæ pro rep.
absumpserat, maximos labores & plurima

I.
*Cicer. de
Orat.*

pericula tolerauerat, aduerso corpore exceptas ostēdebat cicatrices: & postulabat, ne auitos eius lares otiosa ipsi vrbi onera possiderent. Itaque depositis armis, coactus est in foro rogatam ingredi militiam. Acerbe, cum improbissimis enim hæredibus de paternis bonis apud cētum uiris contendit: omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententijs superior discessit.

II.

Item M. Annius M. Carcolani splendidissimi equitibus Romani filius, à Sufenate auunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centum uiros rescidit, cum in eo Tullianus Pompeij Magni familiaris, ipso quidem Pompeio signatore, hæres scriptus esset. Itaque plus illi in iudicio cum excellentissimi uiri gratia, quam cum parentis cineribus negotij fuit: Cæterum quamuis vtraque hæc aduersus eum nitentur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Anneius sanguine sibi coniunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt: tamen si præcipuis eo tempore Magni uiribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterāt. Et aliquantulum adiuuabat hæredes, quod M. Anneius in Sufenatis familiam ac sacra transferat: sed arctissimum inter homines procreationis vinculum, patris simul

A. V.

dccc.

circiter.

CAP. VII. DE TESTAM. RESC. 395
voluntatem, principis viri auctoritatem su-
peravit.

C. autem Tertium infantem à patre ex-
heredatum, Petronia matre, quam Tertius
quoad vixit, in matrimonio habuerat, na-
tum, Diius Augustus in bona paterna ire de-
creto suo iussit: patris patriæ animo usus:
Quoniam Tertius in proprio iure procreato
filio, summa cum iniquitate paternum no-
men abrogauerat.

III.

Septicia quoq; mater Trachalorum Ari-
minensium filiis irata, in contumeliam eo-
rum, cum iam parere non posset, Publicio
seni admodum nupsit, testamento etiam
vtrumque præterit: A quibus aditus Diius
Augustus, & nuptias mulieris, & supre-
ma iudicia improbavit. Nam hæreditatem
maternam filios habere iussit dotem, quia
non * creandorum liberorum causa coniu-
gium intercesserat, virum retinere vetuit.

IV.

* al. quaren-
dorum libe-
rorum.

Si ipsa æquitas hac de re cognosceret, posset
ne iustius aut grauius pronunciare? Spernis
quos genuisti: nubis effœta: testamenti or-
dinem violente animo confundis: neque
erubescis ei totum patrimonium addicere,
cuius polluto iam corporei marcidam se-
nectutem tuam subtrauisti. Ergo dum sic
te geris, ad inferos vsque cœlesti fulmine af-
flata es.

V.

Egregia est quoque C. Calpurnii Pisonis A. V.
prætoris Urb. Constitutio. Cum enim ad *dcxxxij.*
R 6 cum.

eum Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exheredatum se querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque lege agere passus non est. Mouit profecto Pisonem patria maiestas, donum vitæ, beneficium educationis: sed aliquid etiam flexit circumstantium liberorum numerus, quod cum patre septem fratres impie exheredatos videbat.

VI.

A. V.
dclxxvi.

Quid Mamerci Æmilii Lepidi consulis. quam graue decretum? Genucius quidam, Matris Magnæ Gallus, à Cn. Oreste prætor Urbis impetrauerat, vt restitui se in bona Næuiani iuberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus à Surdino, cuius libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam iurisdictionem abrogauit: quod diceret Genucium, amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum neque mulierum numero haberi debere. Cōueniens Mamercus, conueniens principi senatus decretum, quo prouisum est ne obscœna Genuscii præsentia, inquinataque voce tribunalia magistratuum sub specie petiti iuris polluerentur.

VII.

A. V.
dccc.

*alVibieni.

Multo Q. Metellus prætorem urbanum seueriorem egit, quam Orestes gesserat. qui Vecilio lenoni bonorum* Iuuentii possessionem secundum tabulas testamenti non

CAP. VIII. DE RATIS TESTAM. 397
dedit? quia vir nobilissimus & grauiissimus,
fori ac lupanaris separandam condicionem
existimauit: Nec aut factum illius compro-
bare voluit, qui fortunas suas in stabulum
contaminatum proiecerat: aut huic tanquā
intero ciui iura reddere, qui se ab omni ho-
nesto vitæ genere abruperat.

DE RATIS TESTAMENTIS.

& insperatis.

CAP. VIII.

1. *Sempronij Tuditani.*
2. *Æbucia.*
3. *Q. Metelli.*
4. *Fratris Pompeij Rhegini.*
5. *Q. Cæcili.*
6. *T. Marii.*
7. *L. Valerii Hephachordi.*
8. *T. Barruli.*
9. *M. Popillii.*

His rescissorum testamentorum exemplis
contenti attingamus ea quæ rata manserunt,
cum causas haberent propter quas rescindi
possent.

Quam certæ, quam etiam notæ insaniz
Tuditanus, utpote qui * populo nummos
sparserit, togamque velut tragicam vestem
in foro trahens, maximo cum hominum ri-
su conspectus fuerit, ac multa his consenta-
nea fecerit. Testamento is filium instituit
hæredem, quod Ti. Longus sanguine proxi-
mus, hastæ iudicio subuertere frustra cona-

I.
Cicer.
Philip. 3.
* al. publice.

tus est. Magis enim centum viri, quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt.

II.

Vita Tuditani demens: Æbucix autem, quæ L. Menenij Agrippæ vxor fuerat, tabulæ testamenti plenæ furoris. Nam cum haberet duas simillimæ probitatis filias Plætoriam & Afraniam: animi sui potius inclinatione prouecta, quam vllis alterius iniurijs aut officijs commota. Plætoriam tantummodo hæredem instituit: Filiis autem Afraniæ ex suo admodum amplo patrimonio viginti millia nummum legauit. Afrania tamen cum sorore sua sacramento contendere noluit, testamentumque matris, patientia honorare, quam iudicio conuellere satius esse duxit. Eo se ipsa indigniorem iniuria ostendens, quo eam æquiore animo sustinebat.

III.

*Fortè igitur
hic Q. Metellus
nepos
cuius vxor
P. Clodij
soror fuit.
Vt ex Cic.
Calian.
collegimus.*

Minus mirandum errorem muliebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis eiusdem nominis viris in vrbe nostra vigentibus, Claudiorum etiam familia quam arctissimo sanguinis vinculo continebat, florente, Carrinatem solum hæredem reliquit: nec hocce eius testamentum ququam attentauit.

Item Pompeius Rheginus, vir transalpinæ regionis, cum testamento fratris præteritus esset, & ad coarguendam iniquitatē eius binas tabulas testamentorum suorum in comitio

incisas, habita vtriusque ordinis maxima frequentia, recitasset; in quibus magna ex parte hæres frater erat scriptus, prælegebaturque ei centies & quinquagies sestertiū: murum ac diu inter assentientes indignationis suæ amicos questus, quod ad hastæ iudicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est. Et erant ab eo instituti hæredes, neque sanguine patrio pares, neque proximi: sed & alieni & humiles: vt non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset.

Æque felicitis impunitatis, sed nescio an
 V.
 terrioris hæc delicti testamenta. Q. Cæcilius *Cornel.*
 L. Luculli promptissimo studio, maximaque *Nepos in*
 liberalitate, & honestum dignitatis gradum, *Attici vitæ*
 & amplissimum patrimonium cōsecutus: cū
 præ se semper tulisset, vnum illum sibi * esse * *al. fore.*
 hæredem, moriens etiam annulos ei suos tra- *A. V.*
 didisset, Pomponium Articum testamento *dcxxv.*
 adoptauit, omniumque bonorum reliquit *C. c. ad At-*
 hæredē. Sed fallacis & insidiosi cadauer pop. *tic. lib. 3. e-*
 Rom. ceruicibus recte circumdarum, per viam *pist. 20.*
 traxit: Itaque nefarius homo filium quidem
 & hæredem habuit quem voluit: funus au-
 tem & exequias quales meruit.

Neque aliis dignus fuit T. Marius Vrbi-
 nas, qui ab infimo militiae loco, beneficiis
 Diui Augusti imperatoris ad summos ca-
 strensēs honores perductus, eorumque v-
 berrimis quæstibus locuples factus; non so-
 lum.

lum cæteris vitæ temporibus ei se fortunas suas relinquet à quo acceperat, prædicauit; sed etiam pridie quam expiraret idem istud ipsi Augusto dixit: cum interim ne nomen quidem eius tabulis testamenti adiecerit.

VII.

L. Autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, togarum hostem Cornelium Balbum expertus, utpote opera eius & consilio compluribus priuatis vexatus litibus, ad vltimumque subiecto accusatore capitali crimine accusatus: præteritis aduocatis & patronis suis, solum hæredem reliquit: nimia consternatione, quæ animum eius transfuersum egit, deprauatus. Amavit enim sordes suas & dilexit pericula, & damnationem votis expetiuit: auctorem harum rerum beneuolentia propulsores odio insecutus.

VIII.

T. Barrulus, Lentulo Spintheri cuius amantissimum animum liberalissimamque amicitiam senserat, decedens suos annulos perinde atque vnico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conscientia, (si modo vires, quas habere creditur, possidet) à terribissimo homine supplicium exegit. Inter ipsam enim fallacis & ingratae culpæ cogitationem spiritum posuit, quasi torrore aliquo mentem eius, intus cruciante: Quod animaduertebat è vita ad mortem transitum suum, in superis diis inuisum esse, & inferis detestabilem futurum.

M. vero

M. vero Popillius senatorij ordinis Oppidum Gallam ab incunte ætate familiarissimum sibi moriens, pro vetusto iure amicitiae, & vultu benigno respexit, & verbis magnum præ se amorem ferentibus profecurus est. Vnum etiam de multis, qui affidebant, ultimo complexu & osculo dignum iudicavit; † insuperque annulos suos ei tradidit: videlicet: ne quid ex ea hæreditate, quã nõ erat adiuturus, amitteret. Quos ocyus vir diligens, sed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repositos, & præsentibus * assignatos; diligētissime hæreditibus illius, ex hæres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius? aut quid intemptivius? Senatorem populi Rom. Curia egressum homo vitæ fructibus continuo cariturus, sanctissimæ iura familiaritatis morte pressis oculis, & spiritu supremos anhelitus reddente, scurrili lusu sugillanda sibi desumpsit.

† *al. similiterque.*

* *obsignatos forte.*

VALERII MAXIMI

LIBER VIII.

DE IUDICIIS PUBLICIS in signibus..

CAP. I.

QUIBUS ABSOLVTI..

1. *M. Horatius Tergeminus.*
2. *Ser. Sulpicius Galba.*

3. *A. Calpurnius*

- 3 *A. Gabinius.*
- 4 *P. Claudius Pulcher.*
- 5 *Tuccia virgo Vestalis.*
- 6 *L. Calpurnius Piso.*
- 7 *Q. Flavius augur.*
- 8 *C. Cosconius Callidianus.*
- 9 *A. Atilius Calatinus.*
- 10 *M. Aemilius Scaurus iunior.*
- 11 *L. Aurelius Cotta.*
- 12 *Callidius Bononiensis.*
- 13 *Clœlij duo T. F. Tarracinenses.*

DAMNATI.

- 1 *L. Scipio Asiaticus.*
- 2 *C. Decianus.*
- 3 *Sex. Titius.*
- 4 *Claudia Ap. Caci F.*
- 5 *M. Mu'nius Cn. Lollius, L. Sextilius viri.*
- 6 *P. Villius 3. vir.*
- 7 *M. Æmilius Porcina.*
- 8 *Paterfamilias quidam.*

AMBUSTÆ DVÆ.

- 1 *Mulier matricida.*
- 2 *Materfamilias quadam.*

ABSOLVTI.

Nunc quoque vt æquiore animo ancipites iudiciorum motus tolerētur recordemur inuidia laborantes, quibus de cauffis aut absoluti sunt, aut damnati.

M. Horatius interfectæ sororis crimine a Tullo rege damnatus, ad populum prouocato

caro iudicio absolutus est. Quorum alterum atrocitas necis movit, alterum causa flexit: quae immaturum virginis amorem severe magis quam impie punitum existimabat. Itaque forti punitione liberata fratris dextera, tantum consanguineo, quantum hostili cruore gloriae haurire potuit.

A. V.
xxxvij.
circiter.
Lin. I.
Dion. 3-

Acrem se tunc pudicitiae custodem populus Rom. postea plus iusto placidum iudicem praestitit. Cum a Libone tribun. pleb. Ser. Galba pro rostris vehementer increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide praetor in Hispania interemisisset; actioni quoque tribuniciae M. Caro ultimae se-nectutis, oratione sua, quam in Origenes retulit, subscriberet: reus pro se iam nihil reculans, paruulos liberos suos, & Galli sanguine sibi coniunctum filium, flens commendare coepit: Eoque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, paene nullum triste suffragium habuit. Misericordia ergo illam quaestionem non aequitas texit: quoniam quae innocentiae tribui nequiebat absolutio, respectu puerorum data est.

II.
A. V.
dciv.
Lin. 49:
Cic. de
Orat. 5
Bruto pro
Murena

Consentaneum est quod sequitur.

A. Gabinis in maximo infamiae suae ardore suffragiis populi C. Memmio accusatore subiectus, abruptae esse spei videbatur: quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat, & defensionis praedia inualida fi-

III.
A. V.
dcccix.

de

*Cic. ad**Attic. 4. ad**Q. frat. 3.**epist. 1.*

denitebantur: & qui iudicabant, ira præcipiti, pœnam hominis cupide expetebant. Victor igitur & carcer ante oculos obuersionibus; cum interim omnia ista propitiæ fortunæ interuentu dispulsa sunt. Filius namque Gabinij Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmij supplex prostravit: inde aliquod fomentum procellæ petens, undetosus impetus tempestatis eruperat: quem truci vultu à se victor insolens repulsum, excusso è manu annulo humi iacere aliquamdiu passus est. Quod spectaculum fecit, vt Lælius tribun. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet; ac documentum daretur, neque secundarum rerum prouentu insolenter abuti, neque aduersis propere quemquam debilitari oportere.

IV.

A. V.

*div.**Cic. de Di-**uin. 1. & de**Nat. deorū**2. Polyb. 1.**Zonaras, Io-**ne tonante**comitia di-**rimebantur*

Idque proximo exemplo æque patet. P. Claudius nescio religionis maior, an patriæ iniuria (siquidem illius vetustissimum morem neglexit, huius pulcherrimam classem amisit) infesto populo obiectus, cum effugere debitam pœnam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione: discussa enim quietione; aliam velut diis interpellantibus, de integro instaurari non placuit. Ita cui maritima tempestas causæ dictionem contraxerat, cælestis salutem attulit.

V.

Eodem auxiliij genere Tuccia virginis Vesta

Vestalis incesti criminis reæ castitas infamiæ
nube obscurata emerfit: quæ conscientia cer-
tæ sinceritatis suæ, spem salutis ancipiti ar-
gumento ausa petere est. Arrepto enim cri-
bro, Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper
admouui manus, effice, vt hoc hauriam è Ti-
beri aquam, & in ædem tuam perferam. Au-
daciter & temere iactis votis sacerdotis, re-
rum ipsa natura cessit.

Item L. Pispo à P. Claudio Pulchro accu-
satus, quod graues & intolerabiles iniurias
sociis intulisset: haud dubiæ ruinæ metum
fortuito auxilio vitauit. Namque per idi-
psum tempus, quo tristes de eo sententiæ fe-
rebantur, repentina vis nimbi incidit. Cum-
que prostratus humi pedes iudicum oscula-
retur; os suum cœno repleuit. * Quod con-
spectum, totam quæstionem a seueritate ad
clementiam & mansuetudinem transtulit:
quia satis tam graues eum pœnas sociis de-
disse arbitrati sunt huc deductum necessita-
tis; vt abiicere se tam suppliciter aut atrolle-
re tam deformiter cogeretur.

Subnectam duos accusatorum suorum
culpa absolutos Q. Flavius augur à C. Vale-
rio ædile ad populum reus actus, cum qua-
tuordecim tribuum suffragiis damnatus es-
set, proclamauit se innocentem opprimi. Cui
Valerius æque clara voce respondit, nihil sua
interesse, nocēsne an innoxius periret, dum-
modo periret. Qua violentia dicti, reliquas

A. V.
dcix.

Plin. 23.

ca. 2.

D. August.

de Ciuit. 10.

c. 16.

Dionys.

Halic. 2.

VI.

dxciv.

* al. Quo
conspicue

VII.

A. V.

cdxxv.

Liu. 8.

tribus aduersario donauit. Abiecerat inimicum: eundem, dum pro certo pessundatum credidit, erexit: victoriamque in ipsa victoria perdidit.

VIII.

A. V.

dcli.

* al. Laberij

C. etiam Cosconium Seruilia lege reum, propter plurima & euidentissima facinora, sine vlla dubitatione nocentem, * Valerij Valentini accusatoris eius recitatum in iudicio carmen, quo puerum prætexitatum, & ingenuam virginem à se corruptam poëtico ioco significauerat, erexit. Siquidem iudices iniquum rati sunt, cum victorem dimittere; qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. Magis ergo Valerius in Cosconij absoluteione damnatus, quam Cosconius in caussa sua liberatus est.

IX.

Attingam eos quoque quorum salus propriis obruta criminibus, proximorum claritati donata est. A. Atilium Calatinum Soranorum oppidi prodicione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo, Q. Maximi soceri pauca verba subtraxerunt: quibus affirmavit, si in eo crimine sonitem illum ipse comperisset, dirempturum se fuisse affinitatem. Continuo enim populus pænciam exploratam sententiam suam vnius iudicio concessit: indignum ratus eius testimonio credere, cui difficillimis reipublicæ temporibus bene se exercitus credisse meminerat.

X.

M. quoque Æmilius Scaurus repetundarum reus

reus, adeo perditam & comploratum defensionem in iudicium attulit, ut accusator diceret, lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seq; non recusare quo minus absolueretur, si totidem nomina sset, quibus in provincia nihil abstulisset. Licet tam bona condicione uti non potuerit; tamen propter verustissimam nobilitatem, & recentem memoriam patris, absolutus est.

Sed quemadmodum splendor amplissimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit; ita in opprimendis non sane multum potuit. Quin etiam euidenter notis, dum eos acrius impugnat, profuit. P. Scipio Æmilianus L. Cottam ad prætorem accusauit. Cuius causa, quanquam grauissimis criminibus erat confossa, septies * ampliata, & ad vltimum octauo iudicio absoluta est. Quia homines sapientissimi verebantur ne præcipuæ accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Quos hæc secum locutos crediderim: Nolumus caput alterius petentem, in iudicium triūphos, & trophæa, spoliaque, ac deuictarum nauium rostra deferre: Terribilis si is aduersus hostem: cuius vero salutem, tanto * fulgore gloriæ subnixus, ne insequatur.

Tam vehementes hi iudices aduersus excellentissimum accusatorem, quam illi mitius in longe inferioris fortunæ reo. Callidius

A. V.
dcccix.Padian. in
Scaurian.Cic. ad
Attic. 4.

XI.

A. V.
dcccij.Padian.
Cicer.Verr. 1. c.
pro Murena
* al. dilata.

† al. fragora.

XII.

dus Bononiensis in cubiculo mariti noctu
deprehensus, cum ob id causam adulterij di-
ceret, inter maximos & grauissimos infamiae
fluctus emerit, tamquam fragmentum nau-
fragij, leue admodum genus defensionis am-
plexus. Affirmavit enim se ob amorem pueri
serui eo esse perductum. Suspectus erat locus,
suspectum tempus, suspecta matris familiae
persona, suspecta etiam adolescentia ipsius:
sed crimen adulterij, libidinis intemperantis
confessio liberauit.

XIII.

A. V.

dclx.

sirciter.

Cic. pro

Sex.

Roscio.

Remissioris hoc illud aliquanto grauior-
ris materiae exemplum. Cum parricidii causam
duo fratres Claelij dicerent, splendido P.
Tarracinæ loco nati, quorum pater T. Claeli-
us in cubiculo quietens, filiis altero lecto
cubantibus erat interemptus: neque aut ser-
uus quisquam aut liber inueniretur, ad quem
suspicio cadis pertineret. hoc vno nomine
absolati sunt, quia iudicibus planum factum
est, illos aperto ostio inuentos esse dormien-
tes. Somnus innoxiae securitatis certissimus
index miseris opem tulit. Iudicatum est enim
rerum naturam non recipere, vt occiso patre
supra vulnera & cruorem eius, quietem cape-
re potuerint.

DAMNATI.

I.

A. V.

dclxvi.

Percurremus nunc eos, quibus in causis
dictione, magis quæ extra quaestionem
rant, nocuerunt; quam sua innocentia opem
tulit. L. Scipio post speciosissimum trium-
phum

phum de rege Antiocho ductum, perinde ac pecuniam ab eo accepisset, damnatus est. *Liu. 38.*
Non puto quod pretio corruptus fuerat, ut *Plutarc.*
illum totius Asiae dominum & iam Europae *Caton.*
victrices manus injicientem, ultra Taurum *Appian.*
montem summoveret: sed alioqui vir sice- *Syriaca.*
tissimae vitae, & ab hac suspitione procul re-
motus, invidiae, quo tunc in duorum fra-
trum inclytis cognominibus habitabat, resi-
stere non potuit.

At Scipioni quidem maximus fortunae *II.*
fulgor, C. autem Deciano spectatae integri *A. V.*
tatis viro, vox sua exitium attulit. Nam cum *dcliiii.*
P. Furium inquinatissimae vitae pro Roftris *Cicer.*
accusaret, quia quadam in parte actionis de *pro C Ra-*
morte L. Saturnini queri ausus fuerat: nec *birio &*
eum damnavit, & insuper ei poenas addictas *L. Flacc.*

III.
Sex. quoque Tertium similis casus prostra- *A. V.*
vit: Frat innocens, agraria lege lata gratio- *dclv.*
sus apud populum. Tamen quia Saturnini *Cic. pro.*
imaginem domi habuerat suffragiis cum to- *C. Rab.*
cognitio oppressit. *IV.*

Adjiciatur his Claudia, quam infontem *A. V.*
rimine, votum impium subvertit: Quia cum *dvii.*
ludis domum rediens turba elideretur, op- *Liu. 19.*
tauerat ut frater suus maritimarum virum no- *Gell 10.c.6.*
tarum praecipua iactura reuiuisceret; sepius *Sueton.*
que consul factus, infelici ductu nimis ma- *Tiber.*
nam urbis frequentiam minueret.

Possumus & ad illos breui diuerticulo *V.*

S trans-

A. V.
dxxxv.

Frag.

Diarij anti-
tiqui memi-
nit incendii
in Sacra
via.

VI.

A. V.
dxcviii.

VII.

A. V.
dxcvi.

VIII.

* al. fieri.

A. V.
dxx.

transgredi, quos leues ob causas damna-
tionis incursum abripuit. M. Muluius, Cn.
Lollius, L. Sextilius triumviri, quod ad incen-
dium in Sacra via ortum extinguendum tar-
dius venerat, trib. pleb. die dicta ad populum
damnati sunt.

Item P. Villius triumvir nocturnus à P. A-
quillio trib. pleb. accusatus; populi iudicio
concidit: quia vigilias negligentius circum-
ierat,

Admodum seueræ notæ & illud populi iu-
diciu, cum M. Æmilium Porcinam, à L.
Cassio accusatum crimine nimis sublime ex-
tractæ villæ in Alfiensi agro, graui malicia
affecit.

Non suppressenda illius quoque damna-
tio, qui pueruli sui nimio amore corruptus
rogatus ab eo ruri vt omasum in cœnam
ferri iuberet, cū bubulæ carnis in propinquo
emendæ nulla facultas esset; domito boue
occiso, desiderium eius expleuit. Eoque no-
mine publica quæstione afflictus est: inno-
cens nisi tam prisco natus esset.

A M B V S T Æ.

Atque vt eos quoque referamus qui in di-
scrimen capitis adducti, neque damnati ne-
que absoluti sunt, Apud M. Popillium L.
natem prætorem quædam, quod matrem su-
am interemerat, causam dixit: de qua ne-
sciam in partem latæ sententiæ sunt. Quia
bunde constabat, eandem veneno necato

CAP. I. DE IVDIC. PVP LICIS. 411
rum liberorum dolore commotam, (quos
anix filix infensa sustulerat) parricidium vl-
tam esse parricidio. Quorum alterum vl-
tione dignum, alterum absolutione non di-
gnum iudicatum est.

Eadem hæsitatione P. Dolabellæ procon-
sulari imperio Asiam obtinentis, animus II.
flactuatus est. Materfamilias Smyrnæa vi- A. V.
rum & filium interemit, cum ab his optimæ dcxxxv.
indolis iuuenem, quem ex priore viro eni- Gell. 12. c. 7.
ra fuerat, occisum comperisset. Quam rem
Dolabella ad se delatam, Athenas ad Areo-
pagni cognitionem relegavit: quia ipse ne-
que liberare cædibus duabus contaminatam
neque punire eam iusto dolore impulsam,
sustinebat. Consideranter & mansuete * po- * al. procos.
puli Rom. magistratus; sed Arcopagitæ quo-
que non minus sapienter. Qui inspecta cau-
sa, & accusatorem & ream post centum an-
nos adesse iusserunt, eodem affectu moti; quo
Dolabella. Sed ille transferendo, quæstio-
nem, hi differendo damnandi atque absol-
uendi inexplicabilem cunctationem inuita-
bant.

DE PRIVATIS IVDICIIS

in signibus.

CAP. II.

QVIBVS DAMNATI.

- 1 T. Claudius Centumalus.
- 2 Otacilia Laterensis.
- 3 C. Titinius Minturnensis.

S 2

4 Qui-

4 *Quidam ob equi vecturam longiorem.*
Publicis iudicijs adiciam priuata, quorum magis æquitas quærentium delectare, quam immoderata turbalectorem offendere poterit.

I.

A. V.
dlix. circiter.
Cicer.
offic. l. i.

* al. prædictum.

Claudius Centumalus ab auguribus in fusa altitudinem domus suæ, quâ in Cœlio monte habebat, summittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario: nec indicauit quod imperatum à collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem inelyti Catonem patrem arbitrum Claudio adduxit, & formam QUID QUID SIBI DAR FACERE OPORTERET EX DE BONA. Cato ut est edoctus, de industria Claudium † edictum sacerdotum preffisse; continuo illum Calpurnio dannaui. Summa quidem cum æquitate, quæ bonæ fidei venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.

II

A. V.
dclxxv.
circiter.
Meminit
Var. huius
Cicer. in
Brut. &
Verr. 3.

Notum suis temporibus iudicium commemoravi: sed nec quod relatarus quidem sum, oblitteratum est silentio. C. Vifellius Varro graui morbo correptus, trecenta milia nummum ab Otacilia Laterensi, cui qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est: Eo consilio, ut si cessisset, ab hæredibus eam summam per-

ret, quem legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Euasit deinde Visellius ex illa tempestate aduersus vota Otaciliae. Quae offensa quod spem praedae suae morte non maturasset; ex amica obsequenti, subito destriectam foeneratricem agere coepit nummos petendo; quos ut fronte inuerecunda, ita inani stipulatione captauerat. De qua re C. Aquilius, vir magnae auctoritatis, & scientiae iuris civilis excellens, iudex adductus adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentia & religione sua mulierem reppulit. Quod si eadem formula, & Varro damnari & aduersaria absolui potuisset; eius quoque non dubito quin turpem & inconcessum errorem libenter castigaturus fuerit. Nunc priuatae actionis calumniam ipse compescuit, adulterij crimen publicae quaestioni vindicandum reliquit.

Multo animosius, & ut militari spiritu dignum erat, se in consimili genere iudicii C. Marius gessit: Nam cum C. Titinius Minurnensis Fanniam uxorem, quam impudicam de industria duxerat, eo crimine reprobam, dote spoliare conaretur: sumptus inter eos iudex, in conspectu habita quaestione subductum Titinium monuit, ut incepto desisteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum saepius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronunciare: mulierem impudici-

III.

C. A. V.

dcliii.

Plutarc.

in vita.

tia ream sestertio nummo, Titinium summa totius dotis damnauit: Præfatus, idcirco se hunc iudicandi modum secutum, quod liqueret sibi Titinium patrimonio Fannia infidias fruente[m], impudicæ coniugium experuisse. Fannia autem hæc est, quæ postea Marium hostem à senatu iudicatum, cenoque paludis, qua extractus erat, oblitum, etiam in domum suam custodiendum Mintui deductum, ope quantacunque potuit, adiuuit: Memor, quod impudica iudicata esset, suis moribus; quod dotem seruasset, illius religioni acceptum ferri debere.

A. V.
dclxv.

Plutarc.

Appian.

Ciui. I.

Et alii.

IV.

Multus sermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidam furti damnatus est, quod eque, cuius usus illi usque Ariciam commodatus fuerat, ulteriore eius municipij cliuo relictus esset. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius sæculi laudemus, in quo tam minuti à pudore excessus puniebantur?

DE MULIERIBVS QUÆ CAUSSAS APUD MAGISTRATVS EGERUNT.

C. A. P. III.

1 Amasia Sentij.

2 Afrania Licinij Buccconis.

3 Hortensia Q. F.

Nede his quidem feminis tacendum est, quas condicio naturæ & verecundiæ stola, ut foro & iudiciis tacerent, cohibere non potuit.

I.

Amasia Sentia rea causam suam L. Titio

tio prætoris iudicium cogente, maximo populi concursu egit: partesque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter, sed etiam fortiter executæ, prima actione, cunctis pæne sententiis liberata est: **Quam**, qui sub specie feminae virilem animum gerebat, Androgynem appellabant.

A. V.
dclxxvi.

II.

Afrania vero Licinij Buccionis senatoris vxor prompta ad lites contrahendas, pro se semper apud Prætoris verba fecit: nõ quod aduocatis deficiebatur, sed quod impudentia abundabat. Itaque inusitatis foro latatibus assidue tribunalia exercendo, muliebris calumniae notissimum euasit exemplum: adeo ut pro crimine improbis feminarum moribus Afraniae nomen obiciatur. Prorogauit autem spiritum suum ad C. Cæsarem iterum atque P. Seuilium Coss. Tale enim monstrum magis quo tempore extinctum, quam quo sit ortum, memoriae tradendum est.

A. V.
dccc.

III.

Hortensia vero Q. Hortensij filia, cum ordo matronarum graui tributo à triumuiris esset oneratus, nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare auderet: causam feminarum apud triumuiros & constanter & feliciter egit. Repraesentata enim patris facundia, impetrauit ut maior pars imperatae pecuniae his remitteretur. Reuixit tum muliebri stirpe, Q. Hortensius, verbisque filiae aspirauit: citius si virilis sexus po-

A. V.
dccc.Appian.
Ciuil. 4.Quinct.
I. c. 2.

steri vim sequi voluissent, Hortensianæ eloquentiæ tanta hæreditas vna feminae actione abscisa non esset.

DE QUÆSTIONIBVS.

CAPVT. V.

HABITIS IA.]

1. *M. Agrii seruo,*
2. *Alexandro C. Fannii*
3. *Philippo Fuluii Flacci.*

Atque vt omnes iudiciorum numeros exequamur, quæstiones quibus aut creditum non est, aut temere habita fides est, referamus.

I.

M. Agrii argentarij seruus Alexandrum C. Fannij seruum occidisse in simulatus est; eoque nomine tortus à domino, admisisse se id facinus constantissime asseueravit. Itaque Fannio deditus, supplicio affectus est. Paruulo deinde tempore interiecto, ille cuius de nece creditum erat, domum redijt.

II.

* *al. C.*
Fuluii.

Contra Fannij seruus Alexander, cum in suspicionem * *C. Fl. equitis Romani occisi venisset, sexies tortus pernegavit ei se culpæ affinem fuisse. Sed perinde atque confessus, & à iudicibus damnatus, & à L. Calpurnio triumuiro in crucem actus est.*

III.

Item Fuluius Flacco causam dicente, Philippus seruus eius, in quo tota quæstio nitebatur, octies tortus, nullum omnino verbum, quo dominus perstringeretur, emisit. Et tamen reus damnatus est: cum certius ar-

gu-

CAP. V. DE TEST. IRRIT. VEL. R. 417
gumentum innocentiae vnus octies tortus
exhiberet, quam octo semel torti præbuis-
sent.

DE TESTIMONIIS IRRITIS

vel ratis.

CAP. V.

1 *Capionum ac Metellorum in Q. Pompe-
ium.*

2 *M. Aemilij Scauri in diuersos.*

3 *L. Crassi in M. Marcellum.*

4 *Q. Metelli, Lucullorum. Hortensii.
& Lepidi in C. Cornelium.*

5 *M. Ciceronis in P. Clodium.*

6 *P. Seruili Isaurici in quendam reum.*

Sequitur vt ad testes pertinentia exempla I.
commemorem. Cn. & Q. Seruiliis Cæpio- A. V.
nibus iisdem parentibus natis, & per omnes *de xv.*
honorum gradus ad summam amplitudi- *Cicer.*
nem prouectis: item fratribus Q. & L. Me- *pro Front.*
tellis consularibus & censoriis, altero etiam II.
triumphali in Q. Pompeium A. F. repetun- A. V.
darum reum acerrime dicentibus testimo- *de l. Cic.*
nium, non abrogata fides absoluto Pom- *pro Fron-*
peio, sed ne potentia inimicum oppressisse *teio, in*
viderentur, occursum est. *part.*
M etiam Æmilius Scaurus princeps sena- A. V.
tus C. Memmium repetundarum reum de- *de l. vii.*
stricto testimonio insecutus est. Item C. Fla- *Cic. Front.*
uium eadem lege accusatum testis proscidit.
Iam C. Norbanum, maiestatis crimine
publicæ quaestioni subiectum, ex professo
oppri-

A. V.
dlix. Cicer.
patris & de
orat. 2.

opprimere conatus est: nec tamen aut aucto-
ritate, qua plurimum pollebat, aut religione,
de qua nemo dubitabat, quemquam illorum
affligere potuit.

III.
A. V.
dclx.
Cic. pro
Front.

L. quoque Crassus tantus apud iudices,
quantus apud P. C. Æmilius Scaurus: namque
eorum suffragia robustissimis & felicissimis
eloquentiæ stipendiis regebat, eratque sic
fori, ut ille curiæ princeps. Cum vehementis-
simum testimonij fulmen in M. Marcellum
reum iniiecisset; impetu grauis, exitu vanus
apparuit.

IV.
A. V.
dxxxvii.
Padian. in
Corneliam.

Age Q. Metellus Pius, L. M. Lucullus Q.
Hortensius, M. Lepidus, C. Corneli maiesta-
tis rei, quam non onerarunt tantummodo
testes salutem; sed etiam negantes illo inco-
lumi stare rempub. posse, depoposcerunt? Quae
decora ciuitatis (pudet referre) ymbone iudi-
ciali repulsa sunt.

V.
A. V.
dxcvii.
Plutare.
Cicer.
Dion. 37.
Cicer.
Att. l. 1.
Senec.
Lucilio ep.
98.

Quid M. Cicerō forensi militia summos
honores amplissimumque dignitatis locum
adeptus, nonne in ipsis eloquentiæ castris re-
ctis abiectus est, dum P. Clodium Romæ a-
pud se fuisse iurauit, illo sacrilegum flagitiū
vno absentiae argumento tuente? Si quidem
iudices Clodium incesti crimine, quam Ci-
ceronem infamia periurij liberare malue-
runt.

VI.

Tot eleuatis testibus, vnum, cuius noua
ratione iudicium ingressa auctoritas con-
firmata est, referam. P. Seruilius consularis,
con-

ensorius, triumphalis, qui maiorum suorum titulis Isaurici cognomen adiecit; cum forum præteriens testes in reum dari vidisset, loco testis constitit: ac inter summam patronorum pariter & accusatorum admirationem sic orsus est. Hunc ego, iudices, qui causam dicit, cuias sit aut quam vitam egerit, quamque merito vel iniuria accusetur, ignoto: illud tantum scio, cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti, admodum angusto loco equo descendere noluisse. Quod an aliquid ad religionem vestram pertineat, ipsi æstimabitis: ego id suppressendum non putavi. Iudices reum, vix auditis cæteris testibus, damnauerunt. Valuit enim apud eos, cum amplitudoviri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio eumque qui venerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursum crediderunt.

A. V.

dclxxxix.

L. Flor. 3. c. 3

Cicer.

Verr. 3.

QVI QUÆ IN ALIIS VINDICARANT
ipsi commiserunt.

CAP. VI.

1 C. Licinius Hoplomachus.

2 C. Marius Cos. VI.

3 C. Licinius Calvus Stolo.

4 Q. Varius Hybrida.

Ne illos quidem latere patiamur, qui quæ in aliis vindicarant, ipsi commiserunt.

C. Licinius cognomine Hoplomachus, à prætore postulavit, ut patri suo bonis; tan-

L

N 6 quam

quam ea dissipanti interdiceretur. Et quidem quod petierat, impetrauit: sed ipse paruo post tempore, mortuo sene, amplam ab eo relictam pecuniam latifundiaque festinãter consumpsit. Dignus hac vicissitudine pæne fuit: quoniam hæreditatem absumere, quam hæredem maluit* tollere.

* *al color.*

II.

A. V.

dcliii.

Liu. 69.

Cic. pro Rabirio.

Flor. 3. c. 16.

A. V.

dclxv.

C. autem Marius, cum magnum & salutarem reipublicæ ciuem in L. Saturnio opprimendo egisset, à quo in modum vexillipileum seruituti ad arma capienda ostentatum erat: L. Sulla eum exercitu in Urbem irrumpente, ad auxilium seruorum pileo sublato confugit. Itaque dum facinus, quod punierat, imitatur: alterum Marium, à quo affligeretur, inuenit.

III.

A. V.

cccxxciv.

Liu. 7.

Plutarc.

Camillo.

A. V.

cccxxcii.

Liu. 7.

Plutarc.

Camillo.

Plin. 18. c. 3.

C. vero Licini^o Stolo, cui^o beneficio plebi petendi consularum potestas facta est, cū lege sanxisset, ne quis amplius quam quingenta agri iugera possideret, ipse mille comparauit: dissimulandique criminis gratia, dimidiam partem filio emancipauit. Quam ob causam à M. Popilio Lænate accusatus, primus sua lege cecidit: ac docuit nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperauerit.

Q. autem Varius, propter obscurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus, tribunus plebis legem aduersus intercessionem collegarum perrogauit: qua iubebit quæri, quorū dolo malo socii ad arma ire coacti essent.

CAP. VII. DE STVD. ET INDVST. 421
magna cum clade reipublicæ : sociale enim
prius deinde ciuile bellum excitauit. Sed dum
ante pestiferum tribunum pleb. quam certū
ciuem agit, sua lex eum domesticis laqueis cō
strictum absumpsit.

IV.

dcxlii.

Cic. Brut.

Appian.

Ciuil. 1.

DE STVDIO ET INDVSTRIA.

CAP. VII.

ROMANORVM.

- 1 M. Catonis maioris.
- 2 M. Catonis Tricensis.
- 3 M. Terentij Varronis.
- 4 C. Liuii Drusi.
- 5 P. Paulli senatoris & Pont. Lupi.
- 6 Crassi Muciani.
- 7 Q. Roscii comædi.

EXTERNORVM.

- 1 Demosthenis Atheniensis.
- 2 Pythagoræ Samii.
- 3 Platonis Atheniensis.
- 4 Democriti Abderita.
- 5 Carneadis Cyrenai.
- 6 Anaxagoræ Clazomenii.
- 7 Archimedis Syracusii.
- 8 Socratis Atheniensis.
- 9 Isocratis Atheniensis.
- 10 Chryssippi Tarsensis.
- 11 Cleanthis Assii.
- 12 Sophoclis Atheniensis.
- 13 Simonidis Ceii.
- 14 Solonis Atheniensis.
- 15 Themistoclis Atheniensis.

S 7

Quid

I.

A. V.

dciii.

Plin. 7. c. 17.

Cicer.

Acad.

quest. 2.

Plutarc.

Catone.

Cicer. in

Bruto,

Quid cesso vires industriæ commemorare? cuius alacri spiritu militiae stipendia roborantur, forensis gloria accenditur, fido finu cuncta studia accepta nutriuntur: quidquid animo, quidquid manu, quidquid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cum perfectissima sit virtus, eam tamè duramento sui confirmat.

Cato sextum & octogesimum annum ægens, dum in rep. tuenda iuuenili animo perstat; ab inimicis capitali crimine accusatus, suam causam egit. Neque aut memoriam eius quisquam molliorem, aut firmitatem lateris vlla ex parte quassatam, aut os hæsitacione impeditum animaduertit. Quia omnia ista in statu suo equali ac perpetua industria continebat. Quin etiam in ipso diutissime actæ vitæ sine disertissimi oratoris Galbæ accusationi defensionem suam pro Hispania apposuit.

Idem Græcis litteris erudiri concupiuit: quam sero, inde æstimemus quod etiam Latinas pene iam senex didicit. Cumque eloquētia magnum iam gloriam partam haberet; id egit, vt iuris ciuili quoque esset peritissimus.

II.

Cuius mirifica proles, prior ætati nostræ Cato, ita doctrinæ cupiditate flagrauit vt ne in Curia quidem, dum senatus cogitur, temperaret sibi, quo minus libros Græcos lectitaret: Qua quidem industria ostendit,

C A P. VII. D E S T V D. E T I N D V S T. 423
dit aliis tempora deesse, alios temporibus
superesse.

Terentius autem Varro humanę vitę ex-
emplum etatisque spacium nominandus: nō
annis, quibus seculi tempus equauit, quā sty-
lo viuacior fuit. In eodem enim lectulo &
spiritus eius, & egregiorum operum cursus
extinctus est.

Consimilis perseuerantię Liuius Drusus,
qui, ætatis viribus & acie oculorum defectus,
ius ciuile populo benignissime interpreta-
tus est: vtilissimaque discere id cupientibus
monimēta composuit. Nam ut senem illum
natura cæcum fortuna facere potuit: ita neu-
tra interpellare valuit, ne non animo & vide-
ret & vigeret.

Paullus vero senator, & Pontius Lupus e-
ques Romanus, suis temporib. celebres caus-
arum actores, luminibus capti, eadem indu-
stria forensia stipendia executi sunt. Itaque
frequentius etiam audiebantur, concurren-
tibus aliis, quia ingenio eorum delectaban-
tur, aliis quia constantiam admirabantur.
Namque tali incommodo percussi secessum
petunt, duplicantque tenebras, fortuitis vo-
luntarias adijcentes:

Iam P. Crassus, cum in Asiam ad Aristoni-
cum regem debellandum consul venisset,
tanta cura Gręcæ linguę notitiam animo
comprehendit, vt eam in quinque diuisam
genera per omnes partes ac numeros peni-
tus

III.

Gell. 3ca. 10.

IV.

Cicer.

Tusc. 5.

in Brut.

V.

VI.

A. V.

doxxii.

Quin. 1. 6. 2.

*Cic. in Brut.
ingenium,
studium ac
industriam
eius com-
mendat.*

VII.

*Cic. pro eod.
& Archia
poeta Ma-
cro Sat. 3.*

tus cognosceret. Quæ maximum ei socio-
rum amorem conciliauit, qua quis eorum
lingua apud tribunal illius postulauerat, ea-
dem decreta reddenti.

Ne Roscius quidem subtrahatur scenicæ
industriæ notissimum exemplum, qui nullū
vnquam spectandipopulo gestum, nisi quem
domi meditatus fuerat, ponere ausus est.
Quapropter non ludicra ars Roscium, sed
Roscius ludicram artem commendauit: nec
vulgi tantum fauorem, verum etiam princi-
pum familiaritates amplexus est. Hæc sunt
attenti & anxii, & nunquam cessantis studij
præmia, propter quæ tantorum virorum lau-
dibus non impudenter se persona histrionis
inseruit.

EXTERNÆ.

I.
*Cicer. de
Orat. I.*

*Cicer.
diuin. 2.
Vide
Plutarc.
in vita.*

Græca quoque industria, quoniam nostræ
multum profuit, quem meretur fructum
Latinæ linguæ recipiat. Demosthenes, cuius
commemorato nomine, maximæ eloquen-
tiæ consummatio audientis animo obori-
tur, cum inter initia iuuentæ, artis, quam af-
fectabat, primam literam dicere non posset,
oris sui vitium tanto studio expugnauit, vt
ea à nullo expressius efferretur. Deinde pro-
pter nimiam exilitatem acerbam auditu vo-
cem suam exercitatione continua ad matu-
rum & gratum auribus sonum perduxit. La-
teris etiam firmitate defectus, quas corporis
habitus vires negauerat, à labore mutuatus
est.

est: Multos enim versus vno impetu spiritus complectebatur, eosque aduersa loca celeri gradu scandens, pronuntiabat. Ac vadofis lit toribus insistens declamationes fluctuum fragoribus obluantibus edebat, vt ad fremitus concitatarum concionum patientia duratis auribus vteretur. Fertur quoque ore infertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promptius esset & resolutius. Prceliatus est contra rerum naturam, & quidem victor abiit, maligni ratem eius pertinacissimo animi robore superando. Itaque alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est.

Quin. II. c. 3
Cic. de Finib. 5.

* al. duratis actionib.

Atque vt ad vetustiore[m] industriæ actum transgrediar, Pythagoras perfectissimum opus sapientiæ à iuuenta pariter omnis honestatis percipiendæ cupiditatem ingressus (nihil enim quod ad vltimum sui finem peruenturum est, non & mature & celeriter incipit) Ægyptum petiit, vbi literis gentis eius assuefactus, præteriti æui sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium seculorum obseruationes cognouit. Inde ad Persas profectus, magorum exactissimæ prudentiæ se formandum tradidit; à quibus siderum motus, cursusque stellarum, & vniuscuiusque vim, proprietatem, & effectum benignissime demonstratum docili animo haussit. Cretam deinde & Lacedæmona nauigauit: quarum legibus ac moribus in-

H.
Diog.
Laert. in vita.

Cic. de finib. 5.

* al. sorpsit.

spe-

spectus, ad Olympicum certamen descendit. Cumque multiplicis scientiæ maxima totus, Græciæ admiratione specimen exhibuisset: quo cognomine censeretur interrogatus, non se *σεφδν* (iam enim illud septē excel-

Cicer.

Tusc. 5.

Tusc. I. 85.

Cicer. de

Finib. 5.

IV.

Laert. in

vita.

Cicer. in

Bruto.

Cicer. de

Finib. 5.

Cicer. de

Senec. de

Fin. 5.

lentes viri occupauerāt) φιλόσοφον. Ne respōdit. In Italiæ etiam partem quæ tunc maior Græcia appellabatur, perrexit, in qua plurimis & opulentissimis vrbibus affectus suorum studiorum approbavit. Cuius ardentem rogum plenis venerationis oculis Metapontus aspexit: oppidum Pythagoræ quam suorum cinerū nobiliter clariuse monumento.

Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, & locum & hominem doctrinæ fertilissimum; ingenij quoque diuina instructus abundantia: cum omnium iam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem vsque, vt si ipse Iupiter cælo descendisset, nec elegantiore nec beatiore facundia vsurus videretur. Ægyptum peragravit, dum à sacerdotibus eius gentis Geometriæ multiplicis numeros, atque cælestium obseruationem rationum percipit. Quoque tempore à studiosis iuuenib. certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebatur; ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas, vastissimosque campos, effusam barbariem, & flectuosos fossarum ambitus Ægyptiorū senum discipulis lustrabat. Quo minus miror

ror eum in Italiam transgressum, vt ab Archita Tarenti, à Timæo, & Arione, & Cæto Locris Pythagoræ præcepta & instituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia litterarum vndique colligenda erat, vt inuicem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset. Altero etiam & octogesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur: sic ne extrema quidem eius hora agitatione studii vacua fuit.

Quin. 2.
cap. 17.

Laert.

in vita. Sus.
das.

At Democritus, cum diuitiis censi posset, quæ tantæ fuerunt, vt pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facti potuerit: quo magis vacuo animo studiis litterarum esset operatus, parua admodum summa retenta, patrimonium suum patriæ donauit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum momenta, ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi vrbi vixit; quod ipse in quodam volumine testatur. Stupet mens admiratione tantæ industriæ, & iam transit alio.

IV.

Carneades laboriosus & diuturnus sapientiæ miles; siquidem nonaginta expletis annis, idem illi viuendi ac philosophandi finis fuit: Ita se mirificum doctrinæ operibus addixerat, vt cum cibi capiendi causa recubisset, cogitationibus inhærens; manum ad mēsam porrigere obliuisceretur. Sed cum Melissa, quam vxoris loco habebat, temperato inter studia non interpellandi, sed in-

V.

Cicer.

Acad. x

ediæ

edix succurrendi officio, dexteram suam necessariis vsibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur, corpore vero quasi alieno & superuacuo circumdatus erat. Idem cum Chrysippo disputaturus, helleboro se antepurgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius, quas potiones industriæ solidæ laudis efficit appetendas.

VI.

*Plutarc. in
Hippiæ
maiore
Laert.*

Quali porro studio Anaxagoram flagrasse credimus? qui cum è diutina peregrinatione patriam repperisset, possessionesque desertas vidisset, No essem, inquit, ego saluus, nisi istæ periissent. Vocem petitæ sapientiæ competentem. Nam si prædiorum potius quam ingenii culturæ vacasset; dominus rei familiaris intra penates mansisset, nec tantus Anaxagoras ad eos rediisset.

VII.

*A. V.
dxli.*

*Liu. 25.
Plutarc.
Marcel.*

*Ci. de Finib.
S. Ver. 6.*

Archimedis quoque fructuosam industriam fuisse dicerem, nisi eadem illi & dedisset vitam, & abstulisset. Captis enim Syracusis, Marcellus machinationibus eius multum ac diu victoriam suam inhibitam senserat, eximia tamen hominis prudentia delectatus, vt capiti illius parceretur edixit; pæne tantum gloriæ in Archimede seruato, quantum in oppressis Syracus si reponens. At is dum animo & oculis in terram defixis formas describit, militi qui prædandi gratia domum irruperat, strictoque super caput gladio; quisnam esset, interrogabat: propter nimiam

nimiam cupiditatem inuestigandi quod requirebat, nomen suum indicare non potuit. Sed protracto manibus puluere. Noli, inquit, obsecro, istum disturbare: Ac perinde quasi negligens imperij victoris, obtruncatus, sanguine suo artis suæ lineamenta confudit. Quo accidit, vt propter idem studium modo donaretur vita, modo spoliaretur.

Socratem etiam constat ætate prouectum
 fidibus tractandis operam dare cœpisse: sa- VIII.
 tius iudicantem, eius artis vsum sero, quam Plato in
 nunquam percipere. Equantula Socrati ac- Euclyd.
 cessio ista futuræ scientiæ erat? sed pertinax Cic.
 hominis industria tantis doctrinæ suæ diui- Prato.
 tiis etiam Musicæ rationis * utilissimum ele- * al. vilissi-
 mentum accedere voluit. Ergo dum ad di- mum.
 scendum semper se pauperem credidit, ad do-
 cendum fecit se locupletissimum.

Atque vt longæ & felicis industriæ quasi IX.
 in vnum aceruum exempla redigamus. Iso Cicer.
 crates nobilissimum librum, qui inscribitur Catone.
 Παναθηναϊκός, quartum & nonagesimum
 annum agens, vt ipse significat, composuit,
 opus ardentis spiritus plenum. Ex quo appa-
 ret, senescentibus membris eruditorum, in-
 tus animos industriæ beneficio florem iuue-
 tæ retinere. Neque hoc stylo terminos vitæ
 suæ clausit: namque admirationis eius fru-
 ctum quinquennio percepit.

Citerioris ætatis metas, sed non parui X.
 tamen spatii Chrysippi viuacitas flexit: nam
 octo-

Suidas.
Lucian.
Macrob.

octogesimo anno cœptum, vnde quadragessimum λογικῶν exactissimæ subtilitatis volumen reliquit. Cuius studium in tradendis ingenii sui monumentis tantum operæ laborisque sustinuit; vt ad ea quæ scripsit penitus cognoscenda, longa vita sit opus.

XI.

Laert.
Suid.
Lucian.
Cicer.
Acad. 1.

Te quoque Cleanthe tam laboriosè haurientem, & tam pertinaciter tradentem sapientiam, numen ipsius industriæ suspexit: cum adolescentem quæstu extrahendæ atque nocturno tempore inopiam tuam sustentantem diurno Cleyssippi præceptis percipiendis vacantem, eundemque ad vndecimum annum attentam cura erudientem auditores tuos videret: Duplici enim labore vnius seculi spatium occupasti, incertum reddēdo discipulusne an præceptor esses laudabilior.

XII.

Lucian.
Mac. Cic.
Catone.
Ipse Valer. 9
cap 12.

Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit; tam benigne mirifica opera illa sua exhibendo, quam illa operibus eius tempora liberaliter subministrando: Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto; qua sola fabula omnium eiusdem studij poetarum præripere gloriam potuit: Idque ignotum esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit, sepulchro patris, quæ retuli, insculpando.

XIII.

Vix. an. 39.
Suid.

Simonides vero poëta octogesimo anno & docuisse se carmina, & in eorum certamen de-

descendisse ipse gloriatur: nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere, cum eam omni æuo fruendam traditurus esset.

Iam Solon quanta industria flagrauerit, & versibus complexus est; quibus significat se quotidie aliquid addiscentem senescere, & supremo vitæ die confirmauit: quum assidentibus amicis, & quadam de re sermonē inter se conferentibus, satis iam pressum caput erigeret: Interrogatusque quapropter id fecisset, respondit, vt cum istud, quicquid est, de quo iam disputatis, perirepero, moriar. Migrasset profecto ex hominibus inertia, si eo animo vitam ingrederemur, quo eam Solon egressus est.

XIV.

Cicer.

Catone.

Plato.

Lachete.

de Rep. 7.

Quam porro industrius Themistocles, qui maximarum rerum cura districtus, omnium tamen ciuium suorum nomina memoria comprehendit: Per summamque iniquitatem patria pulsus, & ad Xerxem, quem paullo ante deuicerat, confugere coactus, prius quam in conspectum eius veniret, perfico sermoni se assuefecit: vt labore parta commendatione, regijs auribus familiarem & assuetum sonum vocis adhiberet.

XV.

Cicer.

Catone.

Plutarc.

Prob. in

vita.

Cuius vtriusque industriæ laudem duos reges partiti sunt, Cyrus omnium militum suorum nomina, Mithridates duarum & viginti gentium, quæ sub regno eius erant linguas ediscendo. Ille, vt sine monitore exerci-

Plin. 7. c. 24

Sol. de

Quin. II.

cap. 24.

ci-

citum salutaret: hic, ut eos quibus imperabat, sine interprete alloqui posset.

DE OTIO LAUDATO.

CAP. VIII.

IN ROMANIS.

- 1 P. Æmiliano & Lælio.
- 2 Q. Mucio Scauola Augure.

IN EXTERNIS.

- 1 Socrate Atheniensis.
- 2 Achille Homeric.

Otium, quod industriæ & maxime studio contrarium videtur, subnecti breuiter debet; non quo euanciscit virtus, sed quo recreatur. Alterum enim etiam inertibus vitandum; alterum strenuis quoque interdum appetendum est: Illis, ne vitam eneruem exigant: his ut tempestiua laboris intermissione ad laborandum fiant vegetiores.

I.

Parveræ amicitiae clarissimum Scipio & Lælius cum amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter se iuncti societate, ut actuosæ vitæ iter equali gradu exequerentur; ita animi quoque remissioni communitate acquiescebant. Constat namque eos Caietæ & Laurentij, vagas littoribus conchulas & umbilicos lectitasse: idque L. Crassus ex socio suo, Q. Scauola, qui gener Lælij fuit, audisse sæpenumero prædicauit.

Cicer. de
orat. 2.

Horat. 2.

Satyr. 3.

* obeliscos.

II.

Scauola autem quietæ remissionis eorum certissimus testis, optime pila lusisse traditur: quia videlicet ad hoc diuerticulum animi

num suum forensib. ministeriis fatigatum, transferre solebat. Alueo quoque & calculis vacasse interdum dicitur; cum bene ac diu iura ciuium & cæremonias deorum ordinasset: vt enim in rebus seriis, Scæuolam, ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem esse non finit.

EXTERNÆ.

Idque vidit, cui nulla pars sapientiæ obscura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cum interposita arundinis cruribus suis, cum paruulis filiis ludens ab Alcibiade risus esset.

I.
Equitare in arundine longa.

Homerus quoque ingenij cælestis vates non aliud sensit, vehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando, vt earum militare robur leni pacis studio relaxaret.

II.
Iliad. Ouid.

DE VI ELOQUENTIÆ.

CAPVT IX.

IN ROMANIS.

1 *M. V. Valerius Max. dict.*

2 *M. Antonio oratore.*

3 *C. Aurelio Cotta.*

IN EXTERNIS.

1 *Pisistrato Atheniensi.*

2 *Pericle Atheniensi.*

3 *Hegesia Cyrenaiço.*

Potentiam vero eloquentiæ etsi plurimū valere animaduertimus; tamen sub propriis

T • • • exem-

exemplis, quo scilicet vires eius restatiores fiant, recognosci conuenit.

Regib. exactis, plebs dissidens à patribus, iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui Sacer appellatur, armata consedit. Eratque non solum deformis, sed etiam miserrimus reipub. status: à capite eius cætera parte corporis pestifera seditione diuisa. Ac in Valerij subuenisset eloquentia, spes tanti imperii in ipso pæne ortu suo corruisset: Is namque populum, noua & insolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora & saniora consilia reuocatum, inuenatui subiecit, id est, urbem urbi iunxit. Verbis ergo facundis ira, consternatio, & arma cesserunt.

Quæ etiam Marianos Cinnanosque mucrones, ciuili profundèdi sanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt. Missi enim à sacriuissimis ducib. milites ad M. Antonium obtruncandum, sermone eius obstupesci destrictos iam & vibrantes gladios cruore uacuos vaginis reddiderunt. Quibus digressis P. Antronius (is enim solus in ambitu experientia Antonianæ vocis steterat) crudele imperium truculento ministerio peregit, Quam disiectum igitur eum fuisse putemus, quem ne hostium quidem quisquam occidere sustinuit, qui modo vocem eius ad aures suas voluit mittere?

Diuis quoque Iulius, quam cælestis nominis, tam etiam humani ingenii perfectissimum

I.

A. V.
cclix.

Lin. 3.

Dion. 10.

Plutarc.

Pomp.

Zonaras

II

A. V.
dclxvi.

Appian.

Ciuil. 1.

Plutarc.

Mario.

Velleius.

† al. P. Antonius.

III.

simum columnen, vim facundiae propriae expressit: dicendo in accusatione Cn. Dolabellae, quem reum egit, extorqueri sibi causam optimam C. Cortae patrocinio. Si quidem maxima tunc vis eloquentiae quæta est: cuius facta mentione, quoniam domesticum nullum maius adiecerim exemplum, peregrinandum est.

A. V.
dclxxvi.
Suet.
Cæsare.
Plutarc.
Et alii.
Cicer. in
Bruto.
I.

EXTERNAE.

Pisistratus dicendo tantum valuisse traditur, ut ei Atheniensis regium imperium oratione capti permitterent: cum præsertim ex contraria parte amantissima patriæ Solon niteretur. Sed alterius salubriores erant conationes, alterius disertiores: quo evenit, ut alioqui prudentissima ciuitas libertati seruitutem præferret.

Iust. 2.
Plutarc.
Solone.
Herod. 1.

Pericles autem felicissimis naturæ incrementis sub Anaxagora præceptore, summo studio perpolitus & instructus, liberis Athenarum ceruicibus iugum seruitutis imposuit, egit enim ille urbem, & versauit arbitrio suo. Cumque aduersus voluntatem populi loqueretur, iucunda nihilominus & popularis eius vox erat. Iraque veteris comædiæ maledica lingua, quamuis potentiam viri perstringere cupiebat, tamen in labris ei⁹ hominis melle dulciorem leporem fatabatur habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui prædicabat. Fertur quidam, cum

II.
Plutarc.
in vita.
Cic. in Brut.
Et 3. de orat.
Eupolis.
Et Soliman

admodum senex primæ concioni Periclis adolefcentuli interesset, idemque iuuenis Pifistratum iam decrepitem concionātem audisset; non temperasse sibi quo minus exclamaret, Caueri illum ciuem oportere, quod Pifistrati orationi simillima ei⁹ esset oratio. Nec hominem aut æstimatio eloquii aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Pifistratum & Periclem interfuit? nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit.

Quantum eloquentia valuisse Hegefiarum Cyrenaicum philosophum arbitramur? qui sic malā vitæ representabat; vt eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret? Ideoque à rege Ptolomæo vltimus hac de re differere prohibitus est.

III.

Læert.

Aristip.

Cicer.

Tusc. I.

DE PRONVTIATIONE ET

apto motu corporis.

CAPVT. X.

IN ROMANIS.

- 1 G. Graccho.
- 2 Q. Hortensio.
- 3 M. Tullio.

EXTERNOVNO.

- 1 Demosthene Atheniensi.

Eloquentiæ autem ornamenta in pronuntiatione apta & conuenienti motu corporis consistunt: quibus cum se instruxit, trib. modis homines aggeditur, animos eorum ipsa inua-

inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.

Sed ut propositi fides in personis illustribus exhibeatur, C. Gracchus eloquentiæ quâ propositi felicioris adolescens, quoniam flagrantissimo ingenio cum optime remp. tueri posset, perturbare impie maluit: quoties apud populum concionatus est, seruum post se musicæ artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula pronuntiationis eius modos formabat; aut nimis remissos excitando, aut plus iusto concitatos reuocando: Quia ipsius calor atque impetus actionis tantum huiusce temperamenti æstimatorum esse non patiebatur.

I.

A. V.

dcxxx.

Plutarc.

Gell. I. c. 21.

Quin. I. c. 17

Cic. 3. de or-

rat.

II.

Gell. 7. c. 5.

Quæ autem Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens, pænè plus studii in eodem elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires virum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurretur: sic verbis oratoris aspectus, & rursus aspectui verba seruiabant. Itaque constat AEsopum & Rosciû ludicræ artis peritissimos viros, illo caussas agente, in corona frequenter astitisse; ut foro peritos gestus, in scenam referrent.

III.

A. V.

dcxvii.

Cic. in Brut.

Iam M. Cicero quantum in vtraque re, de qua loquimur, momenti sit, oratione quam pro Gallio habuit, significauit, M. Calidio accusatori exprobrando, quod præparatum sibi à reo venenu[m] testibus, chirographis, quæ-

*Ped. pro**Cornel.**Quin. II. c. 3.*

quæstionibus se probaturum affirmans, remisso vultu, & languida voce, & soluto genere orationis vsus esset: pariterque & oratoris vitium detexit, & causæ periclitantis argumentum adiecit, totum hunc locum ita claudendo. Tu istud, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?

EXTERNÆ.

I.
Cic. Bruto

*de orat. 3.**Quin. II. c. 3.**Cicer. de orat. 3.**Plin. 7. c. 30.*** al. volu-
minis.*

Consentaneum huic Demosthenis iudicium, qui cum interrogaretur, quidnam esset in dicendo efficacissimum, respondit, *ἡ πρόξις*. iterum deinde & tertio interpellatus idem dixit, pæne totum se illi dedit confitendo. Recte itaque Æschines, cum propter iudicalem ignominiam, relictis Athenis Rhodum perisset, atque ibi rogatu civitatis suam prius in Ctesiphontem, deinde Demosthenis pro eodem orationem clarissima & suavissima voce recitasset: admirantibus cunctis vtriusque * columinis eloquentiâ, sed aliquanto magis Demosthenis, Quis, inquit, ipsum audissetis? tantus orator modo tam infestus aduersarius sic inimici vim ardoremque dicendi suspexit, vtriusque scriptorum eius parum idoneum lectorum esse diceret: expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus commodatum singulis verbis sonum vtriusque efficacissimos corporis motus. Ergo si operi illius adijci nihil potest; tamen Demosthenis magna pars Demosthenis

CAP. XI. DE EFFEC. ART. RAR. 439
est; quod legitur potius, quam auditur.
DE EFFECTIBVS ARTIVM
raris.

CAPVT. XI.

APVD ROMANOS VT IN

1 *Astrologia C. Sulpicij Gal.*

2 *Aruspicina Spurina.*

APVD ROMANOS, VT IN

1 *Astrologia Periclis.*

2 *Pictura Apellis. & Plastica Lysippi.*

3 *Vulcano Alcamenis:*

4 *Venere Praxitelis.*

5 *Neptuno Ephranoris.*

6 *Agamemnone Timantis.*

7 *Equo Nealcis.*

Effectus etiam artium recogniti possunt
aliquid afferre voluptatis: protinusque &
quam vtiliter excogitatae sunt, patebit: &
memoratu dignae res lucido in loco reponē
tur, & labor in iis edendis suo fructu non ca
rebit.

Sulpicij Galli maximum in omni genere
litterarum recipiendo studium plurimum
reipub. profuit. Nam cum L. Paulli, bellum
aduersum regem Persen gerentis, legatus es
set, ac serena nocte subito luna defecisset:
eoque veluti diro quodam monstro perter
ritus exercitus noster, manus cum hoste con
ferendi fiduciam amisisset; de caeli ratione
& siderum natura peritissime disputando,
alacrem eum ~~faciem~~ misit; Itaque illi in
clytae

I.

A. V.

dxxc.

Liv. 44.

Plin. 2. c. 12.

Front. 1. c. 12.

Paullo.

clytæ Paullianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia nisi ille metum nostrorum militum vicisset, imperator Romanus vincere hostes non potuisset.

II.

Spurinæ quoque in consecrandis deorum montis efficacior scientia, quam vrbs Romana voluisset. Prædixerat enim C. Cæsari ut proximos XXX. dies quasi fatales caueret, quorum ultimus erat Idus Martiæ. Eo cū forte mane vterque in domum Calvini Domitij ad officium conuenisset, Cæsar Spurinæ. Ecquid scis, inquit. Idus Martias iam venisse? & is; E. ~~quid~~ scis illas nondum præteruisse? Abiecerat alter timorem tanquam exacto tempore suspecto, alter ne extremam quidem eius partem periculo vacuam esse arbitratus est. Utinam aruspicem potius augurium, quam patriæ parentem securitas fefellerit.

A. V.
 dccix.
 Sueton.
 Plutarc.
 in vita.

EXTERN A.

Sed ut alienigena scrutemur, cum obscuro repente sole inusitatis perfusæ tenebris Athenæ sollicitudine agerentur, interitum sibi cælesti denunciatione portendi crepentes, Pericles processit in medium, & quæ a præceptore suo Anaxagora pertinentia ad solis & lunæ cursum acceperat, differuit: nec ulterius trepidare ciues suos vano metu passus est.

I.
 Plutarc.
 in vita.
 Front. I. c. II

Quantum porro dignitatis à rege Alexandro

dro tributum arti existimamus; qui se & pingi ab vno Apelle, & fingi à Lysippo tantummodo voluit.

Tenet visentes Athenas Vulcanus Alca-
menis manibus fabricatus. Præter cætera enim perfectissimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur: quo stat dissimulata claudicationis sub veste leuiter vestigium representans, vt non tanquam exprobratum vitium, ita tamen certam propriamque dei notam decore significans.

Cuius coniugem Proxireles in marmore quasi spirantem in templo ~~idiorum~~ col-
locauit, propter pulchritudinem operis à libidinoso cuiusdam complexu parum tutam. Quo excusabilior est error equi, qui visa pictura eque, hinnitum edere coactus est: & canum latratus aspectu picti canis incitatus: taurusque ad amorem & concubitum æneæ vaccæ Syracusis nimis similitudinis irritamento compulsus. Quid enim vacua ratio-
nis animalia arte decepta miremur, cum hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis, lineamentis excitatam videamus?

Cæterum natura quemadmodum sæpe-
numero æmulum virium suarum artem esse patitur: ita aliquando irritam fesso labore dimittit: quod summi artificis Euphranoris manus senserunt. Nam cum Athenis XII. deos pingeret; Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis maiestatis colori-
bus

II.

*Plutarc.
de fort.*

*Alexand.
Plin. & Cic.
fam.*

III.

*Paus. in
Attic.*

Plin. 36. c. 5.

IV.

Plin. 36. c. 5.

*Lucian. in
Amorib.
Ælian.*

Varr. hist. 2.

V.

Paus. Att.

Plin. 35.

bus complexus est, perinde ac Iouis aliquan-
to augustiorem representaturus. Sed omni
impetu cogitationis in superiori opere ab-
sumpto, posteriores eius conatus assurgere
quo tendebant, nequiuerunt.

VI.

Plin. 35. c. 10

Quid ille alter æque nobilis pictor, lu-
ctuosum immolatæ Iphigeniæ sacrificium
referens, cum Calchanta tristem, mæstum
Vlyssæ, clamantem Alacem, lamentantem
Menelaum circa aram statuisset; caput Aga-
memnonis inuoluendo nonne summi mæ-
roris acerbiter arte exprimi non posse
confessus est. itaque pictura eius, aruspici-
amicorum, & fratris lacrymis madet, patriæ
fletum spectantis affectui æstimandum reli-
quit.

VII.

Plin. 35. c. 10

Plutare.

de fort.

Alexand.

** al. tereba-*

tur. val. ex-

emplare vel

explanare.

Atque ut eiusdem studii adiiciam exem-
plum. Præcipuæ artis pictor equum ab exer-
citatione venientem, modo non viuum la-
bore industriæ suæ comprehenderat, cuius
naribus spumas adicere cupiens, tantus arti-
fex in tam paruula materia multum ac di-
frustra * tenebatur. Indignatione deinde ac
census, spongiam omnibus imbutam colo-
ribus forte iuxta se positam apprehendit, &
veluti corrupturus opus suum, & tabulæ illi
sit: Quam fortuna ad ipsas equi nares dire-
ctam, desiderium pictoris coegit † explere, &
itaque quod adumbrare non valuit casus imi-
tatus est.

CAP. XII. DE OPTIM. ART. MAG. 443.
OPTIMIS ARTIVM MAGISTRIS
concedendum esse.

CAP. XII.

VT FACTVM APVD ROMANOS.

1 *Furrio & Casellio in iure Prædiatorio.*

APVD EXTERNOS.

1 *Euclidi in geometria.*

2 *Philoni in Architectura.*

3 *Apelli in pictura.*

Suæ autem artis vnumquemque & actorem & disputatorem optimum esse ne dubitemus; paucis exemplis demonstramus.

Q. Scæuola legum clarissimus & certissimus vates: quotiescunque de iure prædiatorio consulebatur, ad Furium & Casellium, quia huic scientiæ dediti erant, cōsultores reuocabat. Quo quidem facto moderationem magis suam commendabat, quam auctoritatem minuere: ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius usu callebant. Sapientissimi igitur artis suæ professores sunt, à quibus & propria studia verecunde & aliena callide æstimantur.

I.
Cic. *Balbianus*

EXTERNA.

Platonis quoque eruditissimum pectus hæc cogitatio attrigit. qui conductores sacræ arcis de modo & forma eius secum sermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire iussit, scientiæ eius cedens, imo professioni.

II
Plin. 7. c. 37.
Cicer. de
orat. 1.

Gloriantur Athenæ armamentario suo, nec sine causa: est enim illud opus & impensa & elegantia visendum: Cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suæ in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiæ eius, quam arti tribuerit:

III.
Plin 35. c. 10
de Apella.

Mirifice & ille artifex, qui in opere suo moneri se à sutore de crepida & anfulis passus, de crure etiam disputari incipientem; supra plantam ascendere vetuit.

DE SENECTUTE MEMORABILI.

C A P. XIII.

IN ROMANIS.

- 1 *M. Valerio Coruo sexties. Cos.*
- 2 *L. Metello pont. Max.*
- 3 *Q. Fabio Max. Verrucosso.*
- 4 *M. Perperna censorio.*
- 5 *App. Claudio Cæco.*
- 6 *Mulieribus, Livia, Terentina, & Clodia.*

IN EXTERNIS.

- 1 *Hierone Sicilia, & Massanisa Numidia regibus.*
- 2 *Gorgia Leontino.*
- 3 *Xenophilo Chalcidensi.*
- 4 *Arghantonio Gaditanorum rege.*
- 5 *Æthiopicibus, Indis, & Epimenide Cnossio.*
- 6 *Gente Epiorum Ætola.*

7 *Danthone quodam, & Lachimiorum re-
gibus duobus.*

Senectus quoque ad vltimum sui finem
proiectus, in hoc eodem opere, inter exem-
pla industriæ, in aliquot claris viris conspe-
cta est, separatim tamen & proprium titu-
lum habeat: ne, cui Deorum immortalium
præcipua indulgentia adfuit, ei nostra orna-
ta mentio defuisse existimetur. Et simul spe-
diuturnioris vitæ, quasi adminicula quædã
dentur quibus insistens, alacriorem se re-
spectu vetusta felicitatis facere quis possit:
tranquillitatemque secunda tri, qua nulla
vnoquam beator fuit, subinde fiducia con-
firmet salutaris principis incolumitatem, ad
longissimos humanæ conditionis terminos
prorogando.

M. Valerius Corvus centesimum annum
compleuit. cuius inter primum & sextum
consulatum quadraginta septem anni inter-
cesserunt: suffecitque integris viribus corpo-
ris non solum speciosissimis reipublicæ mi-
nisteriis: sed etiam exactissimæ agrorum
suorum culturæ, & ciuis & patrisfamilias
optabile exemplum.

Cuius vitæ spatium æquavit Metellus,
quartoque anno post consularia imperia,
senex admodum pont. max. creatus tutelam
ceremoniarum per duos & viginti annos, ne-
que ore in votis nuncupandis hæsitante, ne-
que in sacrificijs faciendis tremula manu.

I.

*Plin. 7. c. 48;**Cicer.**Catone.**Plin. in**Mario.*

II.

*A. V.**dx. Cicer.**Catone.**Plin. 7. c. 48;*

III.

*Vsq̄ue ad**A. V. dl.**Lin. 30.**Plin. 7. c. 48*

IV.

*A. V.**dclxi.**A. V.**dclxviij.**Plin. 7. c. 48**Dion. 41.*

V.

*A. V.**cdlxxiij.**Cicer. de**senect.**Lin. 13. §**alii.*

VI.

Plin. 7. c. 48

Quaerem Fabius Max. duobus & sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta iam ætate id adeptus: quæ vitæque tempora si in vnum conferantur, facile seculi modum expleuerint.

Iam de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in senatu consul rogauerat, superstes fuit: septem quoque tantummodo quos censor collega L. Philippi legerat, è patribus conscriptis reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior.

Appij vero ~~metirer~~ de metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit; nisi quatuor filios, & quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc casu grauatus fortissime rexisset. Quinetiam fessus iam viuendo, lectica se in Curiam deferri iussit, vt cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria, quod honestum erat, per se parum cernens, coacta est peruidere?

Muliebris etiam vitæ spacium non minus longum in compluribus apparuit, quarum aliquas strictim retulisse me satis erit. Nam & Liuia Rutilij septimum & nonagesimum, & Terentiæ Ciceronis tertium & centesimum, & Clodia Aufilij, quindecim filis ante amissis, quintumdecimam & centesimum expleuit annum.

EXTERNA.

Iur

CAP. XII. DE SENEC. MEMOR. 447

Iungam his duos reges, quorum diuturnitas populo Rom. fuit utilissima. siciliæ rector Hiero ad nonagesimum annum peruenit. Massanisa Numidiæ rex hunc modum excessit, regni spatium sexaginta annis emensus, vel ante homines robore senectæ admirabilis. Constat eum quemadmodum Cicero refert libro quem de Senectute scripsit, nullo vnquam imbri, nullo frigore, vt caput suum veste tegeter adduci potuisse. Eundem ferunt aliquot horis in eodem vestigio perstare, non ante moto pede, quam consimili labore iuuenes fatigasset: Ac siquid agere assidentem oporteret, toto die sæpenumero nullam in partem conuerso corpore in solio durasse. Ille vero etiam exercitus equo insidens, noctem diei plerumque iungendo duxit: nihilque omnino ex ijs operibus, quæ adolescens sustinere assueuerat: quum illam senectutem ageret, omisit. Veneris etiam vsu ita semper viguit, vt post sextum & octogesimum annum filium generarit, cui Methymnato nomen fuit. Terram quoque, quam vastam desertam acceperat, perpetuo culturæ studio frugiferam reliquit.

Gorgias etiam Leontinus, Isocratis, & cōplurium magni ingenii virorum præceptor, sua sententia felicissimus. Nam cum centesimum & septimum ageret annum, interrogatus quapropter tam diu vellet in vita re-

I.

A. V

dxviii.

Liu. 24.

Lucian.

Macrob.

Ad. A. V.

de v. Liu. 50

Suid.

Plin. 7. c. 14.

48.

II.

Cicer.

Catone.

Quint. 3. c. 1

Lucian.

ma-

Macrob. manere: Quia nihil, inquit, habeo, quod
Plin. 7. c. 48 Senectutem meam accusem. Quid isto tra-
Aelian. ctu ætatis aut longius aut beatius? Iam alte-
Var. hi- rum sæculum ingressus, neque in hoc quere-
stor. 2. lam ullam inuenit, neque in illo reliquit.

III.

Lucian. Biennii minor Xenophilus Chalcidensis
Macrob. Pythagoricus, sed felicitate non inferior. Si-
Plin. 7. c. 50 quidem (ait Aristoxenus musicus) omnis
 IV. humani incommodi expertus in summo per-
Cicer. fectissimæ splendore doctrinæ extinctus
 est.

Catone

Plin. 7. c. 48 Arganthonius autem Gauditanus tam diu
Herod. 3. regnavit, quam diu etiam ad satietatem vi-
Lucian. xisse abunde foret. Octoginta enim annis
Macrob. patriam suam rexit, cum ad imperium qua-
 draginta annos natus accessisset. cuius rei
 certi sunt Auctores. Asinius etiam Pollio non
 minima pars Rom. styli in tertio historiarii
 suarum libro centum illum & viginti annos
 expleffe commemorat: & ipse nervosæ viua-
 citatis haud paruum exemplum.

V.

Herod. 3. Huius Regis consummationem annorum
Plin. 48. minus admirabilem faciunt Æthiopes. quos
Laert. Herodotus scribit centesimum & vigesimū
in vita.] annum transgredi. Et indi, de quibus Cresias
 quidem tradit. Et Epimenides Cnosius, qua
 Theopompus dicit septem & quinquaginta
 & centum annos vixisse.

VI.

Plin. 7. c. 48 Hellanicus vero ait, quosdam ex gente E-
 priorum, quæ pars est Atoliæ, ducenos exple-
 re annos: eique subscribit Damasthes hoc
 am

CAP. XIV. DE CVPID. GLOR. 449
amplius adfirmans, Litorium quendam ex
his maximarum virium, staturæque præci-
puæ, trecentessimum annum cumulasse.

Alexander vero in eo volumine, quod de
Illyrico tractu composuit, affirmat Dantho-
na quemdam ad quingentesimum vsque an-
num nulla ex parte senescentem processis-
se. Sed multo liberalius Xenophon, cuius
περί πλῆθους legitur, Insulæ enim Lachmio-
rum regem octingentis vitæ annis dona-
uit. Ac ne pater eius parum benigne acce-
ptus videretur, ei quoque ~~centos~~ assigna-
uit annos.

VII.

Plin. 7. c. 48

DE CVPIDITATE GLORIÆ.

CAP. XIV.

IN ROMANIS.

- 1 *P. Africano maiore.*
- 2 *D. Bruto Gallico.*
- 3 *Cn. Pompeio Magno.*
- 4 *Sulla Felice.*
- 5 *Equite quodam.*
- 6 *C. Fabio Pictore.*

IN EXTERNIS.

- 1 *Themistocle Atheniensi.*
- 2 *Alexandro Magno.*
- 3 *Aristotele Stragyrite.*
- 4 *Pausania Macedone.*
- 5 *Herostrato.*

Gloria autem vnde oriatur, aut cuius:
sit habitus, aut qua ratione debeat compa-
rari, & an melius à virtute ac veluti non ne-

Tullium
respicere
videtur,
qui de gloria
scripsit.

I.

Lin. 38.

Cic. pro

Archia.

Plin. 7. c. 30.

Euseb.

Chron.

Sol. in. ca. 7.

* Sed

II.

A. V.

dcxxi.

Cicer. in

Bruto.

C. pro

Archia.

III.

A. V.

dcxcii.

circiter.

cellaria negligatur; viderint ij, quorum in
contemplandis huiusmodi rebus cura terri-
tur; quibusque illa quæ prudenter animad-
uerterunt, facunde contigit eloqui. Ego in
hoc opere factis auctores & auctoribus facta
sua reddere contentus, quanta cupiditas e-
ius esse soleat, proprijs exemplis demonstra-
re conabor.

Superior Africanus Ennij poetæ effigiem
in monumentis Corneliæ gentis collocari
voluit, quod in principio eius opera sua ille-
strata iudicavit. Non quidem ignarus quam
diu Romanum imperium floureret, & Afri-
ca Italiæ pedibus esset subiecta, totiusque
terrarum orbis summum columen arx Ca-
pitolina possideret; eorum extingui memo-
riam non posse. * Si tamen litterarum quæ
que lumen illis accessisset, magni æstimaret
Vir Homericò, quam rudi atque impolito
præconio dignior.

Similiter honoratus animus erga poetam
Accium D. Bruti suis temporibus clari de-
cis extitit: cuius familiari cultu & promp-
titudine laudatione delectatus eius versibus tempo-
rum aditus, quæ ex manubijs consecrauerat
adornauit.

Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc
affectu gloriæ auersus: qui Teophanem Me-
tylenæum scriptorem rerum suarum in con-
suetudine militum ciuitate donauit beneficium
per se amplum, accuratè etiam & testata o-
ratio

CAP. XIII. DE CVPID. GLOR. 451

ratione profecutus: Quo effectum est, vt ne quis dubitaret quin referret potius gratiam, quam inchoaret.

Strab. 13.
Cic. pro
Archia.

L. autem Sulla, etsi ad neminem scriptorem animum direxit, tamen Iugurthæ à Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem eam cupide asseruit: vt annulo, quo signatorio utebatur, in sculptam illam traditionem haberet: Et quantus postea? ne minimum quidem gloriæ vestigium contempserit.

IV.
A. V.
dcxlvii.
Plutare.
in vita
Plin. 37. c. I.
V.
dcccvii.

Atque vt imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam; Scipionem dona militaria, ijs qui strenuam operam ediderant diuidentem, T. Labienus, vt forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit: Eoque negante se id facturum, ne castrensis honos in eo, qui paullo ante seruisset violaretur, ipse ex præda Gallica aurum equiti largitus est. Nec tacite id Scipio tulit: nam equiti, habebis, inquit, donum viri diuitis. Quod vbi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro, vultum demisit. Idem vt audit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas: quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

bello. Civil.
in Africa.

Illa vero & iam à claris viris interdum ex humillimis rebus petita est. nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus ciuis; qui cum in æde Salutis quam C. Iunius Bubulcus

VI.
A. V.
cdli.
Liu. 9

de-

Plin. 35. c. 4.

dedicauerat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamentum familiae consulatibus, & sacerdotiis, & triumphis celeberrimae deerat. Caeterum sortido studio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem suum silentio obliterari noluit: Videlicet Phidiae secutus exemplum, qui clypeo Mineruae effigiem suam inclusit: qua conuulsa, tota operis colugatio solueretur.

Cicer.

Tusc. 1.

de orator. 2.

I.

Plut. in

vita. &

Apoph

Cic. pro

Archia.

EXTERNAE.

Sed melius quanto, si imitatione aliena capiebatur, Themistoclis ardore esset amulatus: quem ferunt stimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quaerentibus, quid ita eo tempore in publico versaretur, respondisse: Quia me trophaea Miltiadis, de somno excitant. Marathon nimirum animum eius, & Artemisium, & Salamis naualis gloriae fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit: Eius a quo artes meae canentur optime. Dulcedinem gloriae pæne adiecit gloriosam.

II.

Iuuenalis

Sat. 10.

*Plut. de
tranquil.
animi.*

Iam Alexandri pectus insatiabile laudis qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti praëceptoris innumerabiles mundos esse referenti, Heu, me, inquit, miserum; quod ne vno quidem adhuc potius sum. Angusta homini possessio gloriae fuit, que

quæ deorum omnium domicilio sufficit.
 Regis & iuuenis flagrantissimæ cupidita-
 tis similem Aristotelis in capeffenda laude si-
 rim subnectam. Is namque Theodecti di-
 scipulo oratorix artis libros, quos ederet,
 donauerat: molesteque postea ferens titu-
 lum eorum sic alij cessisse; proprio volumi-
 ne quibusdam rebus insistens, planius sibi
 de his in Theodictis libris dictum esse ad-
 iecit. Nisi me tanta & tam late patentis sci-
 entix verecundia teneret, dicerem dignum
 philosophum, cuius stabili mores altio-
 ris animi philosopho traderentur. Cæterum
 gloria ne ab his quidem, qui contemptam
 eius introducere conantur, negligitur: quo-
 niam quidem ipsis voluminibus nomina
 sua diligenter adijciunt; vt quod professio-
 ne eleuant, vsurpatione memorię consequan-
 tur. Sed qualiscunque horum dissimulatio,
 proposito illorum longe tolerabilior est,
 qui dummodo æternam memoriam asse-
 quantur, etiam sceleribus innotescere non
 dubitarunt.

Quorum è numero nescio an imprimis
 Pausanias debeat referri: Nam dum Hermo-
 clem percontatus esset, quonam modo su-
 bito clarus posset euadere. atque is respon-
 disse, si illustrem virum aliquem occidisset,
 futurum vt gloria eius ad ipsum redundaret:
 continuo Philippum interemit. Et quidem
 quod petierat, assecutus est: tam enim se par-
 ricidio

III.

*Extant
 verba eius
 in principio
 Rhetorices
 ad Alex.
 Cic. pro
 Archia, &
 Tusc. I.*

IV.

*Dion. 6^o
 Plut. in
 Alexand.
 Iustin. 9.*

454 VAL. MAX. LIB. VIII.
ricidio quam Philippus virtute notum posteris reddit.

Strab. 14.

* al. differe-
retur.

Illam vero glorię cupiditas sacrilega: inuen-
tus est enim qui Dianę Ephesię templum
incendere vellet; ut, opere pulcherrimo con-
sumpto, nomen eius per totum terrarum
orbem * disjiceretur. Quem quidem mentis
furorẽ eculeo impositus detexit. At bene
consuluerant Ephesi, decreto memoriam
terribili hominis abolendo: nisi Theopom-
pi magnę facundię ingenium in historiis
eum suis comprehensisset.

QUÆ CŪQUE MAGNIFI-
ca contigerunt.

CAP. XV.
ROMANIS.

- 1 P. Africano maiori.
- 2 M. Catoni censorio.
- 3 P. Scipioni Nasica.
- 4 P. Scipioni Aemiliano.
- 5 M. Valerio coruo.
- 6 Q. Mucia Scauola.
- 7 C. Mario.
- 8 Cn. Pompeio Magno.
- 9 Q. Lutatius Catulo.
- 10 M. Catoni uticensi.
- 11 L. Marcio. eq. Rom.
- 12 Sulpicia Ser. F. Q. Flacci.

EXTERIS.

- 1 Pythagora Samio.
- 2 Gorgia Leontino.

3 *Amphio arao vati.*4 *Pherenica mulieri Græcæ.*

Candidis autem animis voluptatem præbuerint in conspicuo posita, quæ cuique magnifico merito contigerunt: Quia æque præmiorum virtus atq; honorum contemplatio iudicanda est, ipsa natura nobis alacritatem subministrante, cum honorem industrie appeti & exolui gratæ videmus. Verû est mens hoc loco protinus ad Augustam domum beneficentissimam & honoratissimum templum omni impetu melius cohibebitur. quoniam cui ascensus cælum patet, quamuis maxima, debito tamen minora sunt, quæ in terris tribuuntur.

Superiori Africano consulatus ceterior legitimo tempore datus est. Cui quæ in vita præcipua assignata sunt, & longum est referre, quia multa: & non necessarium, quia maiore ex parte iam relata sunt. Itaque quod hodieque eximium, capiti adjiciam. Imaginem in cella Iouis opt. max positam habet; quæ quotiescunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur; vnique illi instar atrii Capitolium est.

Tam hercle, quam Curia superiori Cato- ni. Vnde effigies illius ad eiusdem generis officia expromitur: Gratum ordinem, qui utilissimum reipublicæ senatorem * tantum * al tan- non semper secum habitare voluit, omnibus quam.

nu-

I.

A. V.

dxlviii.

Liu. 28.

A. V.

dlii. Liu. 38.

ipse. Val. 4.

cap. I.

II.

A. V.

dciiii.

Auct. de

vir illust.

in vita.

* al tan-

quam.

numeris virtutum diuitem, magisq; suo merito, quam fortunæ beneficio magnum: cuius prius consilio, quam minoris Scipionis imperio est deleta Carthago.

Rarum specimen honoris à Scipione quoque Nasica oboritur: Eius namque manibus & penatibus nondum quæstorii, senatus Pythii Apollinis monitu, Pessinunte accersitam deam excipi voluit: quia eodē oraculo præceptum erat, vt hæc ministeria matri deum à sanctissimo viro præstarentur. Explicatos Fastos, præter omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatu speciosius reperies.

Tradunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. Æmilianum enim populus, ex candidato ædilitatis, consulē fecit. Quod fieri oportere, exercitū senatū literis admonuit. Ita nescias vtrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas, an militū consilium adiecerit. toga enim Scipionem ducem aduersus Pœnos creauit, arma poposcerunt. Eundemque, cum quæstoriiis comitiis suffragator. Quæ Fabii Maximi fratris filii in campum descendisset, consulē iterum reduxit. Eidem senatus bis sine sorte prouinciam; prius Africam, deinde Hispaniā dedit. Atque hæc neque ciui neque senatori ambizioso: quemadmodum non solum vitæ eius seuerissimus cursus; sed etiam mors clādestinis illata infidiis declarauit.

M. quo-

A. V.

dciiij.

Lin. 49.

Cicer.

Catone.

III.

A. V.

dxlix.

Lin. 29.

Ouid.

Fast. 4.

Auct. de

vir. ill.

cap. 44.

Solin. ca. 7.

IV.

A. V.

dcvi.

Appian

Lin. 50.

Auct. de

viris. il. in

vita.

A. V.

dcxix.

Cicer.

Lelio.

Lin. 56.

M. quoque Valerium duabus rebus insignibus dii pariter atque ciues speciosum reddiderunt: Illi cum quodam Gallo cominus pugnanti coruum propugnatorem subijcientes: hi tertium & vigesimum annum ingressu, consulatum largiti: quorum alterum decus vetustæ originis ac optimi ominis: *gens Coruini amplexa cognomen vsurpat: alterum summo subiungitur ornamento, tam celeritate quam principio consulatus gloriando.

At ne Q. quidem Scæuolam quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris; Qui Asiam tam sancte & tam fortiter obrinuit; vt senatus deinceps in eam prouinciam iturus magistratibus, exemplum atque formam officij Scæuolam decreto suo proponeret.

Inhærent illi voci posterioris Africani septem C. Marii consulatus, ac duo amplissimi triumphus. Ad rogam enim vsque gaudio exultauit: Qui cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereret, & forte inter cenam quidem Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam resp. æque magnum habitura esset. Imperator ipsum respiciens infra se cubantem, vel hunc, dixit: Quo augurio perfectissima virtus, maximam orientem virtutem, viderit: ne certius an efficacius accenderit, perpenderit vix potest. illa nimirum cena militaris, specio-

A. V.

dccciv.

Lin. 59.

Velleius.

Plutaro.

Gracch.

V.

A. V.

cdiiii. &

cdv.

Lin. 7.

Gell. 9. c. II.

& alii.

*al. gens

nostra.

VI.

A. V.

dclix.

Cicer. in

Bruto.

ad Att. 5. &

6. Var. 4.

Pad. in di.

uin.

VII.

A. V.

dcccix.

Plutaro.

V

cio-

*in vita.**A. V.**dcli.**Plutarc.**in vita.*

VIII.

*A. V.**dclxxxvi.**& dclxxxij.**& dcxxxij.**& dccj.et.**dccxij.**Plutarc.**in vita.**Plin. 7. c. 26**Velleius.**Dion. Cic.**& alii.*

IX.

*A. V.**dcccxvii.**Cic. Pro**lege Man.*

ciosissimas tota in vrbe Mario futuras cenas
ominata est. Postquam enim Cimbros ab eo
deletos initio noctis nuntius peruenit, ne-
mo fuit, qui non illi tanquam dijs immor-
talibus, apud sacra mensæ suæ libauere-
rit.

Iam quæ in Cn. Pompeium, & ampla &
noua congesta sunt, hinc assensione fauo-
ris, illinc fremitu inuidiæ litterarum monu-
mentis obstrepuntur. Eques Romanus, Pro-
consule in Hispaniâ aduersus Sertorium
pari imperio C. Metello principe ciui-
tatis missus, nondum vllum honorem au-
spicatus bis triumphauit: initia magistratu
à summo imperio cepit: tertium cōsularum
decreto senatus solus gessit: de Mithridate
& Tigraue, de multis præterea regibus, gra-
tibus, plurimisque ciuitatibus & prædonibus
vnum duxit triumphum.

Quæ etiam Catulum pop. Rom. voce
tantum non ad sidera vsq; euexit. Nam
ab eo pro Rostris interrogaretur, si in
Pompeio Magno omnia reponere perse-
rasset, absumpto illo subiti casus incursum
quo spem esset habiturus, summo confectum
acclamauit, In te Vim honorati iudicii
mirabilem. Si quidem Magnum Pompeium
cum omnibus ornamentis, quæ retuli, de
rum syballarum spatio inclusum Catulo
quauit.

X.

Potest & M. Catonis ex Cipro cum rep...

pecunia reuertentis appulsus ad urbem videri memorabilis: cui naui egredienti confules, & cæteri magistratus, & vniuerfus S. P. Q. R. officij gratia præsto fuit. Non quod magnum pondus auri & argenti; sed quod M. Catonem classis illa incolumem aduexerat, lætatus.

Sed nescio an præcipuum sit L. Marcij inuifitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exortus P. & Cn. Scipionũ interitu, victoriaque Adrubalis lacerati, duces legerunt: quo tempore solus eorum in ultimis angustias deducta, nullum ambitio- ni locum relinquebat.

Merito virorum commemorationi Sulpitia, Ser. Paterculi filia. Q. Fuluij Flacci vxor, adijcitur. Quæ cum senatus libris Sibyllinis, per decem utros inspectis censuisset, ut Veneris Verticordiae simulachrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque uolentes à libidine ad pudicitiam cõuerterentur; & ex omnibus matronis centum, ex centũ autem decem sorte ductæ, de sanctissima femina iudicium facerent, cunctis castitate prælata est.

EXTERNÆ.

Cæterum quia sine vlla diminutione Romanæ maiestatis externa quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediamur. Pythagore tanta veneratio ab auditoribus tributa est; vt quæ ab eo acceperant, in disputatio-

A. V.
dcccvii.

Plutare.
in vita.

Dion. 39.

XI.

A. V.

dxli.

Liu. 25.

Appian.

Iberica.

Polyb.

Et alii.

XII.

A. V.

dcccxxxix.

Plin. 7. c. 35.

Ouid.

Fast 5.

Iul. Obseq.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

Sol. cap. 7.

vita Iustin.
20.

II.
Plato in
Gorgia.
Cicer. de
orat. 3.

de finib. I
Plin. 33 c. 4.

III.
Strab. 9.

de 16.
Paus. in At.
Cicer. de
diuin. I.
Philost.
icon.

IV.
Plin. 7. c. 41.
Aelian.
Var. histor.
10.
Pausan.

nem deducere nefas existimarent: Quin etiam interpellati ad reddendam causam; hoc solum respondebant, ipsum dixisse: Magni honos, sed schola tenuis. Illa urbium suarum fragilis tributa est. Enixo Crotoniatae studio ab eo petierunt ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, conuiliis suis uti pateretur. Opulentissimaque ciuitas, tam frequenter venerati post mortem domum, Cereris sacrum fecit: quantumque illa urbs viget, & dea in hominum memoria, & in deae religione culta est.

Gorgiae vero Leontini studiis litterarum aetatis suae cunctos praestantis, adeo ut primo in conuentu poscere, qua de re quisque audire vellet, ausus sit, vniuersa Graecia in templo Delphici Apollinis statuam solido auro posuit: cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.

Eadem gens, summo consensu ad Amphiarum decorandum incubui; locum in quo humatus est, in formam condicionemque templi redigendo, atque inde oraculum capi instituendo. Cuius inceres idem heronoris possident, quod Pythicae Cortinae quod aheno Dodanae, quod Hammonis foetati datur:

Pherenices quoque non vulgaris honore cui soli omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est; cum ad Olympum

CAP. I. DE LVXVRIA ET LIBID. 461
lympia filium Euclea certamen ingressurum
adduxisset, Olimpionice patre genita, fra-
tribus eandem palmam assecutis latera eius
cingentibus.

VALERII MAXIMI
LIBER IX.

DE LVXVRIA ET LIBIDINE

CAP. I.

EXEMPLA ROMANA SVNT:

- 1 C. Sergius Orata.
- 2 Clod. Aesopi Tragædi F.
- 3 Mulieres legis Oppia oppugnatrices.
- 4 Cn. Domitius & L. Crassus cens.
- 5 Q. Metellus Pius.
- 6 C. Scribon. Curio filius.
- 7 D. Clodii iudicium.
- 8 Gemellus viator tribunicius.
- 9 L. Catilina.

EXTERNA.

- 1 Annibal Poenus Amilcar. F.
- 2 Vulfinienses.
- 3 Xerxes Persarum rex.
- 4 Antiochus Syria rex.
- 5 Ptolomeus Aegypti rex.
- 6 Aegyptii.
- 7 Cyprj.

Blandum etiam malum, luxuria, quam

accusare aliquanto facilius est, quam vitare
operi nostro inferatur: Non quidem ut
lum honorem recipiat; sed ut seipsam reco-
gnoscens ad pœnitentiam impelli possit.

Iūgatur illi libido: quoniam ex iisdem vi-
riorum principijs oritur: neque aut à repre-
hensione aut ab emendatione separentur ge-
mino mentis errore connexæ

I.
A. V.

de boi.
circiter.

Plin. 9. c. 54.

Macr. 3.

cap. 15.

C. Segius Orata pensilia balnea prima
facere instituit: quæ in mensa leuibus initi-
cocepta, ad suspensa calidæ aquæ tantum non
æquora penetrant.

Idem videnter, ne gulam Neptuni ab-
trio subiectam haberet, peculiaria sibi man-
excogitavit, æstuariis intercipiendo fluctu-
pisciumque diuersos greges separatos mor-
bus includendo, ut nulla tam sæua tempestas
incideret, qua non Oratæ mensæ varietas
ferculorum abūdarent. Aedificiis etiam sp-
ciosis & excelsis deserta ad id tempus ora-
crini lacus pressis: quo recentiore vsu con-
liorum fueretur: Vbi dum se publicæ aquæ
cupidius immergit, cum Confidio publico
no iudicium nactus est: in quo L. Crassus
aduersus illum causam agens, errare am-
cum suum Confidium dixit, quod putare
Oratam remotum à lacu, cariturum ostreis
namque ea, si inde petere non licuisset in re-
gulis reperiturum.

II.

A. V

dcxc.

Huic nimirum magis Æsopus tragicus
in adoptionem dare filiam suam, quam bo-

horum suorum hæredem relinquere debuit: *circa* er.
 non solum perditę, sed etiam furiosę luxu- *Plin. 10.*
 rię iuuenem. Quem constat cantu com- *cap. 51.*
 mendabiles auiculas immanibus emptas *Et lib. 9.*
 precijs, in cena pro ficedulis ponere, aceto- *cap. 35.*
 que liquatos magnę summę vniones potio- *Horat.*
 nibus aspergere solitum; amplissimum patri- *Sat. 3. lib. 2.*
 monium, tanquam amaram aliquam farci-
 nam, quam celerrime adiciere cupientem:
 Quorum alterius finis, alterius adolescentis
 sectam secuti plurimum longius manus porre-
 xerunt. Neq; enim vbi ~~est~~ vitium ibi,
 vbi oritur. Inde ab Oceani litoribus attra-
 cti pisces, inde infusę culinis ostreę. Arte
 sensibusque edendi atque bibendi voluptas
 reperta est.

Vrbi autem nostrę secundi belli Punici
 finis, & Philippus rex Macedonię deuictus,
 licentioris vitę fiduciam dedit. Quo tempo-
 re matronę Brutorum domum ausę sunt ob-
 fidere, qui abrogationi legis Oppię inter-
 cedere parati erant, quam femineę tolli cu-
 piebant: quia his nec veste varii coloris uti,
 nec auri plus semuncia habere, nec iuncto
 vehiculo propius Urbem mille passus, nisi
 sacrificii gratia, vehi permittebat. Et quidem
 obtinuerunt vt ius per continuos viginti
 annos seruatum aboleretur. Non enim pro-
 uiderunt sæculi illius viri, ad quem cultum
 tenderet insoliti cętus pertinax studium;
 aut quo se vsque effusura esset legum victrix

III.
 A. V.
 dlviii.
 Liu. 34.
 Zonaras.
 Et alii.

audacia. Quod si animi muliebris apparatus intueni potuissent, quibus quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est; in ipso introitu ruenti luxuriæ obstitissent.

IV.

A. V.

delxi.

Plin. 17. c. 1.

Gl. 36. ca 3.

Sed quid ego de feminis vterius loquor; quas & imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata effectatio, omnes studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre; cum temporum superiorum & nominis & animi excellentes viros in hoc priscae continentiae ignotum diuerticulum prolapsos videam. Idque iurgiorum pateat.

Cn. Domitius L. Crasso collegæ suo altercatione orta obiecit, quod columnas Hymettas in porticu domus haberet. Quem continuo Crassus, quanti ipse domum suam æstimaret, interrogauit: Atque vt respondit sexagies sestertio: Quanto ergo eam, inquit, minoris fore existimas, si decem arbutulas inde succidero? Ipso tricies sestertio, ait Domitius. Tunc Crassus: vter igitur luxuriosior est? Egone, qui decem columnas centum millibus nummum emi; an tu, qui decem arbutularum vmbra tricies sestertium summa compensas? Sermonem oblitum Pyrrhi immemorem Annibalis, iamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem: aliquanto tamen insequentium seculorum ædificijs & nemoribus angustiorum. Quoniam inchoatam à se lautitiam posteris relinquere, quam à maioribus acceptam

ptam continentiam retinere maluerunt.

Quid enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania aduentus suos ab hospitibus aris & thure excipi patiebatur? cum Attalicis aulæis contactos parietes læto animo intuebatur? cum immanibus epulis apparatusissimos interponi ludos sinebat? cum palmata veste conuiuia celebrabat, demissasque lacunariibus aureas coronas velut cælesti capiti recipiebat? Et vbi ista non in Græcia, neque in Asia; quarum luxuria & meritas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida & bellicosa prouincia, cum præsertim acerrimus hostis Sertorius, Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret: Adeo patris sui Numidica castra exciderunt. Patet igitur, quam celeri transitu luxuria affluerit: Nam cuius adolescentia priscos mores vidit, senectus novos orsa est.

Consimilis mutatio in domo Curionum extitit: Siquidem forum nostrum & patris grauissimum supercilium, & filij sexcenties fertium æris alieni aspexit; contractum famosa iniurianobilium iuuenum. Itaque eodem tempore, & in iisdem penetibus diuersa secula habitarunt: frugalissimum alterum, alterum nequissimum

P. autem Clodij iudicium quanta luxuria & libidine abundauit! in quo vt euidenter incesti crimine, nocens reus absoluere-

V.

A. V.
dclxxij.
Macrob.
Sat. 3. c. 13.

VI.

Cicer. in
Bruto.
Vatin.
fam. 2. §
alibi saepe.
Plutarc.
Cæsare.
Appian.
Civil. 2.
Dion. 40.
Velleius.
& alij.
A. V.
dec.
circiter.

VII.

A. V.
dxcii.

Dion. 37:
Senec. ad
Lucil.
episti 98.
Cicer.
Attic. 1.

VIII.

A. V.

dcci.

* al. Mum-
miam. &
Flauiam.

* al. patie-
tia.

tur, noctes matronarum & adolescentium nobilium magna summa emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ sunt. Quo in flagitio tam tetra, tamque multiplici, nescias primum quem detestere; an qui istud corruptelæ genus excogitauit, an qui suam pudicitiam sequestrem periurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

Aeque flagitiosum illud conuiuium, quod Gemellus Tribunicius viator ingenu. sanguinis, sed officii intra sanctalem habitum deformis, Metello Saturni consuli ac tribuni plebis magno rubore ciuitatis comparauit. Lupanari enim domi suæ instituto, † Muciam & Fuluiam tum à patre, tum à viro vtramque abductam, & nobilem puerum Saturninum in eo prostituit: Probosa * profapie corpora, ludibrio temulentæ libidinis futura: epulas consulibus & tribunis non celebrandas, sed vindicandas.

Præcipue vero Catilinæ libido scelerata. Nam vesano amore Aureliæ Orestillæ correptus, cum vnum impedimentum videret, quo minus nuptiis inter se iungerentur, filium suum, quem & solum & ætate iam puberem habebat, veneno sustulit: protinusque eorogo eius maritalem facem accendit, ac noxæ maritæ orbitatem suam loco muneris erogauit. Eodem deinde animo ciuem segerens, quo patrem egerat: filii pariter manibus & nefarie attentæ patriæ poenas dedit.

A. V.

dccc.

Sallust.
Catil
& alii.

E X.

At Campana luxuria per quam utilis ci- I.
 uitati nostræ fuit. Inuictum enim armis An- A. V.
 nibalem illecebris suis complexa, vincendū dxxxvii.
 Romano militi tribuit. Illa vigilantissimum Liv. 23.
 ducem, illa exercitum acerrimum dapibus Cicer.
 largis, abundanti vino, vnguētorum fra- Tull. 2.
 grantia, Veneris vsu lasciuiore, ad somnium Zonaras.
 & delicias euocauit. Ac tum demum fracta
 & * contusa Punica feritas est, cum Seplasia * al. concus-
 ei & Albana castra esse cœperunt. Quid er- sa.
 go his vitiis scœdus, quid etiam damnosius, Vide Pa-
 quibus virtus ateritur, quæ languescunt, dian. in
 sopita gloria in infamiam conuertitur, ani- Pisouianã
 misque pariter & corporis vires expugnan- & Non.
 tur? Adeo vt nescias ab hostibusne an ab illis Marcell.
 capi perniciosius habendum sit.

Quæ etiam Volsiniensium urbem graui- II.
 bus & erubescendis cladibus implicarunt. A. V.
 Erat opulenta, erat moribus & legibus or- cdxxxviii.
 nata, Etruriæ caput habebatur: sed postquã Oros. 4. c. 5.
 luxuria prolapsa est in profundum iniuria- Zonaras.
 rum & turpitudinis decidit, vt seruorum
 se insolentissimæ dominationi subijceret.
 Qui primum admodum pauci senatorium
 ordinem intrare ausi, mox vniuersam rem- Flor. l. c. 21.
 publicam occupauerunt. Testamenta ad ar- Auct. de
 bitrium suum scribi iubebant: conuiuia virisill. c. 36
 ætusque ingenuiorum fieri vetabant: filias
 dominorum in matrimonium ducebant.
 Postremo lege sanxerunt, vt supra sua in vi-
 - duis

duis pariter ac nuptis impunita essent; ac nequa virgo ingenuo nuberet, cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

III.

Cicer.

Tusc. 5.

Age, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo usque luxuria gaudebat, ut edito premium ei proponeret, qui nouum voluptatis genus reperisset. Quanta, dum delicijs nimis capitur, amplissimi imperii ruina euasit.

IV.

A. V.

dcccxxv.

circiter.

Iust. 38.

Liu. 59.

A. V.

dcccxxv.

circiter.

Strab. 17.

Liu. 59.

Ioseph.

antiq. 2.

Antiochus quoque Syriæ rex nihilo continentioris exemplis. Cuius cæcæ & amentem luxuriam ex ætate imitatus, magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos habuit: argenteaq; vasa ad usum culinæ comparauit: & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit, Auaro potius hosti præda optabilis, quam vlla ad vincendum strenuo mora.

Iam Ptolomæus rex accessione vitiorum suorum vixit: ideoque Phiscon appellatus est. Cuius nequitia quid nequius? sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coëgit. Postea deinde filia eius per vim stuprata, ipsam dimisit, ut vacuum locum nuptijs puellæ faceret.

VI.

A. V.

dcccxxvij.

Consentaneus igitur regibus suis gentis Aegyptiæ populus: qui ductu Archelai aduersus A. Gabinium moenibus vrbis egressus, cum castra vallo atque fossa cingere iubere-tur; vniuersus sueclamauit, ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter

pter deliciis tam enerues animi, spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt. *Dion. 39. Liu. 105.*

Sed tamen effeminator multitudo Cyriorum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant. Viris enim si modo viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare satius fuit. *VII.*

DE CRVDELITATE.

CAP. II.

- 1 L. Cornelij Sullæ
- 2 C. Marij Cos. VII.
- 3 L. Iunij Danaßippi pr.
- 4 Munatij Flacci.

EXTERNORVM.

- 1 Carthaginensium.
- 2 Annibalis Pani.
- 3 Mithridatis regis.
- 4 Numulixinthiæ Thraciæ regis.
- 5 Ptolemai Physcontis regis.
- 6 Darij Ochi Persarum regis.
- 7 Artaxerxis Ochi regis.
- 8 Atheniensium.
- 9 Perilli Siculi.
- 10 Etruscorum.
- 11 Quorundam barbarorum.

Hæc societas vitiorum lasciuæ vultus, & nouæ cupiditati inhærentium oculorum, ac delicato cultu affluente, per varios illecebra-

rum motus volitantis animi: crudelitatis vero horridus habitus, truculenta facies, violenti spiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis referta: cui silentium donare incrementum est adiicere. Etenim quem modum sibi ipsa statuet, sine sugillationis quidem frenis fuerit reuocata: ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

A. V.

de lxxi.

Liu. 88.

Plutare.

in vita

Appian.

Ciui. I.

Velleius.

Oros. Galij.

L. Sulla, quem neque laudare neque vituperare quisquam satis dignum potest: quia dum quærit victorias, Scipionem se populo Romano; dum sæuitiam exercens, Annibalem representauit. Eodem namque auctoritate nobilitatis defensa, crudeliter totam Urbem atque omnes Italiae partes ciuilibus sanguinis fluminibus inundauit. Quatuor legiones contrariae partes, fidem suam secutas, in Publica Villa (quæ in Martio campo erat) nequicquam fallacis dextræ misericordiam implorantes, obtruncari iussit: Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ ciuitatis aures receperunt: lacerata ferro corpora Tyberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est. Quinque millia Prænestinorum spe salutis per P. Cethegum data, extra mœnia municipij euocata, cum abiectis armis humi corpora prostrauissent, interficienda, protinusque per agros dispergenda curauit. Quatuor millia & septingentos diræ proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria

moria tam præclaræ rei dilueretur. Nec contentus in eos seuire, qui armis à se dissenferant; etiam quieti animi ciues, propter pecuniæ magnitudinem, per nomenclatorem conquisitos, proscriptorum numero adiecit. Aduersus mulieres quoque gladios distinxit: quasi parum cædibus virorum satiatus. Id quoque inexplebilis feritatis indicium est. Abscisa miserorum capita, modo non vultum ac spiritum retinentia, in conspectum suum afferri voluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quam porro crudeliter se in M. Mario præcessit, quem per ora vulgi ad sepulchrum Lutatiæ gentis pertractum, non prius vita priuauit, quam oculos infelicis erueret, & singulas corporis partes confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor. At ille etiam M. Platorium, quod ad Marij supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit: nouus punitor misericordiæ, apud quem iniquo animo scelus intueri, scelus admittere fuit. Sed mortuorum vmbri saltem pepercit? Minime; nam C. Marij, cuius, etsi postea hostis, quæstor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alueum sparsit: quibus actis Felicis cognomen assequendum putauit.

Cic. de leg. 3.

Cuius tamen crudelitatis C. Marius inuidiam leuat; nam & ille nimia cupiditate persequendi inimicos, iram suam nefarie di-

II

A. V.
dclxvi.

Appian.
Ciuit.
Cic. de orat.
 3.
Liu. 80.
L. Flor. c. 23.
Plutarc.
Mario.
 * *F. An-*
tonium.

distrinxit, L. Cæsaris consularis & censorij nobilissimum corpus ignobili sæuitia trucidando: Et quidem apud seditiosissimi & abiectissimi hominis bustum: id enim malorum miserrimæ tunc reipublicæ deerat, ut Vario Cæsar piaculum caderet. Pene tantæ victoriæ eius non fuerunt: quarum oblitus plus criminis domi: quam laudis militiæ meruit. Idem caput M. Antonij abscisum lætis manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquandiu tenuit: clarissimique & oratoris sanguine contaminatæ sacra passus. Atque etiam * P. Annium, qui id attulerat, in sinum suum, recentis cædis vestigiis aspersum recepit.

III.
A. V.
dlxxi.
Oros. 5. c. 19.
Liu. 86.
Appian. 1.
Velleius.

Damasippus nihil laudis habuit quod corrumperet: itaque memoria eius licentiose accusatione perstringitur; Cuius iussu principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permista sunt; Carbonisque Aruinæ truncum corpus patibulo affixum gestatum est: Adeo aut flagitiosissimi hominis prætura multum, aut reipublicæ maiestas nihil potuit.

IV.
A. V.
dicviiij.
A. Hirtius
de bello.
Hispan.

Munatius etiam Flaccus Pompeiani nominis acrior, quam probabilior defensor, cum ab imperatore Cæsare in Hispania inclusus mœnibus Attinguensium obsideretur efferam crudelitatem suam truculentissimo genere vesaniæ exercuit. Omnes enim eius

ins oppidi ciues, quos studiosiores Cæsaris, senferat, iugulatos, muris præcipitauit: feminas quoque, citatis nominibus viorum qui in contrarijs castris erant, vt cædes coniugum suarum cernerent; maternis gremiis superpositos liberos trucidauit, infantesque alios in conspectu parentum humo infligi, alios superiactatos pilis excipiiussit: Quæ audita etiam intolerabilia, Romano iussu, Lusitanis manibus administrata sunt: cuius gentis presidio Flaccus vallatus, diuinis operibus, diuina pertinacia resistebat.

EXTERNA.

Transgrediamur nunc ad illa, quibus, vt par dolor, ita nullus nostræ ciuitatis rubor inest. Carthaginenses Attilium Regulum palpebris resectis, machinæ, in qua vndiq; præacuti stimuli eminebant, inclusum, vigilantia pariter & continuo tractu doloris necauerunt. Tormenti genus haud dignum passio, auctoribus dignissimum. Eadem vsi sunt crudelitate in milites nostros, quos maritimo certamine in suam potestatem reductos nauibus substrauerunt; vt earum carinis ac pōdere elisi, inusitata ratione mortis barbaram seueritatem satiarent: retro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

Eorum Dux Annibal, cuius maiore ex parte virtus sæuitia constabat, in flumine Vergello, corporibus Romanis ponte facto,

T
A. V.
diii.
Cic. offic. 3.
Gell. 6. c. 4.
Auct. de
Viris ill.
& alii.
Non Marcell. ex
Varr. de vi-
ta pop.
Rom 4.
II.
A. V.
dxxxvii.

*L. Flor. 2.**c. 6.**Plin. 8. c. 7.**Zonaras*

exercitum traduxit, ut terrestrium Carthaginensium copiarum æque scelestum egressum terra, quam maritimarum Neptunus experiretur. Idem captiuos nostros oneribus & itinere fessos infima pedum parte succisa relinquebat, Quos vero in castra perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum iungens ferro decernere cogebat: neque ante sanguine explebatur, quam ad unam victorem omnes redegisset. Ius ergo illum odio, verumtamen tardo supplicio senatus Prusæ regi factum, supplicem ad voluntariam mortem compulit.

III.

*A. V.**dclxv.**Liu. 78.**Appian.**Methrid.**Plutarc.**Pomp.**Et alij**A. V.**dccc.**Appian.**Plutarc.**Auct. de**viris ill. Et**alij.**† affixerat.*

IV.

Tam hercle, quam Mithridatem regem, qui vna epistola octoginta millia civium Romanorum, in Asia per vrbes negotiandi gratia dispersa, interemit: tantæque provincie hospitales deos, iniusto, sed non iniuncto cruore respersit. Quoniam cum maximo cruciату, veneno repugnantem spiritum tandem succumbere coegit. Simulque picula crucibus illis dedit, quibus amicos suos auctore Gauro spadone libidinosos obsequio, scelestus imperio* affecerat.

Numilizinthis Diogiridis filius Thracie regis etsi minus admirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabie læuitiæ facit: cui neque viuos homines mercedios fecare, neque parentes liberorum* vesper corporibus nefas fuit.

Iterum Ptolemæus Physcon emergit, pac-

lo ante libidinosa amentia terribilissimum exemplum: idem etiam inter praecipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim facto truculentius? filium suum nomine Menophitem, quem ex Cleopatra eadem sorore & vxore sustulerat, liberalis formae optimaeque spei puerum, in conspectu suo occidi iussit, protinusque caput eius & pedes praecisos, & manus in cista chlamide operatos pro munere natalitio matri misit. Perinde quasi ipse cuiusquam vitam infererat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate Cleopatram miserabilem, cunctis se inuisum redderet. Adeo caeco furore summa quaeque efferuescit crudelitas, cum munimentum ex se ipsa capit. Nam cum animaduerneret, quanto sui odio patriae teneretur, timori remedium scelere petiuit quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens iuventute gymnasium armis & igni circumdedit, omnesque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit.

Ochus autem, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis iureiurando obstrictus, ne quem ex coniuratione quae septem Magos cum eo oppresserat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret; crudeliorem mortis rationem excogitauit, qua onerosos sibi, non perrupto religionis vinculo tolleret. Septum enim a-

* *al. pasc.*

V.

A. V.

*dcxxv.**Ioseph.**antiq. 2.**Iust. 38.*

VI.

*Ouid. irs**Ibin.*

liis

* *al. super-
posito.*

liis parietibus locum cinere compleuit, *
suppositoque tigno prominente, benigne
cibo & potione excepto in eo collocabatur; à
quo somno sopiti, in illam insidiosam con-
geriem decidebant.

VII.

*Euseb. in
chro.*

XII. *Persa-
rum regem
dicit.*

Apertior & tetrior alterius Ochi cogno-
mine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham so-
rorem, atque eandem socrum, viam capite
defodit: & patrum cum centum amplius
filiis ac nepotibus vacua ea destitutum,
iaculis confixis; nulla curia laecessitus. sed
quod in his maxime apud Persas probita-
tis & fortitudinis laudem consistere vide-
bat.

VIII.

Cic. offic. 3.

Ælian.

Vari. hist. 2.

Consimili genere æmulationis instincta
ciuitas Atheniensium, indigno gloriæ suæ de-
creto Æginiensium iuuentuti pollices absci-
dit; vt classe potens populus, in certam e mar-
itimarum virium secum descendere nequi-
ret. Non agnosco Athenas timori remedium
à crudelitate mutuantes.

IX.

Cicer. in

Pisonem.

Phalaris in

epist. Ouid.

in Ibin.

Sæuus etiam ille ænei tauri inuentor, quo
inclusi subditis ignibus, longo & abdito
cruciatu, mugitus resonante spiritu edere
cogebantur, ne eiularus eorum humanæ so-
no vocis expressi, Phalaridis tyranni miseri-
cordiam implorare possent. Quam, quia ca-
lamitosis deesse voluit, teterimum artis suæ
opus primus artifex inclusus merito auspica-
tus est.

X.

At ne Etrusci quidem parum fœces in
pœna

pœna excogitanda: qui viuorum corpora ca-
daveribus aduersa aduersis alligata atq; con-
stricta, ita vt singulæ membrorum partes sin-
lis essent accommodatæ, tabescere simul pa-
tiebantur: Amari vitæ pariter ac mortis tor-
tores.

Sicut illi Barbari, quos ferunt mactatarū
pecudum intestinis, & visceribus egestis, ho-
mines inserere, ita vt capitibus tantummo-
do emineant, & que vt diutius pœna suffici-
ant, cibo & potione infelicem spiritum pro-
rogare: donec intus pestis laniatui sint a-
nimalibus, quæ tabidis corporib. innasci so-
lent. Queramus nunc cum natura rerū, quod
nos multis & asperis aduersæ valetudinis in-
commodis obnoxios esse voluerit: habitum-
que cælestis roboris humanæ conditioni de-
negatum moleste feramus, cum tot crucia-
tus sibimetipsa mortalitas impulsu crudeli-
tatis excogitauerit.

DE IRA ET ODIO.

CAP. III.

- 1 M. Liiii Salinatoris Cos.
- 2 C. Marcii Figuli iuriscos.
- 3 Patrociniurum.
- 4 Iuuentutis Romana.
- 5 Exercitus Rom.
- 6 Plebis Rom.
- 7 Q. Metelli Macedonici procos:
- 8 L. Corneij Sulla.

EXTERNORVM.

I Ale-

Virgil.
Æneid. 8. de
Mezentio.

XI.

- 1 *Alexandri Magni.*
- 2 *Amilcaris Barcha Poeni.*
- 3 *Annibalis Barcha Poeni.*
- 4 *Semiramidis Assyriorum regina.*

Ira quoque & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant, pro cursu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Vterque consternationis plenus affectus, ac numquam sine tormento sui violentus, quia dolorē cū inferre vult, pariter amara sollicitudine, ne non contingat, anxius: Sed proprietatis eorum animæ sunt imagines: quas dii ipsi in claris personis aut dicto aliquo facto aut vehementiore, conspici voluerunt.

A. V.
 dxlvi.
 Liu. 27.

Cum aduersus Adrubalem Liuius Salinator bellum gesturus vrbe egrederetur, monente Fabio Maximo ne ante descenderet in aciem, quam hostium vires animumque cognosset; primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit. Interrogatusque ab eodem, quid ita tam festinanter manus conferere vellet: Vt quam celerrime (inquit) aut gloriam ex hostibus victis, aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam. Ira tunc atque virtus sermonem eius inter se diuiserunt; illa iniustæ damnationis memor, hæc triumphus gloriae intenta. Sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere, & sic vincere.

H.

Ardentis spiritus virum, & bellicis operibus assuetum, huc iracundiæ stimuli egerrunt.

tunt: C. autem Figulum mansuetissimum, A. V.
 pacato iuris civilis iudicio celeberrimum, *dcxxi.*
 prudentiæ moderationisque immemorem *circiter.*
 reddiderunt. Consulatus enim repulsæ do-
 lore accensus, eo quidem magis, quod illum
 bis patri suo datum meminerat, cum ad eum
 postero comitorum die multi consulendi
 causa venissent, omnes dimisit: præfatus. An
 vos consulere scitis, consulem facere nescitis?
 Dictum grauius merito; sed tamen ali-
 quanto melius non dictum. Nam quis po-
 pulo Rom. irasci sapere potest?

Iraque ne illi quidem probandi, quam *III.*
 uis sanctum eorum nobilitatis splendore *A. V.*
 protectum sit: qui, quod Cn. Flavius humili- *cdxlix.*
 mæ quondam sortis præturam adeptus erat, *Liu. 9.*
 offensi, annulos aureos sibimetipsis, & pha- *Gell. 6. c. 9.*
 leras equis detractas abiecerunt, doloris im- *Plin. 33. c. 1.*
 potentiam tantum non luctum profecto te- *Qui omnes*
 stati. *de curali a-*

Talis iræ motus aut singulorum aut pau- *litate Flauij*
 corum aduersus populum vniuersum: mul- *hoc scribunt*
 titudinis autem erga principes ac du- *non prætura*
 ces, eiusmodi. Manlio Torquato amplissi- *IV.*
 mam & gloriosissimam ex Latinis & Cam- *A. V.*
 panis victoriam in Urbem referenti, cum se- *cdxiiij.*
 niores omnes lætitia ouantes occurrerent; *Liu. 8.*
 iuniorum nemo obuiam processit: quod filiū
 adolescentem, fortissime aduersus imperium
 suum proeliarum, securi percussisset. Miserti
 sunt æqualis nimis aspere puniti: nec factum

corum defendo, sed iræ vim indico, quæ
 nius ciuitatis & ætates & affectus diuidere va-
 luit.

V.

A. V.

cclxxiii.

Liu. 2.

Dion. 9.

Zon. II.

A. V.

ccxxcii.

Liu. Dion.

Zonoras.

Eadem tantum potuit, vt vniuersum pu-
 puli Rom. peditatum, à Fabio consule ad
 hostium copias persequendas missum, cum
 & tuto & facile eas liceret delere; legis agrar-
 riæ ab eo impeditæ memoria immobilem re-
 tineret. Illa vero etiam Appio duci (cuius pa-
 ter, dum pro senatus amplexu nititur, com-
 moda plebis acerrime impugnauerat) infes-
 sum exercitum ostendo, voluntaria fuga re-
 ga hosti, ne triumphum imperatori quaer-
 ret, dare coëgit. Quoties ergo Victoria
 atrix congratulationem eius in Torquato
 spernendam, in Fabio pulcherrimam parte
 omittendam, in Appio totam fugæ po-
 ponendam credidit.

VI.

A. V.

cclviii.

Age, quam violenter te in pectore vniuer-
 si pop. Rom. gessit eodem tempore, quo salu-
 fragiis eius dedicatio ædis Mercurij M. Pla-
 torio primipili centurioni data est; præterea
 consulibus, Claudio quod obstitisset, quod
 minus æri alieni suo succurreretur: & Seruilio
 quod susceptam causam suam languido pro-
 trocinio protexisset? Negas efficacem esse
 ram, cuius hortatu miles summo imperio
 prælatus est?

VII.

A. V.

dcxi.

Liu. 53.

Non quidem proculcauit tantum impo-
 ria: sed etiam gessit impotenter. Nam Q. Me-
 tellus cum prouinciam Hispaniam con-
 prius

prius, deinde proconsule, pene totam sube-
gisset, postquam cognouit Q. Pompeium *Flor. 2.*
consulem inimicum suum successorem sibi *cap. 17.*
mitti: omnes qui modo militiam suam volue- *Auct. de*
runt finire, dimisit: comearus petentibus, *viris illust.*
neque causis excussis neque constituto tem- *61.*
pore dedit: Horrea custodibus remotis op-
portuna rapinae praebuit, arcus sagittasque
Cretensium frangi atque in annum abiici
iussit: elephantis ~~aria~~ dari vetuit: Quibus
factis ut cupiditate indulset, ita magni-
fice gestarum rerum ~~non~~ corrupit: me-
ritumque honorem, triumphum hostium, qua
ira, fortior victor, amisit.

Quid Sulla, cum huic vitio obtemperat, *VIII.*
nonne multo alieno sanguine profuso, ad *A. V.*
ultimum & suum erogavit? Putcolis enim *dclxxv.*
ardens indignatione, quod Granius prin- *Plutarc.*
ceps eius coloniam pecuniam a decurionibus *in vita.*
ad refectionem Capitolii promissam cun-
ctantius daret; animi concitatione nimia,
atque immoderato vocis impetu conuulso
pectore spiritum cruore ac minis mistum
euomuit. Nec senio iam prolapsus, utpote
sexagesimum ingrediens annum, sed a lita
miseriis reip. impotentia furens. Igitur in
dubio est, Sullane prior an iracundia Sullae
sit extincta.

EXTERNA.

Nunc ab ignotis exempla petere iuuat,
X sed

sed maximis viris exprobrare vitia sua verecundia est: cæterum cum propositi fides excellentissima quæque complecti moncat, voluntas operi cedat, dum præclara libenter probando, necessaria narrandi conscientia non desit.

I.

Q. Curtius
8. *Arrian. 4*
Plutarc.
in vita.

Alexandrum iracundia sua propemodum caelo deripuit. Nam quid obstitit, quo minus illuc assurgeret, nisi Lysimachus leonem obiectus, & Clyrus hasta obiectus, & Callisthenes mori iussus? quæ res maximas vicarias totidem amissionem iniustis cædibus actor perdidit.

II.

Probus in
vita.

Quam vehemens deinde aduersus populum Romanum Amilcaris odium? Quatuor enim puerilis ætatis filios intuens eisdem numeris catulos leoninos, in perniciem imperij nostri, alere se prædicabat. Digna nuntia, quæ in exitium patriæ suæ, ut eucum conuerterentur.

III.

A. V.
dxvi.
circiter.
Lin. 21.
§ 35.
Polyb. 2.

E quibus Annibal mature adeo patris vestigia subsecutus est; ut eo exercitum in Hispaniam traiekturo, & ob id sacrificante, novem annorum natu, altaria tenens iuraret se, cum primum per ætatem potuisset, accerrimum hostem popul. Rom. futurum; ut peritiosissimis precibus instantis belli committitium exprimeret: Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago & Roma distenderent; inflicto in terram pede suscitatoque pulvere, tunc inter eas fore finem belli dixit cum

cum alterutra Vrbs in habitum pulueris esset redacta.

In puerili pectore non tantum vis odij potuit, sed in muliebri quoque æque multum valuit. Namque Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupatae nunciatum esset Babylonem defecisse; altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: Nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestate suam redegit. Quocirca statua eius Babylonis præsertim est illo habitu, quo ad vitionem exigendam celeritate præcipiti tetendit.

IV.

DE AVARITIA.

CAPVT. IV.

- 1 M. Crassi & Q. Hortensii.
- 2 Q. Cassii Longini propr.
- 3 L. Saptimuleij.

EXTERNI.

- 1 Ptolemai Cypriorum regis.

Protrahatur etiam Auaritia, latentium indagatrix lucrorum manifestæ prædæ avidissima vorago; nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.

Cum admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam in Græcia subicissent, eius denique confirmandi gratia, potentissimos ciuitatis nostræ viros M. Crassum & Q. Hortensium, quibus Minucius ignarus fuerat, tabulis hæredes inseruerunt.

I.
Cic. offic. 3.

ruerunt. Quanquam euidentis fraus erat, tamen vterq; pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiavit. Quanquam culpam quam leuiter retulit? Lumina Curia, ornamenta fori, quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati, auctoritatibus suis texerunt.

Verum aliquanto maiores vires in Q. Calpurnio exhibuit; qui in Hispania M. Silium & A. Calpurnium occidendis gratia cum pugionibus deprehensos, iniquas gratias sesteritium ab illo, ab h. gratias pactus dimisit. Atqui ne dubites, si alterum tantum daretur, iugulum quoque suum æquo animo illis fuisse præbiturum.

Cæterum auaritia ante omnes L. Septimulcij præcordia possedit. Qui, cum C. Gracchi familiaris fuisset; caput eius abscindere, & per urbem pilo fixum ferre sustinuit: quia Opimius cōsul auro id se repensurum edixerat. Sunt qui tradunt, liquato plumbo eum cauatam partem capitis, quo ponderosius esset, expleffe. Fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo: clientis tamen scelestæ famæ in has vsque iacentis iniurias esurire non debuit.

EXTERNVM.

Odium meriti est Septimulcij auaritiæ; Ptolemæi autem regis Cypriorum, risu prosequenda: Nam cum anxij sordibus magnas opes corripuisset, propterque ea periturum se

II.

A. V.

dccev.

Hirtius.

de bello.

Alexand.

III.

A. V.

dcxxxij.

Plutarc.

in vita.

Cicer. de

orat. 2.

A. V.

dcxcv.

Plutarc.

Catone.

CAP. V. DE SUPERB. ET IMPOTENT. 485
 se videret; & ideo omni pecunia imposita
 nauibus, in altum processisset, vt classe per-
 forata suo arbitrio periret, & hostes præda
 carerent; non sustinuit mergere aurum &
 argentum; sed futurum suæ necis præmium
 domum reuexit. Præculdubio hic non posse-
 dit diuitias, sed à diuitiis possessus est: titulo
 rex insulæ, animo pecuniæ miserabile man-
 cipium.

DE SVBIBIA ET IMPO-

C A P.

- 1 M. Fuluii Flacci Cos.
- 2 M. Liuij Drusi trib. plebis.
- 3 Cn. Pompeii Magni Cos. III.
- 4 M. Antonii III. viri.

EXTERNORVM.

- 1 Alexandri Magni.
- 2 Xerxis Persarum regis.
- 3 Annibalis Pœni.
- 4 Carthaginensis & Campani senatus.

Atque vt superbia quoque & impotentia
 in conspicuo ponantur, M. Fuluius Flaccus
 consul, M. Plautii Hypsæi collega, cum per-
 niciosissimas reipublicæ leges introduce-
 ret de ciuitate danda, & de prouocatione
 ad populum, eorum qui ciuitatem mutare
 voluissent; ægre compulsus est vt in Curiam
 veniret. Deinde partim monenti, partim o-
 ranti senatus, vt incepto desisteret, respon-
 sum.

I.
 A. V.
 dcccxviij.
 Appian.
 Ciuil. I.

sum non dedit. Tyrannici consul spiritus haberetur, si aduersus vnum senatorem hoc modo se gessisset, quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate verusatus est.

II.

A. V.

dclxij.

Lin. 71.

L. Flor 3. c. 7

Velleius.

Et alij.

Quæ à M. quoque Druso trib. plebis per summam contumeliam vexata est. Parui enim habuit L. Philippum Consulem, quia interfari concionantem ausus fuerat, oborta gula, & quidem non iruiatorem, sed per clientem suum, ad eum volenter in carcerem præcipitem egressus, vt multus è naribus eius cruor profunderetur. Verum etiam cum senatus ad eum misisset, vt in Curiam veniret: Quare non potius, inquit, ipse in Hostiliam propinquam Rostris ad me venit? Piget adiicere quod sequitur. Tribunus senatus imperium despezit: senatus tribuni verbis paruit.

III.

A. V.

acci.

Plutarc.

in vita.

Dion. 40.

Padian.

in Milon.

Cicer. pro

Flacco.

* al. Immo.

Cn. autem Pompeius quam insolenter? qui balneo egressus, ante pedes suos prostratum Hypsaum ambitus reum, & nobilem virum, & sibi amicum iacentem reliquit, contumeliosa voce proculcatum. Nihil enim eum aliud agere, quam vt conuiuium suum moraretur, respondit. Et huius dicti conscius securus animo cœnare potuit: * ille vero etiam in foro non erabuit P. Scipionem socerum suum legibus noxium, quas ipse tulerat, in maxima quidem reorum & illustrium ruina, muneris loco à iudicibus deponere, ma-

ritalis lecti blanditiis * statum reipublicæ * *al. statum.*
temperando.

Tertium factum pariter ac dicto M. Antonij
conuiuio. Nam cum ad eum triumuirum *IV.*
Cæsarij Rufi senatoris caput allatum esset; a *A. V.*
uerfantibus id ceteris, propius admoueri ius- *decc.*
sit, ac diu diligenterque considerauit. Cun- *Appian.*
ctis deinde expectantibus quidnam esset di- *Ciui.*
cturus: Hunc ego, inquit, notum non ha-
bui. Superba de matore, impotens de occiso
confessio.

EXTERRANA.

Satis multa de nostris, aliena nunc adij- *I.*
ciantur. Alexandri regis virtus & felicitas tri- *Q. Curtius.*
bus insolentiæ gradibus exultrauit euidenti- *Arrian.*
simis. Fastidio enim Philippi, Iouē Hammo- *Plutarc.*
nem patrem asciuit: rædō morum & cultus *in vita*
Macedonici, vestem & instituta Persica assū- ** al. amu-*
psit: spreto mortali habitu, diuinum * amu- *patus.*
latus est. Nec fuit ei pudori, filium, ciuem ho-
minem dissimulare.

Iam Xerxes, cuius in nomine superbia & *II*
impotentia habitat, suo iure quam insolent- *Herod. 7.*
ter abusus est, cum Græciæ inducturus bellū, *Iustin. 2.*
adhibitis Asiæ principib⁹, Ne viderer, inquit,
meo tantummodo vltus consilio, vos contra-
xi. Cæterum mementote parēdum magis vo-
bis esse, quam suadendum. Arroganter etiam
si victori repetere ei regiam contigisset: tam
deformiter victi, nescias vtrum insolentius
dictum an impudentius.

III.

*dxxxvii.**A. V.**Liu. 22.**Polyb. 3.*

Annibal autem Cannensis pugne successu elatus, nec admisit quenquam civium suorum in castris, nec responsum ulli, nisi per interpretem, dedit. Maharbalem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem, prospexisse se quoniam modo paucis diebus Romæ in Capitolio cœnaret, aspernatus est. Adco felicitatis & moderationis diuiduum contubernium est.

IV.

Insolentiæ vero inter Carthaginensem & Campanum senatum quasi æmulatio fuit. ille enim separatim a plebe balneo laubatur, hic diuerso foro utebatur: Quem morem Capuæ aliquandiu retentum, C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.

DE PERFIDIA.

CAPVT VI.

- 1 *T. Tatii Sabinorum regis.*
- 2 *Ser. Sulpicii Galba pr.*
- 3 *Cn. Domith Ahenobarbi proces.*
- 4 *Q. Seruili Cœpionis Cos.*

EXTERNORVM.

- 1 *Carthaginensium.*
- 2 *Annibalis Pœni.*

Occultum iam insidiosum malum perfidia latebris suis extrahatur, Cuius efficacissimæ vires sunt mentiri ac fallere, fructus in aliquo admisso scelere consistit. Tum certus, cum crudelitatem nefariis vinculis circumdedit: tantum incommo-
ge

generi afferens, quantum salutis bona fides præstat. Habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa laudis consequitur.

Romulo regnante Sp. Tarpeius arci præerat; cuius filiam virginem aquam sacris peti-
tum extra mœnia egressam, Torius, ut ar-
matis Sabinos in arcem secum reciperet,
corrupt; mercedis nomine pactam, quæ in
sinistris manibus gerebant. Erant autem his
armillæ & annuli magno ex pondere auri.
Loco peti- tum agnita Sabinorum, puellam
præmium flagitante armis obrutam neca-
uit, perinde quasi promissum (quod ea quo-
que læuis gestauerant) soluens. Absit repre-
hensio quia impia proditio celeri pœna vin-
dicata est.

I.
A. A.
cv. circiter.
Liu. 1.
Dion. 2.
Plutarc.
Romulo.

Ser. quoque Galbæ summæ perfidiæ: triū
enim Lusitaniæ ciuitatum conuocato popu-
lo tanquam de commodis eius acturus, septē
millia, in quibus flos iuuentutis consistebat,
electa, & armis exuta; partim trucidauit, par-
tim vendidit: Quo facinore maximam cla-
dem barbarorum magnitudine criminis an-
tecessit.

II.
A. V.
dcii.
Suet in
Galba.
Oros. 4.
cap. 13.

Cn. autem Domitium summi generis &
magni animi virum, nimix gloriæ cupidi-
tas perfidum existere coëgit. Iratus namque
Betulto regi Aruarnorum, quod cum suum,
tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tū
in prouincia morante ad Q. Fabii successo-
ris sui dextram confugere hortatus esset.

III.
A. V.
dcxxxii.
Eutrop.
Oros. 4. c. 13.
aliter.

per colloquij simulationem accersitum, hosti-
spitioque exceptum vinxit, ac Roma nauis
deportandum curauit. Cuius factum senatus
neque probare potuit, neque rescindere
voluit, ne remissus in patriam Betultus bel-
lum renouaret. Igitur cum Albam custodia
caussa relegauit.

IV.

A. V.
dcxiiij.
Appian
Iberic.
Liu. 54.
Flor. 2. c. 17.

Viriati etiam cædes duplicem perfidiae ac-
cusationem recepit: in amicis, quod eorum
manibus interemptus est: in Q. Seruilio Cæ-
pione consule, quia is Cæpionis huius auctori-
tate impunitate promissa, & victoriamque non
meruit, sed emit.

EXTERNA.

I.
A. V.
cdxcviij.
Zonaras.
pulchre.

Verum ut ipsum fontem perfidiae conrem-
plemur: Carthaginenses Xanthippum Lace-
dæmonium, cuius optima opera primo Pe-
nico bello vsi fuerant, & quo iuuante Aci-
lium Regulum ceperant; simulantes sese do-
mum reuere, in alto miserunt. Quid tan-
to facinore petentes; an ne victoriae eorum
socius superesset? Extat nihilominus, &
quidem cum illorum opprobrio: quibus si-
ne vlla gloriae iactura inuiolatum reliquis-
sent.

II.
A. V.
dxxxviij.
Zonaras.
Liu. 22.
paulo aliter.

Annibal porro Nucerinis hortatu suo
cum binis vestimentis urbem inexpugnabi-
libus muris cinctam egressos, vapore & fu-
mobalnearum strangulando, & Acerrano-
rum senatum eadem ratione extra mœnia
uocatum, in profundum puteor

do, nonne bellum aduersus populum Roma-
num & Italiam professus aduersus ipsam fi-
dem acrius gessit, mendacijs & fallacia quasi
præclaris artibus gaudens? Quo euenit, vt a-
lioqui insignem nominis sui memoriam re-
licturus, in dubio malorne an peior vt habe-
ri deberet, poneret.

DE SEDITIONIBVS

CAP. VII.

PLEBIS ROM. ADVERSVS

- 1 C. Marium C. VI.
- 2 Q. Metellum censorem.
- 3 A. Numium candidatum.
- 4 A. Sempronium Afellionem pr.

MILITVM ROM. ADVERSVS

- 1 Gratidium legatum.
- 2 Q. Pompeium consulem.
- 3 C. Carbonem legatum.

Sed vt violentæ seditionis tam rogatæ
quam etiam armatæ facta referantur:

L. Equitium, qui se Ti. Gracchi filium simu-
labat, tribunatumque aduersus leges cum L.
Saturnino petebat a C. Mario sextum con-
sulatum gerente in publicam custodiam du-
ctam, populus claustris carceris conuulsis,
raptum humeris suis per summam animo-
rum alacritatem portauit.

Idemque Q. Metellum censorem, quod ab
eo ranquam Gracchi filio, censum recipere
nolebat; lapidibus prostertere conatus est,
affirmantem res tantummodo filios Grac-

I.
A. V.
delij.
Appian.
Civil. I.

Plutare.
Mario.
Oros. l. 5. c.
17.

II.
A. V.
dcli.
Appian.
Ciuil. I.

cho fuisse. E quibus vnum in Sardinia stipē-
dia merentem, alterum infantem Prænestē,
tertium post patris mortem natum Romæ de-
cessisse: neque oportere clarissimæ familiæ
ignotas sordes inferi: Cum interim impro-
uida concitata multitudinis temeritas, pro
imprudētia & audacia, aduersus consula-
tum & censuram tetendit, principesque suos
omni petulantia genere vexauit.

III.
A. V.
dclii.
Appian. I.
Plutarc.
& Liu. lib.
69.

Vesana hæc tantummodo, illa etiam cru-
enta seditio. Populus enim A. Numium com-
petitorem Saturnini nouem iam creatis tri-
bunis, vnoque loco duobus candidatis re-
stante, vi prius in ædes priuatas compulit.
Extractum deinde interemit, vt cede inte-
gerrimi ciuis, facultas adipiscendæ potesta-
tis terribilissimo ciui daretur.

IV.
A. V.
dclxiv.
Appian.
Ciuil. I.
Liu. 74.

Creditorum quoque consternatio ad-
uersum Sempronii Acellionis prætoris urba-
ni caput intolerabili modo exarsit. Quem
quia causa debitorum susceperat, concitatus
à L. Cassio trib. plebis pro æde Concordiæ
sacrificium facientem, ab ipsis altaribus se-
gere extra forum coactum, inque tabe-
nula latrantem, protextatum discerpse-
runt.

I.
A. V.
dclxv.
Liu. 77.

MILITVM ROMANORVM.
Detestanda fori Rom. condicio: sed si ce-
stra respicias, æque magna orietur indigni-
tio. Cum C. Mario lege sulphicia, prouincia
Asia, vt aduersus Mithridatem bellum gere-
ret,

ret; priuato decreta esset. missum ab eo Gracchum legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt: Proculdubio indignati, quod à summo imperio, ad eum qui nullo in honore versaretur, transire cogerentur. Sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem..

Plutarc. in Sulla.
Oros. 9. ca. 19.

Pro consule istud tam violenter exercitum, illud aduersum consulem. Q. enim Pompeium Sullæ collegam, senatus iussu ad exercitum Cn. Pompei, quem aliquandiu in vita ciuitate obtinebat, contendere ausum ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiæ mactauerunt: tantumque scelus Curia castris cedere se confessa multum habuit.

II.
A. V. dclxv.
Liu. 77.
Appian. I. Civil. I.

Ille quoque exercitus nefarie violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter consulis, propter bella ciuilia dissolutam disciplinam militarem præfractus & rigidius asstringere conatum, priuauit vita: satiusque duxit maximo scelere coinquinari, quam prauos ac tetros mores mutare.

III.
A. V. dclxxi.

DE TEMERITATE.

CAP. VIII.

1. *P. Africani maioris.*
2. *C. Casaris Cos. II.*
3. *Exercitus Rom.*

EXTERNORVM.

1 *Annibalis Pœni.*2 *Atheniensis populi.*

Temeritatis etiam & subiti & vehementes sunt impulsus, quorum ictibus hominum mentes concussæ, nec sua pericula dispicere, nec aliena facta iusta æstimatione prosequi valent.

I.

A. V.
dclvii.
Liu. 28.
Appian.
Libysa.
Zonaras.

Quã enim temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinque remibus ad Suphacem traiecit, in vnus Numidæ infidis præcordijs suam pariter & salutem depositurus. Itaque exiguo momento maxime rei casus fluctuauit, virum captiuus an victor Scipio Suphacis fieret.

II.

A. V.
cccx.
Plutarc.
in vita.
Dion. 41.
Suet.
Appian.
& alii.

Iam C. Cæsaris anceps conatus etiam si cælestium cura potectus est, attamen vix sine animi horrore referri potest. Si quidem impatiens legionum tardioris à Brundisio Apoloniam traiectus? per simulationem aduersæ valetudinis conuiuio egressus, maiestate sua seruili veste occultata, nauiculam conscendit, & è flamine maris Adriatici sæua tempestate fauces petijt. Protinusque in altum dirigi iussu nauigio, multum ac diu contrarijs iactatus fluctibus, tandem necessitati cessit.

III.

A. V.
dclxiv.
Liu. 75.
Oros. 5. c. 8.

Age, illa quam execrabilis militum temeritas! fecit enim vt A. Albinus nobilitate moribus, honorum omnium consummatione cuius eximius, propter falsas & inanes suspiciones, in castris ab exercitu lapidibus

obrueretur. Quodque accessionem indignationes non recipit, oranti atque obsecranti duci à miliribus causæ dicente potestas negata est.

EXTERN A.

Iraque minus miror apud præcæm & sæu-
uum Annibalis animum defensionis locum *A. V.*
innoxio gubernatori non fuisse: quem à Pe- *dl. Seruius*
tilia classe Africam reperens freto, appulsus, *in. 3.*
dum tam paruo ~~ortio~~ *Italiæ Siciliamque* *Aeneid.*
inter se diuisas non credit; velut insidiosum *Pomp.*
cursus rectorem intemnit: Posteaque dili- *Mela. 2.*
gentius inspecta veritate, tunc absoluit, cum *cap. 7.*
eius innocentia, nihil ultra sepulchri hono- *aliter.*
rem dari potuit. Igitur augusti atque æstuosi
maris alto è tumulo speculatrix statua, tam
memoriae Pelori, quam Punicæ temeritatis,
vltra citraque nauigantium oculis exposi-
tum indicium est.

Iam Atheniensium ciuitas ad vesaniam vs- *II.*
que temeraria, quæ decem vniuersos impe- *Ipsc. Val. 3.*
ratores suos, & quidem à pulcherrima victo- *cap. 8.*
ria venientes, capitali iudicio exceptos ne- *Aelian.*
cauit: Quod militum corpora, sæuitia ma- *Var. hist. 3.*
ris interpellante, sepulture mandare non po-
tuissent: necessitatem puniens, cum hono-
rare virtutem debuisset.

DE ERRORE.

CAP. IX.

- 1 Plebis Romana.
- 2 C. Cæcili Longini procos.
- 3 Sa-

3. *Satellitum Lartii Iulium regis.*

Temeritati proximus est error: quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignouerit: quia non sua sponte, sed uanis concitatus imaginibus culpæ se implicat. Qui quam late in pectoribus hominum uagetur, si complecti coner; uitio, de quo loquor, sim obnoxius. Paucos igitur eius lapsus referamus.

I.

A. V.

dcccix.

Plutarc.

Cæsare.

Dion. 44.

Appian

Civil. 2.

C. Heluius Cinna trib. reb. ex funere C. Cæsaris domum suam ueniens, populi manibus disperptus est pro Cornelio Cinna, inquit læuire se existimabat: Iratus ei, quod cum affinis esset Cæsaris, aduersus eum nefarie rapptum, impiam pro Rostris orationem habuisset: Eoq; errore propulsus ut est, caput Heluii perinde, atque Cornelij circa rogum Cæsaris, fixum iaculo ferret; officii sui, alieni erroris piaculum miserabile.

II.

A. V.

dcccxi.

Plutarc.

Bruto.

Appian. 4.

Dion. 47.

Nam C. Cassium error à semetipso pccentia exigere coëgit. Inter illum enim pugnae quatuor exercituum apud Philippos uariis, et peris que ducibus ignotum euentum; missis ab eo Titinius centurio nocturno tempore ut specularetur quonam in statu res M. Bruti essent; dum crebros excessus uia perit, qui tenebrarum obscuritas, hostesne an commilitones occurrerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. Quem is interceptum ab hostibus, omniaque in eorum potestatem recidisse existimans, finem uitam pro-

peravit: cum & castra hostium inuicem capta, & Bruti copiae magna ex parte incolumes essent. Titinii vero non obliteranda silentio virtus; qui oculis paulisper haesit inopinato iacentis ducis spectaculo attonitus; deinde profusus in lacrymas: Etsi imprudens inquit, imperator caussa tibi mortis fui; tamen ne id ipsum impunitum sit, accipe me facti tui comitem. Superque exanime corpus eius iugulo suo medium capulo tenus demisit: ac permisto visusque sanguine, duplex victima iacuit, Pietatis haec, Erroris illa.

Cæterum falsa opinatio, nescio an præcipuam iniuriam Lartii Tolumnij Veientium regis penetibus intulerit. Nam cum in tesserarum prospero iactu per iocum collusori dixisset; Occide; & forte Romanorum legati interuenissent: satellites eius errore vocis impulsus, interficiendo legatos, lusum ad imperium transtulerunt.

III.

A. V.

cccxv.

Lin. 4.

Cicer.

Phil. 9.

DE VLTIONE.

CAP. X.

1 Papiria tribus Tusculanorum in Po-
liam.

2 Populi Vticensis in C. Fabium Hadria-
num.

EXTERNORVM.

1 Thamyris & Beronices reginarum.

2 Iuuenum quorundam Græcorum.

Vltionis a rem quemadmodum. acres, i-
ta.

I.

I.

A. V.

cdxxxv.

Liv. 8.

ta iusti aculei sunt: qui laceffiti concitantur, acceptum dolorem pensare cupientes. Quos latius complecti non attinet.

M. Flavius trib. pleb. ad populum de Tusculanis retulit, quod eorum consilio Veliternos Priuernatesque rebellaturos dicerent. Qui cum coniugibus ac liberis squalore obfiti, cum supplices Romam venissent; accedit, ut reliquis tribubus salutarem sententiam secutis, sola Polia iudicaret, oportere publice eos verberatos securi percuti: imbellem multitudinem sub corona venire. Quam ob causam Papiria tribus, in qua plurimum Tusculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum Polia tribus fecit magistratum: ne ad eam vllus honor suis suffragijs perueniret, quæ illis vitam ac libertatem, quantum in ipsa fuit, ademerat.

II.

A. V.

dclxix.

Liv. 8.

Oros. 5. c. 19.

Cicer.

Verr. 3. § 7.

Padian

I.

Iustin. I.

Herod. I.

Illam vero vltionem & senatus & consensus omnium approbavit. Cum Hadrianus ciues Romanos, qui Vticae consistebant, sordido imperio vexasset, idcircoque ab his vltius esset exustus; nec quaestio vlla in vrbem hac de re habita nec querela versata est.

EXTERNA.

Clarae vltionis vtraque regina, & Thamyris, quæ caput Cyri abscisum in vtrumque humano sanguine repletum dimitti iussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim, simulque poenas occisi ab **F** filij sui exigens.

gens: & Beronice, quæ Laodices insidiis interceptum sibi filium grauiter ferens, armata currum conscendit, persecutaque satellitem regium crudelis † operis ministrum, nomine Cæneum, quem hastæ nequicquam petierat, saxo ictum prostrauit, ac super eius corpus actis equis, inter infesta contrariæ partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

* ab imperij

Iasonem Thessaliam, Persarum regi bellum inferre parantem, an satis iusta vltio absumserit, ambiguæ æstimationis est. Tazillo enim gymnasiarcha à quibusdam iuuenibus pulsatum se conquesto, permisit: ut aut tricenâ ab his drachmas exigeret, aut denas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta vso, qui vapulauerant, Iasonem interfecerunt, animi non corporis dolore poenæ modum æstimantes. Cæterum paruo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio subruta est. Quoniam opinione Græciæ tantum in spe Iasonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur.

DE IMPROBE DICTIS ET
scelerate factis.

CAP. XI.

ROMANORVM.

- 1 Tullia Ser. F. L. Superbi regis.
- 2 C. Fimbria trib. pleb.
- 3 L. Catilina.

4 Ma-

4. *Magij Chilonis.*
5. *C. Totanij, C. F.*
6. *Villi Annalis.*
7. *Vxorij Vettii Salassi*

EXTERNORVM.

1. *Duorum fratrum Hispanorum.*
2. *Mithridatis regis.*
3. *Sariastris Tigranis regis F.*
4. *L. Aelii Seiani.*

Nunc quatenus vitæ humanæ, tum bonæ, tum etiam mala substantis exemplorum imaginibus persequimur; dicta improbe & facta scelerate referantur.

- I.
Lin. 1.
Dion. 4.
E. Flor. 1. c. 6.

Vnde autem potius, quam à Tullio ordiar? quia tempore vetustissimum, conscientia nefarium, voce improbum ac monstri simile exemplum est. Quæ cum carpento veheretur, & is qui iumenta agebat, succussis frenis constitisset, repentinæ moræ causam requisivit. Et ut cõperit corpus patris Sar. Tullij occisi ibi iacere; supra idem vehiculum duci iussit, quo celerius in complexu interfectoris eius Tarquinij veniret. Quæ tam impia tamque probrosa festinatione, non solum se æterna infamia; sed ipsum etiam virum cognomine sceleris commaculauit.

- II.
Cic. pro
Sext.
Rof.

Non tam atrox eum C. Fimbriæ factum, & dictum: sed si per se æstimetur, vtrumque audacissimum. Is egerat, ut Scæuola in funere C. Marii iuglaretur: quem postquam ex vulnere recreatum comperit, ad usum ad po-
 pu-

CAP. XI. DE IMP. DIC. ET FAC. 301
lum instituit. Interrogatus deinde quid de eo
secus dicturus esset, cui pro sanctitate morū
satis digna laudatio reddi non posset. respon-
dit se obiecturum illi, quod parcus corpore
telum recepisset. O licentiam furoris ægre
reipublicæ gemitu prosequendam!

L. vero Catilina in senatu M. Cicerone in-
cendium ab ipso excitatum dicente: Sentio,
inquit, & quidem illud si aqua non potuero,
ruina extinguiam. ~~Urbem~~ quid aliud existime-
mus, quam conscientia stimulis, actum à se
inchoati parricidii peregisse?

Consternatum etiam Magij Chilonis a-
mentia peccatis: qui M. Marcello datum à Cæ-
sare spiritum sua manu eripuit. Vetus etiam
Pompicianæ militiæ comes, indignatus ali-
quem amicorum ab eo sibi præferri. Urbem
enim à Mitylenis, quo se contulerat, repeten-
tem, in Atheniensium portu pugione con-
fodit, protinusque ad irritam æta vesaniæ suæ
trucidanda tetendit; amicitia hostis, diuini
beneficii interceptor, publicæ religionis ꝓ
ad salutem clarissimi ciuis recuperandam at-
tinuit, acerba labes.

Hanc crudelitatem, cui nihil adici posse
videretur, C. Totanius atrocitate; parricidii
superavit. Namque triumvirum partes secu-
tus, proscripti patris sui prætorii & ornati vi-
ri latebras, ætatem notasque corporis, qui-
bus agnosci posset centurionibus edidit, qui
eum persecuti sunt. Senex de filiū magis vita
&

III.

A. V.

dcxc.

Salust.

Catil.

IV.

A. V.

dcxvij.

Cic. ad

Att. 13.

Sulpicius

Cic. l. 4. fa.

Lin. 115.

V.

A. V.

dcxx.

Appian.

Civil. 4.

Oros. 6. 6. 18.

& incrementis, quem de reliquo spiritu suo sollicitus; an incolumis esset, & an imperatoribus satisfaceret, interrogare eos coepit. E quibus vnus: Ab illo, inquit, quem tantopere diligis, demonstratus, nostro ministerio, filij indicio occideris: protinusque petus eius gladio traiecit. Collapsus itaque est infelix, auctore cædis, quam ipsa cæde inferior.

VI.

A. V.
dccc.
Appian.
Civil. 4.

Cuius fati acerbitate L. Villius Annalis sortitus; Qui cū in campum ad quaestoria comitia filij descendens, proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit; sed ne fide eius tutus esse posset, scelere nefarij iuuenis effectum est. Siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis, occidendum eum in conspectu suo obiecit: bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo.

VII.

A. V.
dccc.
Appian.
Civil. 4.

Ne Vettius quidem Salassus proscriptus parum amari exitus; quem latentem vxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa iugulauit? Quanto enim leuius est scelus, cui tantummodo manus abest?

EXTERN A.

I.

A. V.
dclvii.
Lin. 28.

Illud autem facinus, quia externum, tranquilliore affectu narrabitur. Scipione Africano patris & patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine Noua celebrante, duoregij filij nuper patre mortuo in arenam processerunt: pollicitique sunt ibi se de regno præliaturos, quo spectaculum illud illustrius

pu-

pugna sua facerent. Eos cum Scipio monuisset, ut verbis quam ferro dijudicare mallent, vter regnare deberet: ac iam maior natu consilio eius obtemperaret; minor corporis viribus fretus, in amentia perstitit. Initoque certamine, pertinacior impietas fortunę iudicio morte multata est.

Mithridates autem multo sceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, sed cū ipso patre bellum de dominatione gessit: in quo qui aut homines vel adiuutores inuenerit, aut deos inuocare ausus sit, præ admiratione hæreo.

Quanquam quid hoc, quasi inusitatum illis gentibus miremur? cum Sariafer, aduersus patrem suum Tigranem Armeniæ regem. ita cum amicis consenserit; ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atq; cum inuicem * sorberent. Vix ferrent illi pro salute parentis tam cruenta conspiratione fœdus facientem.

Sed quid ego ista confector, aut quidijs immoror: cum vnius parricidij cogitatione cuncta scelera superata cernam? Omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum pio magis quam valido affectu rapior. Quis enim amicitia fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum, profundo debita execrationis, satis efficacibus verbis adegerit? Te videlicet efferatæ barbariæ immani-

II.

Dion. 37.

Oros.

Eutrop.

de Pharnace Mithridatis filio.

III.

* al. soluent.

IV.

A. V.

dcccxcij.

Dion. 57.

Tacit. 5.

Suet.

Tiberius

Velleius

et alii.

rate

tate truculentior habenas Romani imperij, quas princeps parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? Aut te com-pote furoris, in suo statu mundus mansisset Urbem à Gallis captam, & trecentorum in-clytæ gentis virorum strage fœdam, Alien-sem diem, & oppressos in Hispania Scipio-nes, Thrasymenum lacum, & Cannas, bello-rumque ciuiliū domestico sanguine ma-dentem, Æmathiam an-~~ti~~atibus propositis furoris tui repræsentat & vincere voluisti. Sed vigilarunt oculi deorum, sidera simul vigorem suum obtinuerunt: Aræ, puluina-ria, templa præsentī numine vallata sunt: ni-hilque quod pro capite Augusti ac patria excubare debuit, corpore sibi permisit. Et in primis auctor ac tutela nostræ incolumita-tis, ne excellentissima merita sua totius or-bis ruina collaberentur, diuino consilio pro-uidit. Itaque stat pax, valent leges, sincerus priuati ac publici officii tenor seruatur. Qui autem hæc violatis amicitiaæ fœderibus * tē-tauit subuere, omni cum stirpe sua popu-li Ro. pedibus obtritū, etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur, sup-
plicia pendit.

* al. subruere voluit.

DE MORTIBVS NON VVL-
garibus.

C A P. XII.

- 1 Tulli Hostilii regis.
- 2 Duarum matrum.

3 *M. V. Iuuentii Thalna Cos.*4 *Q. Lutatii Catuli.*5 *L. Cornelii Merula.*6 *Herennii Siculii.*7 *Licinii Macri.*8 *Cornelii Galli, & T. Haterii.*

EXTERNORVM.

1 *Coma Cleonis fugitiuorum discis frater.*2 *Aeschyli Poeta.*3 *Homeri.*4 *Euripidis.*5 *Sophoclis.*6 *Philemonis.*7 *Pindari.*8 *Anacreontis.*9 *Milonis Crotoniata.*10 *Polydamantis Scotusai.*

Humanæ autem vitæ condicionem præcipue primus & vltimus dies continet, quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, & quo sine claudatur. Ideoque eum demum felicem fuisse iudicamus, cui & accipere lucem prospere & reddere placide contigit. Medii temporis cursus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum & cupide votis extenditur, & fere sine ratione consumitur. Nam etsi eo bene uti velis, etiam paruum amplissimum operum superando. Alioqui quid attrinet inerti

mora gaudere, si magis vitam exigis, quam approbas; Sed ne longius euager, libet eorum mentionem facere, qui non vulgari genere mortis absumpti sunt.

I.
A. V.
cxiii.
Liu. 1.
Dion. 3.

Tullus Hostilius rex fulmine ictus cum tota domo conflagrauit. Singularem fati sortem, qua accidit, ut columen urbis, in ipsa urbe raptum, ne supremo quidem funeris honore à ciuibus decorari posset, cælesti flamma in eam condiciem redactum; ut eisdem penates, & regum, & sepulchrum haberet.

II.
A. V.
dxxxvi.
Liu. 22.
Plin. 7. c. 5.
discrepat.

Vix verisimile est in eripiendo spiritu idem gaudium potuisse, quod fulmen: & tamen potuit. Nuntiata enim clade quæ ad lacum Thrasymenum inciderat; altera mater, sospiti filio ad ipsam portam facta obuiam, in complexu eius expirauit. Altera cum falso mortis filii nantio domi mœsta sederet; ad primum conpectum redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatum: quas dolor non extinxerat, læticia consumpsit.

III.
A. V.
dcx.
Plin. 7. c. 53.

Sed minus miror, quod mulieres. MV. Iuuentius Thalna collega Pi. Gracci COS. iterum cum in Corsica; quam nuper subegerat, sacrificaret; receptis litteris decretas ei à senatu supplicationes nuntiantibus: intento illas animo legens, caligine orta, ante foculum collapsus mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quam nimio gaudio ene-

ctum

CAP. XII. DE MORT. NON VVL. 507
Etum putemus; En cui Numantia aut Carthago excidenda traderetur?

Maiores aliquanto spiritus dux Q. Catulus, Cimbrici triumphus C. Mario particeps à senatu datus, sed exitus violentioris: Namque ab hoc eodem Mario postea propter civiles dissensiones mori iussus, recenti calce illito, multo que igni percalefacto, cubiculo se inclusum peremit: Cuius tam dira necessitas maxima Marianæ gloriæ rumor extitit.

Qua tempestate reip. L. quoque Cornelius Merula consularis, & flamen Dialis, ne ludibrio insolentissimis victoribus esset, in Iouis sacrario venis incisis contumeliosæ mortis denuntiationem effugit: sacerdotisque sui sanguine vetustissimi foci maduerunt.

Acer etiam & animosus vitæ exitus Herennij Siculi, quo C. Gracchus, & aruspice, & amico usus fuerat. Nam cum eo nomine in carcerem deduceretur, in eius postem illiso capite in ipso ignominia aditu cõcidit, ac spiritum posuit: vno gradu à publico supplicio manuque carnificis ceterior.

Consimili impetu mortis C. Licinius Macer vir prætorius Calvi pater repetundarum reus, dum sententiæ dirigerentur, in Mænianum conscendit: Siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætex tam ponentem vidisset, misit ad eum qui

IV.

A. V.

dclii.

Cicer.

Tusc. I.

Iunen.

Sat. 8.

A. V.

dclxvi.

Plutarc.

Maro.

Appian.

Civil. I.

Velleius.

Flor.

V.

A. V.

dclxv.

Appian. I.

Plutarc.

Velleius.

Flor. 3. c.

21.

VI.

A. V.

dclxxxii.

VII.

A. V.
dx.

Plutarc.

Cicer. Or.

Att. I.

diceret, se non damnatum, sed reum periisse nec sua bona hastæ posse subijci. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coartatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit. Qua cognita re Cicerō de eo nihil pronuntiauit. Igitur illustri ingenij orator & ab inopia rei familiaris, & à crimine domesticæ damnationis inusitato paterni fati genere vindicatus est.

VIII.

Plin. 7. c. 53.

Fortis huius mors, iherum perridicula. Cornelius enim Gallus prætorius & T. Hæretius eques R. inter usum Veneris absumpti sunt. Quanquam quorsum attinet eorum cauillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit! Fine namque vitæ nostræ variis & occultis causis exposito, interdum quædam immerentia supremi fati titulum occupant: cum magis in tēpus mortis incidant, quam ipsam mortem accersant.

EXTERNA.

I.

* al. admira-
tione.A. V.
dcxxi.

Sunt & externæ mortes dignæ* annotatu: qualis in primis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuisse. Is enim ad Rupiliū consulem post Ennam, quam prædones tenuerant, in potestatem nostram redactam, perductus, cum de viribus & conatibus fugitiuorum interrogaretur; sumpto tempore ad se colligendum, caput operuit; innixusque genibus compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, in-
que

CAP. XII. DE MORT. NON VVL. 509
que conspectu summi imperij exoptata se-
curitate quieuit. Torqueant se miseri, qui-
bus extingui quam superesse vtilius est, tre-
pido & anxio consilio, quanam ratione vi-
ta exeant, quærentes: Ferrum acuant, vene-
na temperent, laqueos apprehendant, vasta-
altitudines circumspiciant, tanquam magno
apparatu aut exquisita molitione opus sit: vt
corporis atque animi infirmo vinculo cohe-
rens societas dirimatur. Nihil horum Co-
ma, sed intra pedes inclusa anima, fi-
nem sui reperit. Enimvero minimo studio
retinendum bonum, cuius caduca possessio
tam leui afflatu violentiæ concussa dilabi
potuit.

Æschyli vero poëtæ excessus, quemadmo-
dum non voluntarius, sic propter nouitatem
casus referendus est. In Sicilia mœnibus vr-
bis, in qua morabatur, egressus aprico in lo-
co resedit: Super quem aquila testudinem
ferens elusa splendore capitis (erat enim ca-
pillis vacuum) perinde atque lapidi eam illi-
sit, vt fractæ carne vesceretur: Eoque ictu
origo & principium fortioris tragœdiæ ex-
tinctum est.

Non vulgaris etiam Homeri mortis caus-
sa fertur: qui in insula, quia quæstionem à
piscatoribus propositam soluere non potuis-
set, dolore absumptus creditur.

Sed atrocius aliquanto Euripides finitus
est. Ab Archelai enim regis cœna in Mace-
donia.

II.

Suid.
Plin. 10. c. 1.
Aristoph.
in Raris.

III.

Plutarc.
in vita.
sed Herodo-
tus.

IV.

Suid.

Gell. 15. c. 20
V.

Lucian.

Macrob.

aliter &

Simonides.

epigram. 3.

VI.

Suid.

Lucian. in

Matrob.

donia domum hospitem repetens, canum moribus laniatus obiit. Crudelitas fati tanto ingenio non debita.

Sicut illi excessus illustrium poetarum & moribus & operibus indignissimi. Sophocles ultimæ iam senectutis, cum in certamine tragediam dixisset, ancipiti sententiarum euentu diu sollicitus; aliquanto tamen vna sētētia victor, causā mortis gaudiū habuit.

Philomenem autem vnius immoderati abstulit: Paratas ei fides atque in conspectu positas a sello continente, puerum ut illum abigeret, in clamavit: Qui cum iam comestis omnibus superuenisset, Quoniam, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum a sello. Ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinorum profecutus; senile guttur salebris spiritus prægrauavit.

At Pindarus, cum in gymnasio super gremium pueri, quo vnice delectabatur, capite posito quieti se dedisset; non prius decessisse cognitus est, quam gymnasiarcha claudere iam eum locum volente, nequicquam excitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate decorum, & tantum poeticae faciundia, & tam placidum vitæ finem attributum.

VIII.

Sicut Anacreonti, quoque quamuis statum humanæ vitæ modum supergresso, quem vne passæ succo tenues & exiles virium reliquias fouentem vnius graui pertinacior in aridis faucibus humor absumpsit.

Iun-

C A P. XII. DE MORT. NON VVL. 511

Iungam illos, quos & propositum & exitus pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset; fretus viribus, accessit ad eam insertisque manibus diuellere conatus est: quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuocata compressit, eumque cum tot gymniciis palmis lacerandum feris præbuit.

Item Polydamas athleta tempestate speluncam subire cœctus, nimio & subito incursu aquæ labefacta ea, ac tuente; ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit, tanquam humeris suis totius ruinæ molem sustentaturus. Sed pondere omnino corpore humano potentiore pressus, imbris causa petitam latebram, dementis fati sepulchrum habuit. Possunt hi præbere documentum; nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere; quasi abnuente natura vtriusque boni largitionem: Ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse, & sapientissimum.

IX.
Plin. 15. c. 16
Ouid. in
Ibin. 10.

X.
Pausan.
Suid.

DE CVPIDITATE VITÆ.

C A P. XIII.

- 1 MV. Aquilii legati consularis.
- 2 Cn. Carbonis COS. III.
- 3 D Iunii Bruti procos.

EXTERNORVM.

- 1 Xerxis Persarum regis.
- 2 Massanise Numidia regis.
- 3 Alexandri Pheraorum regis.

Y 4

4 Dio

4 *Dionysii Sicilia tyranni.*

Verum quia excessus è vita & fortuitos, & viriles, quosdam etiam temerarios oratione attrigimus: subiiciamus nunc aestimationi enervés & effeminatos. Ut ipsa comparatione pateat, quanto non solum fortior; sed etiam sapientior mortis interdum, quam vitæ sit cupiditas.

I.

*A. V.**Liu. 78.**Appian.**Mithridatica.**Velleius.**Plutarc.**Sulla.*

II.

*A. V.**dclxxi.**Liu. 89.**Appian.**Civi. I.**Plutarc.**Pomp.*

III.

*A. V.**dccx.**Dion. lib. 46*

M. V. Aquilius, cum sibi gloriose posset extingui, Mithridati magno turpiter servire. Quem ne aliquis magno dixerit Pontico supplicio quam Romano imperio digniorè: quoniam commisit ut priuatum opprobrium publicus rubor existeret.

Cn. quoque Carbo magnæ verecundiæ est Latinis annalibus, qui tertio in consulatu suo iussu Pompeij in Sicilia ad supplicium ductum petijt à militibus demisse & flebiliter, ut sibi aluum leuare, priusquam exspiraret, liceret: quo miserrimæ lucis vsu diutius frueretur. Eoque moram traxit, donec caput eius sordide in loco sedentis abscinderetur. Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur, nec silentio amica, quia occultari non merentur; nec relatione familiaria, quia dicto fastidienda sunt.

Quid? Brutus exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit? Nam à Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, comprehensus, non solum ceruicem gladio subtraxit; verum etiam constantius eam

cam præbere admonitus, ipsis his verbis iuravit: Ita vt viuam, dabo. O fati cunctationem ærumnosam! O iurandi stolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subijci, sanæ rationis modum expugnando; quæ vitam diligere, mortem non timere præcepit.

EXTERNA.

Eadem Xerxem regem pro totius Asiæ armata iuuentute, quod intra centum annos esset obitura, proflere lacrymas coëgisti.

Qui mihi specie alienam, re vera suam conditionem deplorasse videtur: opum magnitudine, quam altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem senatum fleuerit?

Referam nunc eos, quibus aliquos suspectos habentibus exquisitor sui custodia quæsitæ est. Nec à miserimo, sed ab eo, qui inter paucos felicissimus fuisse creditur, incipiam. Massanisa rex, parum fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam custodia canum vallauit. Quo tam late patens imperium? quo tantum liberum numerum? quo denique tam arcta beneuolentia constrictam Romanam amicitiam; si ad hæc tuenda nihil canino latratu ac morsu valentius duxit.

Hoc rege infelicioꝝ Alexander, cuius præcordia hinc amor, hinc metus torserunt. Nam cum infinito ardore coniugis Thebes

Y 5 tene-

Liu. 120.

Velleius.

Appian. 3.

I.

Herod.

lib. 7.

III.

Cic. offic.

2. de

inuent. 2.

*al. Thra-
cii s.

teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum
veniens, barbarum compunctum notis
Threiciis stricto gladio iubebat anteire: Nec
prius se ibidem lecto committebat, quam à
stipatoribus diligenter esset scrutatus, Sup-
plicium irato deorum numine compositum,
neque libidini neque timori posse impera-
re. Cuius timori eadem & causa & finis fuit.
Alexandrum enim Thebe pellicatus ira mo-
ta interemit.

IV.

Cicer.

Tusc. 5.

offic. 2.

Dion. 2.

Age, Dionysius Syracusanorum tyrannus
huiusce tormenti quam longa fabula! qui
duodequadraginta annorum dominatio-
nem in hunc modum peregit: Summotis a-
micis in eorum locum ferocissimarum gen-
tium homines, & à familijs locupletum e-
lectos prævalidos seruos quibus latera sua
committeret, substitit, tonforumque metu,
tondere filias suas docuit. Quarum postquã
adultæ ætati appropinquabant, manibus
ferrum non ausus committere: Instituit, vt
candentium iuglandium putaminibus bar-
bam sibi & capillum adurerent. Nec securio-
rem maritum egit quam patrem. Duarum
enim eodem tempore Aristomaces Syra-
cusanæ & Locrensis Cloridis matrimonijs
illigatus, neutrius vnquam, nisi excussæ con-
plexum petijt atque etiam cubicularem le-
ctum, perinde quasi castra, lata fossa cinxit,
in quem se ligneo ponte recipiebat: cum fo-
re cubiculi extinsecus à custodibus oper-
tam,

CAP. XIV. DE SIMIL. FORMÆ. 555
tam, interiorem clauſtro ipſe diligenter obſeruaſſet.

DE SIMILITVDINE

Formæ.

CAPVT XIII.

- 1 Cn Pompeii Magni cum Vibio & Publicio.
- 2 Cn. Pompeii Strabonis cum Menogene coquo.
- 3 P. Scipionis Naſica cum Serapione victi-
mari.
- 4 P. Lentule & Q. Metelli Coſs. cum
Spinthere & Pamphilo hiſtrionibus.
- 5 M. Meſſalla & C. Curionis cum Menoge-
ne & Brubuleo ſcenicis.

EXTERNORVM.

- 1 Antiocha regis Syria cum Artemone quo-
dam.
- 2 Hibreæ oratoris cum ſeruo Cymaorum
publico.
- 3 Sicili piſcatoris cum pratore Romano.

De ſimilitudine autem oris, & totius corporis, altiore doctrina præditi ſubtilius diſputant: eorumque alij in ea ſunt opinio-
ne, vt exiſtiment illam origini & contextui *Plut. de*
ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumen- *philosoph.*
tum ex ceteris animalibus trahunt, quæ fe- *placitis. 5.*
re gignentibus ſimilia naſcuntur. Alij ne- *cap. II. & 12.*
gant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ſpe- *Plin. 7. c. 12.*
cies mortalium, prout fortuita fors conce-
ptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerum-
que ex ſpecioſis deformes & ex robuſtis in-

ualidos partus edi. Verum quoniam ista quæstio in ambiguo versatur, pauca inter alienos conspectæ similitudinis exempla referemus.

I. Magno Pompeio Vibius ingenuæ stirpis
Solin. cap. 5. & Publicius libertinus ita similes fuerunt;
Plin. 7. c. 12. vt permutato statu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio salutari possent. Certe quoscunque aut Vibius aut Publicius accesserant, ora hominum an se obvertebant, vnoquoque speciem amplius de civis in personis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium, quasi hæreditarium ad eum penetrauit,

II. Nam pater quoque eius eo vsque Meno-
Plin. 7. c. 12. genis coci sui similis esse visus est; vt vir,
A. V. & ferox animo & præpotens armis, fordium eius nomen repellere à se non valuerit.
dclxiv.

III. Eximie vero nobilitatis adolescens Cor-
Plin. 7. c. 11. nelius Scipio, cum plurimis & clarissimis
S. 12. cap. 3. familiæ suæ cognominibus abundaret; in
Liu. 55. seruilem Serapionis appellationem vulgi
Eius consu- sermone impactus est, quod huiusce nomi-
latus. nis victimario quam similis erat: Nec illi aut morum probitas aut respectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aspergetur, opitulata est.

IV. Generosissimum consularis collegium
A. V. Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in scena
dccxvi. propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. Sed alter ex quodâ secundarum
Pcin. 7. c. 12.

rum

rum cognomen Spintheris traxit. alter nisi Nepotis à moribus accepisset, Pampili tertiarum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset.

At M. Messalla consularis & censorius Menogenis: Curioq; omnib. honorib. abundans Burbuleij: ille propter oris aspectum: hic propter parem corporis motum, vterque scenici nomen coactus est recipere.

E T E R N A.

Abunde sint hæc de domesticis, quoniam & personis sunt excellentia & non obscura notitia celebrantur. Regi Antiocho vnus ex æqualibus, & ipse regię stirpis nomine Artemon perquam similis fuisse traditur. Quē Laodice vxor Antiochi, interfecto viro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocauit. Admissumque vniuersum populum, & sermone eius & vultu consimili fefellit: credideruntque homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos eius sibi commendari.

Hybream autem Mylasenum copiose atque concitatae facundia oratorem, Cymeorum seruo, strigmenta gymnasij colligenti, tam similem, vt germanum fratrem totius Asiae oculi assignarent: Ita lineamentis, oris, & omnium membrorum compares erant.

Ille vero, quem in Sicilia prætoris admodum

V.

*Plin. 7. c. 12.**Solin. 5. cens**Messalla,**A. V.**dcxxiix.**Cos. Curio.**A. V.**dclxxvij.*

L.

*Plin. c.**Solin.*

II.

*Vide**Strab. 14.*

III.

*Plin. 7. c. 12.**Solin. 5.*

dum similem fuisse constat, petulantis fuit animi, proconsule enim dicente, mirari se quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam prouinciam nunquam accessisset: ut meus, inquit Romam frequenter accessit, ioco namque laceffitam matris suæ pudicitiam, inuicem suspicione in matrem eius † reiecta, audacius, quam virgis & securibus subiecto conueniebat, vltus est.

DE HIS QUI PER MENDACIUM se in alienas familias inseruerunt.

CAP. XV.

- 1 L. Equitius Firmianus.
- 2 Erophilus medicus equarius.
- 3 Octauia sororis Aug. falsus filius.
- 4 Q. Sertorius falsus filius.
- 5 Trebellius Calca.
- 6 Cn. Afinius Dio falsus.

EXTERNI.

- 1 Rubria Mediolanensis falsa.
- 2 Ariarathes Cappadocia rex falsus.

Sed tolerabilis hæc & vni tantummodo anceps temeritas. Quod sequitur impudentiæ genus, nec ferendum vlllo modo periculique tum priuatim tum etiam publice latepatientis.

Nam ne Equitium Firmo Piceno monstrum veniens, relatum iam in huiusce libri superiore parte præteream, eius in amplectendo Ti. Graccho parte euidens mendacium,

I.
A. V.
dclvi.
Appian.
Civil. I.

cium, turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus potestate vallatum est.

Herophilus equarius medicus C. Marium septies consullem animum sibi vendicando ita se extrulit, ut coloniarum veteranorum complures, & municipia splendida collegiaque fere omnia patronum adoptarent. Quinetiam C. Cæsar, Cn. Pompeio adolescente in Hispania oppresso, populum in hortis suis admisisset, proximo intercolumnio pæne pari studio frequenter salutaris est. Quod nisi diuinæ Cæsaris vires huic erubescendæ procellæ obstitissent: simile vulnus resp. excepisset, atque in Equitio acceperat. Cæterum decreto eius extra Italiam relegatus, postquam ille cælo receptus est, in urbem rediit, & consilium interficiendi senatus capere sustinuit. Quo nomine iussu patrum necatus in carcere, seras prompti animi ad omne moliendū scelus poena pendit.

Nec diui quidem Augusti etiamnum terras regentis excellentissimum numen intantum ab hoc iniuriæ genere extitit: cum quidam clarissimæ sororis eius Octaviæ utro se genitum fingere auderet: propterq; summū imbecillitatem corporis ab eo, cui datus erat, perinde atque ipsius filium retentam, subiecto in locum suum proprio filio diceret: Videlicet, ut eodem tempore sanctissimi penates & veri sanguinis memoria spolia-

ren-

Cic. Pro Rabirio

II.

A. V. dccix.

Cicer. ad

Attic. 14. Ep.

Philip. 1.

Appian.

Civi. 3.

Lin. 116.

III.

rentur, & falsi sordida ebntagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiæ velis, ad summum audaciæ gradum fertur, imperio Augusti remo publicæ triremis affixus est.

IV.

† al. Sertorij.

V.

Repertus est etiam qui se diceret esse * Q. Sertorij filium; quem ut agnosceret vxor eius, nulla vi compelli potuit.

Quid Trebellius Calca quam asseueranter se Clodium tulit: & quidem dum de bonis eius contendit, in centumvirale iudicium adeo fauorabilis descendit; ut vix iustis & æquis sententiis consternatio populi vllum relinqueret locum. In illa tamen quæstione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis iudicantium religio cessit.

VI.

Multo fortius ille, qui Cornelio Sulla re- rum patiente, in domum Cn. Afini Dionis irrupit, filiumque eius patris penatibus expulit: vociferando non illum, sed se Dione esse procreatum. Verum postquam à Sullana violentia Cæsariana æquitas reluxit, gubernacula Romani imperij iustiore principe obtinente, in publica custodia spiritum posuit.

EXTERN A.

I.

Eodem præside reip. in consimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repressa est. Siquidem cum se pro Rubria quædam perinde ac falso credita esset incendio per-
ruisse,

CAP. XV. DE MENTITIS FAM. 521
liſſe, nihil ad ſe pertinentibus bonis infe-
reret, nec ei aut tractus eius ſplendidi teſtes,
aut cohortis Auguſti fauor deeſſet: propter
inexpugnabilem Cæſaris conſtantiam irri-
ta nefarii propoſiti abiit.

Idem barbarum quendam, ad eximiam
ſimilitudinem Cappadociæ regnum affe-
ctantem, tanquam Ariarathes eſſet. quem à
M. Antonio interemptum luce clarius erat.
quanquam per totius Orientis ciuitatum
& gentium credulitate ſuffragatione fultum ca-
put, imperio dementer imminens, iuſto im-
pendere ſupplicio.

F I N I S.

STEPHANVS PIGHIUS
LECTORI CANDIDO

S. D.

VEteres libri omnes, quos vidimus, tam
manuſcripti quam impreſſi, nobis repreſen-
tant Valerij Maximi hoc opus ita: libris nouem
diſtinctum: in aliquib. tamen reperitur cuiuſdam
epitomes fragmentum in fine annexum pro libro
decimo, prorsus tamen remotum & alienum ab
argumento ſcopoque librorum Valerij Maximi.
Nil enim aliud docet, niſi aliquarum appella-
tio.

tionum seu nominum Romanorum rationes. Quae quidem epitome ex alio antiquo auctore collecta est à Julio Paride, sicut nonnulli produnt codices: cuius fragmentum hoc dumtaxat de praenominibus repertum quidam librarij priores Valerio Maximo adiunxerunt, tanquam ex eius libro exemplorum decimo contractum; moti, ut apparet, quod in eodem fragmento citetur Valerius; non tamen Maximus: istud enim non potest affirmari ex simplici isto nomine, sicut in multis exemplaribus reperitur. Sed contumaciter citari, unum exemplar manuscriptum doctissimi I. Sambuci liquide declarat, quemadmodum suo loco dicemus in annotationibus. Iam addiderunt alium errorem, qui C. Titium Probum, nescio quem, ut huius epitomes auctorem protulerunt; id quod ex huius fragmenti fide temere deprompsisse videntur. Nam id ipsum praefatiuncula librariorum iudicio diuersimode conficta palam faciunt tam ipso stylo, quam quod alterius, ut suo modo loquuntur, abbreviatoris mentionem adferunt. Eas autem duas imprimis discrepantes, mox cum eodem epitomes fragmento subiungemus quamuis clare liquereat, non esse Valerij Maximi, & eius auctor verus adhuc in obscuro lateat. Attamen quia sapit antiquitatem non ineruditam, & scholiorum loco studiosis seruire poterit ad lingua ac historia Romana cognitionem, ritusque veteres discendos; id ipsum emendatum ex fide exemplarium manuscriptorum, sicut ante Valerio Maximo fuit annexum, nunc visum

523

sum est Plantino nostro simul cum eodem libro recudere & publicare. Vale. Vienna Austria. Idib. Ianuarii. anno Salutis nostræ M. D. LXXIV.

IN EPITOMEN SVAM C. TITII PROBI PRÆFATIO.

Decimus huius operis liber, qui & ultimus est, vel ex negligentia aut malevolentia librariorum deperit. Abbreuiator titulos eius habebat integre fortassis: tamen de vno tantum, hoc est de prænomine, epitoma præsentabat.

Et hæc C. Titius ille. Verum alia reperiuntur præfationes in aliis manuscriptis codicibus, sine nomine auctoris; vt in Io. Sambuci hæc, cum libri decimi titulis eiusdem farina.

INCIPIIT LIBER DECIMVS DE NOMINIBVS PRÆNOMINIBVSQVE,

Cognominibus, agnominibus.

DECIMVS atque vltimus huius operis
liber

liber seu studiosorum inertia seu scriptorum
 segnitia, seu alio quouis casu ætati nostræ
 perditus est. Verum Iulius Paris abbreviator
 Valerij, post nouem libros explicatos, hunc
 decimum sub infrascripto compendio com-
 plexus est; per quod de nominibus, præno-
 minibus, cognominibus, atque agnomini-
 bus fuisse eundem à Valerio compositum
 coniectari licet. Verba quidem Iulij Paridis
 hæc sunt. Liber decimus de prænominibus
 & similibus.

*Decimi huius operis libri per C. Titum Probum
 epitome.*

DE PRÆNOMINE.

Varro simplicia in Italia fuisse nomina
 ait, existimationisque suæ argumentum re-
 fert; quod Romulus & Remus & Faustulus
 neque prænomen vllum neque cognomen
 habuerunt. Qui ab eo dissentiunt, aiunt
 matrem eorum Ream Siluiam vocatam, a-
 num Siluium Numitorem; fratrem eius, A-
 mulum, Siluium: & superiores Albanorum
 reges, Capetum Siuium, Agrippam Siluium;
 posterioresque duces Metium Suffetium, &
 Tutorem Clœlium vocatos. Nec contenti
 his, ad Sabinos transgrediuntur, & Titum
 Tatium, Numam Pompilium, & patrem e-
 ius Pompum Pompilium; eius denique re-
 gionis

gionis principes enumerant, * Pirtilianum ^{* al. Pati-}
 Lauianum, Volesum Valefium, Metium ^{lianum}
 Curium, Album † Funnifillaticum. Ex Tu- ^{Lauianum}
 scis recitant, Lartem Porfennam; ab Æqui- ^{* al. Sumu-}
 colis, Septimum Modium primum regem ^{fileaticum.}
 eorum, & Sertorem Regitum, qui primus ius
 faciale instituit. In hunc modum Varronis
 sententia subruitur.

Romanos autem arbitrandum est maxi-
 me ab Albanis & Sabinis multiplicandorum
 nominum consuetudinem traxisse, quoniam
 ab illis orti sunt. Omnia autem, quæ ad vnū-
 quemque nostrum definiendum excogitata
 sunt, * eandem vim significandi hominis ^{† al. pignus.}
 obtinent. Quod per proprietatem dicitur,
 hoc distat, quia eo * gens cognoscitur, ideo-
 que dicitur gentilitium. Cætera ordine variā-
 tur. Nam quod præponitur, prænomē; quod
 post fertur, cognomen; quod ad vltimum ad-
 iicitur, agnomen est. Quorum series non ita,
 vt exposuit, semper seruata est. Animaduerto
 enim in consulum fastis, perplexum vsū
 prænominum & cognominum, fuisse di-
 ctum, Postumum Cominium Auruncum, &
 Postumum Aebutium Elam, & Vopiscū lu- ^{Cos fuerunt}
 liū, & Opitrē Virginium Tricustum, & Paul- ^{A. V.}
 lum Fabiū Maximum. Quinetiam quædam ^{cccxxiv.}
 cognomina in nomen versa sunt vt Cæpio: ^{circiter.}
 namq; hoc in Bruto nominis locū obtinuit.

Gentilitia nomina Varro putat fuisse innu-
 mera, & prænomina circa triginta Pueris, nō
 prius-

326 EPITOME DE NOM. RATIONE.
priusquam togam virilem sumerent; puellis,
non antequam nubarent, prænomen imponi
moris fuisse, Q. Sæuola auctor est. Quæ olim
prænomen fuerunt, nunc cognomen sunt:
vt Possumus, Agrippa, Proculus, Cæsa.

Opiter, qui patre mortuo, auo viuo gigne-
batur. Vopiscus, qui in utero matris gemi-
nus conceptus, altero abortu eiectione, incolumis
editus erat. Hostus, prænomen fuit in
eo, qui peregre apud hostem natus erat; id-
que habuit Lucretius Præcipitinus collega
L. Sergij. Volero, in prænomen abiit; & volen-
tibus nasci liberis parentibus indebatur,
quo usus est Publilius Philo. Lar Lartis præ-
nomen est sumptum à laribus, Tuscum au-
tem creditum est prænomen esse, fuitque
consul Lar Herminius cum T. Virginio Tri-
costo. Status, à stabilitate; Faustus, à fauore
prænomen sumpta erant. Et Tullus præno-
minatus est ominis gratia, quasi tollendus,
o litera in v. conuersa, Sertor, qui per satio-
nem natus erat, appellatus est. Aucum præ-
nomen Varro à Sabinis translatum putat:
Valefius Antias scribit, quod cubitum vitio-
sum habuerit, qui Græce vocatur ἀγκύων
Lucii cœperunt appellari, qui ipso in tior
lucis orti erant; aut, vt quidam arbitrantur,
à Lucumonibus Etruscis Manij, qui mane
editi erant; vel ominis causa, quasi boni; Ma-
num enim antiqui bonum dicebant. Gnaeus,
ob insignem nauem appellatus est; quod vnum
præ

Cos fuerunt
A. V.
dccv.

prænomen varia scriptura notatur. Alii enim Næum, alii Gnæum, alii Cnæum scribunt: Qui G. litera in hoc pronomine vtuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea litera vsa est. Olim enim dicebant frugmentum nunc frumentum profertur: & gnatura, modo natura. Igitur etiam, qui in corporibus næuus gigni solet, gnæuus appellabatur. Qui C. ponunt. corruptione syllabæ delectari videntur. qui Næuus, lenitatem velle iudicantur. Gaii diis à gaudio parentum: Alii qui diis alentibus nascuntur: Marci, Martio mense geniti: Publij, qui prius Pupilli facti erant, quam prænomina haberent, alii ominis causa ex pube Tiberii vocitari cœperunt, qui ad Tiberim nascebantur. Titus è Sabino nomine * Titurio fluxit: Appius, ab Arto eiusdem regionis prænomine. Kæsones appellati sunt, qui è mortuis matribus exfecti erant. Seruius, qui mortua matre in vtero seruat⁹ est. Spurius, patre* incerto geniti, quasi *σπύροι*. Numerij sola patricia gens vsa est Fabia prænomine; idcirco quod trecentis sex apud Cremeram flumen cæsis, qui vnus ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium vxore filia Numerij Oracilii Maleuentani sub eo pacto, vt quem primum filium sustulisset, ei materni aui prænomen imponeret, obtemperauit.

* al. Tito fluxit, vel Tito refluxit.

† al. iuncto.

Antiquarum mulierum in vsu frequenti prænomina fuerunt, Rutilla, † Cæcella, Rhodocel-
* al. Cæcella.
lia.

docel-

528 E P I T O M E D E N O M I N A T I O N .
docella, Murcyla; Butra à colore dicta. Ista
prænomina à viris tracta sunt, Caia, Lucia,
Publia, Numeria: Cæterum Caia, vsu semper
omni celebrata est. Fertur enim, Caiam Cæ-
ciliam Tarquinij Prisci regis vxorem opti-
mam lanificam fuisse: & ideo institutum es-
se, vt nouæ nuptæ ante ianuam mariti inter-
rogatæ, quænam vocarentur, Caiam esse se
dicerent C. Titij.

reliqua desunt.

F I N I S .

IV.
~~INDEX~~

IUSTI LIPSI

BREVES NOTÆ

AD VALERIVM.

IN his Notis, vir amici Pighi, scire te & alios volo quibus auxiliis sim usus. Ab ingenio nostro pleraque esse fateor: quod tamen sepe in viam veri duxerunt libri. In mihi bini manus scripti: quos Ultraiecto benignè curarunt viri Clarissimi Lambertus & Hadrianus Vanderburghii, eximium par fratrum, docti ipsi & in doctos valdè proni. Præterea veteres editiones inspeximus: quas hic & in aliis scriptoribus nihilo deteriores inuenimus manuscriptis. Tu aliique è re ipsa iudicabis.

Opera nobis hac inanis, an in usum impensa sit. Ad illam enim ego transeo.

PROLOGO.

Ab illustribus electa auctoribus deligere constitui
Displicet geminatio, electa deligere. Scribam omisso verbo altero, *Ab illustribus auctoribus deligere.*

Mea paruitas, èd iustius ad fauorem tuum decurrerit
Seruilius sermo & cellarius. Ego sanè paruitatem cam

ablegem è Valerio, scribamq; expunctis duab. vocibus: ego iustius a. f. t. decurrero.

LIB. I. CAP. I.

Pag. 4. Decem principum filij, Constat etruriæ populos duodecim fuisse, itaq; cum pro numero eorum singulis populis singulos principum filios attributos

Z

yclit

IUSTI LIPSI

velit vide num, *Duodecim principum* corrigi, magis, è re & veritate sit. Cicero tamen De diuinatione, in hoc facto denarium duntaxat numerum (si & ipse correctus) agnoscit.

Pag. ead. *Gracchano tumultu*. Veteres editiones, *Gracchano natu*, places motu, vt & tu Pighi alibi reperisti, Non enim Gracchana illa seditio, propriè Tumultus.

Pag. 6. *obruitur tot etiam illustribus consularibus L. Purius*) Distinctius aptiusque scribo, *tot & tam*: item, *Cōsularibus*. Nam de Marcello rettulerat quintum consule. Itaque rectè consulatus multos: non pariter. Consulares legeris. Nec enim plures præcessere.

Pag. 7. *Quare agreste illud & sordidiū plaustrum capax*) Liberi veteres, *Quarum* referunt. Lego, *Quorum*, & ad sacra refero. In iisdem, *sordidius plaustrum*. Puto, *sordidant*, fuisse.

pag. 9. *Vt ex vno & sene complures Pœnorum iuuenes pensarentur*) Relectà particula lego, *Vt se vno*. Impurus mihi alter ille fermo.

Merito sibi infectos deos reuerteretur) De diis parum apta hic mentio: nec ii sanè Regulo festi. Alii, *hostes*, substatunt: ego eos, verum censeo, vt ad Carthagenenses referas.

Pag. 13. *Factum Massanisse plus animo, quam Punico sanguini conueniens*) Ita tu è campensi. Alii libri. *Massanissa animo magis quam*. Ego vtrunque adiectamentum arbitror, & verū esse, *Massanissa animo, quam Punico*, quomodo & libri mei scribunt. Sileri & intelligi illud, *Magis*, crebrum & pulchrum in oratione Latinis. Exempla mihi ad Tacitum cumulata.

CAP. V.

Pag. 24. *In omnibus praeliis uti duces constituerunt*) præoptem vt in prisco: *duces uti instituerunt*.

CAP.

BREVES NOTÆ
CAP. VI.

Pag. 25. *Veios in potestatem populi R. venturos*) Liber vetus, *futuros*. Et quis ambiget? Vetus & selectum sermonis genus, de quo iā pridē A. Gellius in Noctib.

Pag. 28. *Angues duo ex occulto prolapsi*) Vereres, *angues dua*, & *pro* *sa*, & *ge* n^o magis in hac voce amat.

Pa. 29. *In quod metus augurii tristi sine vita incidit*) Prisca lectio, *in quem metus augurii*.

Pag. 30. *Inuicta leges necessitatis*) Eadem necessitudinis, probè.

Pag. 31. *Sonum abditis delubris editum*) An potius, *abditis delubri*? Sic Remota templi, in Cæsare lego: & adita significari ac penetralia templi scimus.

Pag. 32. *Non consentaneos usus transtulisse videat*) Parum exposita aut apposita sententia in voce, *usus*. Legam, *usus* hoc acumine: (id enim scriptor iste mirum quantum amat.) cum de

AD VALERIVM.

dius Iulio dixerim, inquit, claudam Romana exemplo, nec oculos parum decore transferam è cœlo iterum ad terram.

CAP. VII.

Pag. 34. *Diuino munere effectum*. Vetus, *diui numine*. Ego *diuino numine*, omnino malim.

Pag. 35. *Vtrius autem dux copias hostium aggredetur superque eos sese ipsum deuouisset!* Quod in prisca editione verborum *aggredetur*, abest: valde probo. Et sanè additiuū est. Nā hoc è Liuiο clarum deuotionē hanc ita concipi solitam, vt sese vnaque hostes. Diis manibus sacrarent.

Pag. 35. *Prusquam pompa induceretur*.) Verbum & sententia ad rem Circēsem apta, tamen nescio quid rae sistit, & illigat verus lectio, *prusquā croma induceretur*: neque nunc expedio.

Pag. 35. *Capillo demi so.*) Retius vetus, *capillo immisso*.

Pag. 38. *Propioribus lineis*,

IUSTI LIPSI.

ut ita dicam, somnium certo euentu admonitum est) Dixi verè in H. electorum nuper. legèdum, *admotum est*, metaphora à Circo, vt alibi clarè dicam.

Pag. 39. *In desertis arenis struxerat*) Auctior prisca Scriptura, *desertis & ignotis arenis.*

Pag. 41. *Duos Prænantios somnij*) In vet. *dij prænantios.* Ego vellem, *deos prænantios somnijs.*

CAP. VIII.

Pag. 49. *Bis locutum constitit, his panè verbis*) Ita tu Pighi (ignosce) me abnuente. Quorsum enim, aut cui sententiæ illud, *panè?* Nam sanè ijipsis verbis locutam vult, non ambigè talibus aut ad eum sensum. Abis etiam ab omnibus libris priscais tuis alienisque, qui referunt, *pr^o his verbis.* Idem in coniecturas: sed veritatem, nisi fallor, Sambuci nobis codex ingerit, cuius misit ad nos. Excerpta, in eo aptè hæc lacuna

expleta: *his prius verbis, RITE ME MATRONÆ VIDISTIS, deinde, RITE DICASTIS.* Vult enim omnino Valerius, bis id signum vocem edidisse, eiusdem mentis, verbi tamen vnus immutantis. Scio Dionysium Plutarchum, Augustinum etiam IV. De Ciuitate scribere, iterasse Iunonem bis eadem ipsa verba, sed Valerium ab iis abire (vt sæpe) testari verbum *Vidistis*, potest, quod aliis illis omissum. Si improbas: possit non ineptè legi: *prius his verbis.* id esset, singulis articulatisque verbis. Siue etiã *constitit patribus, his verbis.* Vt vocem patribus, truncatè scriptam fuisse censeamus.

Pag. 49. *Non audentibus Romanis pralio congregari*) Veteres, *pralium ingredi*, eleganter.

Pag. 55. *Cuius salus ab imminente exitio defensa, ruina quoque subtracta est*) In vet. officio, *pro exitio.* Malè.

Sequen-

Sequentia connexim lego, *defensa ruinaq; subtracta est.* nec enim aliud aliquod exitium Simenidi imminuit, quam hoc ipsum ruina.

Pag. 57. *Patrimonii etiam possidendi adeundaque schola communionem coniuncti*) Verr. *alendaq; schola. alum, habendaque. ut vna eadem docuisse significet.*

Pag. 58. *Ne ipsa quidem artifex. Natura rationem rerum reddiderit*) Compositius hæc, prisca editio, *artifex rationem rerum Natura. Illud rerum, sancit iungendum cum Natura est.*

Cum sciamus recte ab ea) Prisca lectio ratione ab ea, quasi dicat iure ab ea vindicari.

Pag. 59. *dicit bellua etiam corium cxx. pedes longum in urbem missum*) Breuius antiqui *bellua corium c. & xx. pedum in urbem missum.*

LIB. II. CAP. I.

Pag. 60. *Initiam stylum tam nostra urbis, quam ceterarum gentium prisca ac me-*

morabilibus institutis) Sambuci codex, *initia bostilum,* quod esset, quasi initium auspiciūque stili capiam. Sed probo lente.

Disciplina contineri) Ex sensu, *disciplinam.*

Pag. 60. *Multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitima cuiusdam intemperantia signum esse credentes*) Imò verò *legitima intemperantia.* Vult tales virosas feminas ad pudorem rationemque peccare, ad legem tamen nubere, itaque velut legitimam quasdā adulteras esse: similis rei in Martiale locus.

Qua toties nubit, non nubit, adultera lege est.

Offendar mœcham simpliciore minus.

Pag. 63. *Reducentem etiam officio fungerentur*) Vetus officium. probè.

Breuique progressu morarum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione ipsi doctiores evnt) Contaminatus planè & depositus,

IUSTI LIPSI

re iudice Pighi locus: quem vide an attollam. In meis libris est, *brevique processu*. Item *verecundia*, pro, *verecunda*. At tenui hoc auxilio, commodè tamen expeditimus, *brevique processurum in lucem virtutum verecundia & laboriosa meditatione, ipsi doctiores erant*. Sententiam totam lege, vide: probabis valdè.

Pag. 63. *Defuncta virium cursu atas*) Prisca scriptura, *cursu*. Nunquid *viridi*?

CAP. II.

Pag. 65. *Imperii pondus & auctoritatem domari*) Lego, *donari*.

Pa. 66. *Credo ne alienigena ingenij exercitatione patrij ritus servus transfuga existens*) Cur, servus transfuga an non transfugiunt & liberi? Benè emendo, *servus transfuga*, Senex, inquit, tu Mari, & post duplices triumphos Græcam linguam discere spreisti: ne sero velut transfugio te canosque tuos dehonestates, Sed &

liber verus auctior patrij ritus & lingua.

Pag. 68. *Hofliarum extra ad Quæstores ararii delata veniebant*) Lege *veniebant*, pecuniam scilicet ex iis venditis in publicum redigebant.

Pag. 69. *Sub magnis auctoribus celebrat*) Displicet lectio: nec tamè quod preponderet nunc reperio. *Auctoribus*.

CAP. III.

Pag. 70. *Memorq; si militaris ignavia humilitatem spernere perseveraret*. Ignavia vox haud conuenit, legam commodius, *Si militaria signa, & perseverarent*.

Pag. 71. *Q. Navius centurio, è peditibus, lectos expediti corporis brevibus & incurvis septenis armatos hastis, paruo tegmine munitos*) Insignis hic de institutione velicum locus: sed quem menda obfidet non vna. Primum legimus, *brevibus & incurvis hastis* an rectè? aut cense sine hastas illas adiectū incur-

uas fuiſſe? ego ſcio rectiſſi-
 mas, niſi ſi capis de ferro.
 Vetus lectio, *brevibus & in-
 turmis* Eleganter & vtiliter
 emendo, *infirmis*. Deſcribit
 videl. velitares illas haſtas.
 & primum ait: breves fuiſſe
 (quaternũ .n. tãtum pedũ,
 vt Liviũ vult: ſive duũ cu-
 bitorũ, vt Polydorus) deinde
 addit & infirmas, ligno
 tenui, & minime craſſo. Ad-
 firmat Polybius, qui lignũ
 hoc: τὸ μὲν μηκει ὡς
 σπιταν διπηχυ, τὸ δὲ
 πὰχυ δακτυλίων facit: i.
 longitudine quidem omnino
 bicubitati, craſſitie ſaltem di-
 gitali. Iure igitur noſter, *in-
 firmũ*. Sed amplius hic ſcri-
 ptũ: *parvo tegmine munitos*.
 Quod autẽ hoc tegmẽ par-
 vum? indefinita ſcriptio. Im-
 mò inepta. Lego, *parva te-
 gmine*. Liviũ enim diſerte
 libro xxvi. & xxxviii. par-
 mas tribuit velitibus, Poly-
 bius itẽ, & Fontinus lib. iv.
 Sed & Varronis fragmẽtum
 eſt: *cum rotundis velites leves*

parmis. Deniq; in clauſſula
 exempli: *Ideoq; auctori eius*
*Naviũ adhuc honos eſt habi-
 tus*. Quid illud, adhuc? An
 manebat aut repreſentaba-
 tur honos Naviũ ad Valeri-
 anum ævum? kugæ. Scribo.
à duce. Exprimere & imita-
 ri, vt sæpè, Liviũ voluit
 qui de hoc factò; *Auctorem*
peditem equito miſcendorum
centurionem. Q *Naviũm fe-
 runt honoriq; id ei apud Im-
 peratorem fuiſſe*. Quod ab
 imperatore igitur honorẽ
 ei habitum. Liviũ ſcripſit,
 id à Duce Valerius.

CAP. IV.

Pag. 74. Cuius generis *mũ-
 nus certa notitia eſt* Imò ve-
 rò ſæcularium ludorum (de
 iis loquitur) origo certa,
 meliusque omnino librẽ
 priſci, *minus trita*. Satis fir-
 ma quidem certa que tradi-
 tio, et non adæque vulga-
 ta.

Pag. 74. *Habitabat enim*
in villa ſua) Illud *ſua*, addi-
 ticiũ videtur.

J V S T I L I P S I.

Vidisse se in somnis quos nescio deorum) Libri duo è meis *in somnis à nescio quo deorum.* statimq; *pratergi, & præcipi.* Rectè vt opinor, certe ad Zosimi mentem, qui lib. II. *unum aliquem magnum virum & diuinam formam præferentem*, apparuisse vult: non, vt vulgata Valeriana lectio suadet, plures.

Pag. 75. *Ad xx. pedum altitudinem*) Alta hæc fossio: verius fuerit, *denum pedum*,

Pag. ead. *Trans'atum antra Pœniceis indutum tunicis*) Credo verum *Translativum*, id est, crebrum, receptum.

CAP. V.

Pag. 77. *Cum inter publicas priuatasque ferias, actiones personis tecto capite, &c.*) Quid hic, *Actiones?* quæ, aut quales in ludicra retribicinum? Hunc quoq; locum feliciorè spongia eluimus, rescribimusq;: *publicas priuatasq; feriationes, cõpulsis in vnâ vocibus, &c.*

perperam diductæ: statumque, auctore etiam veterè libro, *concentus edit: copula eiecta, quæ ad sustentandas Actiones saltem immissa.*

Pag. 78. *Idèò in sacrificijs mola qua vocabatur*) Quasi mola exiisset Valerianuo. *S. be vocatur.*

CAP. VI.

Pag. 81. *Omnia antiqua consuetudinis momenta seruanda*) Seruat vetus editio antiqui sermonis normam: *monumenta seruandum, nec ius peruertere.*

Sine planctu luctus, funeris die. Confusa leuiter & leniter ordino, *sine planctu, luctus, funeris die domestico sacrificiam, conuiuio finitur.* Hæc mens, luctum non produci, sed finiri ipso illo funebri die.

CAP. VII.

Pag. 90. *Quod eius culpa agger incensus, & panè castrafuerant capta*) E terra plurimum agger potuitne accendi? Tu sedulo velas mi

Pighi : sed velim (puto te non nolente) *agger inscensus*. Inscendi & conscendi aggerem, vallum, crebra & trita dictio.

Pag. 93. *Lictorum verberibus lacerandus*) Ita tu è Campensi libro. at pleriq; libri vberius: *Lictorum se verberibus lacerandum* prœbuit. Re iicis ideò, quia n. se prœbuit Rullianus, inquit, sed priusquam verberaretur effugit. Vulgatæ tamen ego verba seruem, sed immutem, & è *præbuit*, faciam *præbeat*. Sententia ita acrior fortiorque videatur.

CAP. IX.

Pag. 106. *Ite igitur & nodosam exsoluite stipem, utile posteritati numerosa*) Nodas aliquis in nodosa hac stipe, nec video qui adiectio hæc conueniat. Legitim, *numerosam*. Censores videlicet, multiplicato censu, ærarios fecerunt cælibes: siue vt ipse Valerius hæc ipsa in re antè dixit, et a pœnæ nomine pendere iusse-

runt. Id more suo Valerius alludens. Itè ait, pendite numerosam stipem in vsum numerosæ posteritatis.

Pag. 107. *Nec pensè duxerat, iisdem imaginibus adscribi*) Vox in plerisque libris interiecta, *nec indignum pensè duxerat*, me arbitro, non emouenda, sed velut exclamatio seorsim capienda, cū vulgata, si placet, parentesco nota: *nec (Indignum!) pensè duxerat* Valerius & Annæus Florus hæc talia vsurpant, imò adfectant sæpè.

Pag. 110. *Eaque adiecisse satis erit*) *Vetus iniiecisse: quasi strinxisse, delibasse, rectè.*

CAP. X.

Pag. 111. *Integritatem tanti viri paucis litteris perpendi*) Libri aliquod vet. *litteris perdi, ex quo ego, prodi.*

LIB. III. CAP. I.

Pag. 118. *Expressa est itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini, &c. Scribo, illa vox homini. De Poppedio enim ipso capiendum, qui, vt ex narratione*

ne Valeriana & clari⁹ è Plutarcho apparet, auctor v
nus honorificæ hui⁹ in Ca-
tonem vocis.

Pag. 118. *Ipsum Marium
si quis eo loci statuisset*) Abest
verr. vox *si quis*. Lego igitur
conciuius: *ipsum Marium
eo loci statuisset*.

C A P. II.

Pag. 122. *Nam neque alti-
tudine deiectus, quassatusque,
neque pondere armorum pres-
sus*) De Coclite sermo est,
qui è pōte in Tiberim præ-
cipitavit, audaci & felici
saltu. Sed aptius omnino
legeris: *altitudine deiectus
quassatur neque &* Deiectus
altitudinem, siue deiecti-
onis cape.

Pag. ead. *Eadem enim
tempestate*) Ætiologica illa
particula, enim, non habet
hic plane locum. Mutem &
scribam, eadem ea tempesta-
te. Ea videlicet Clælia.

Pag. 128. *Quo spectaculo
attoniti hostes postero die ad
eum supplices pacem petentes
venerunt*) Hæc clausula to-

ta rei falsæ & absurda est
A Catonené tum admo-
dum iuvene, nullum impe-
rium, nullum munus pu-
blicum fungente, pacem
publicitus petitam? Num-
quam factum, nusquã scri-
ptum. Audacior medicina
huic loco facienda, ne tam
latæ culpe exemplum sit.
Exemplaris scriptor. Lego
igitur, *ad Paulum supplices*.
Quod ad historiam est,
quia vniuersi Macedones il-
lo biduo (Plutarchus au-
ctor) in fidem Paulli Æmi-
lij se permiserunt.

*Tib. Gracchus, profusis lar-
gitionibus fauore populi occu-
pato*) Malim *aucupato*, pati-
endi significato, vt alias no-
taui.

Pag. 131. *Ego certe aut spe-
ciosam optavi mortem, aut fe-
licem audacia exitum*) Scri-
bo omnino, aut: *speciosam
oppetam mortem*. Ea lectio
ex mente viri fortis.

Pag. 135. *Capitali supplicio
adficiendo iudicaret*) imo,
cum id euenit, iam maximè
sup-

supplicio eos adficiebat bene igitur verus, adficiendo vindicaret.

CAP. III.

P. 141. Editio gemitu regis aures adspargeret) Legō asperaret.

P. 145. Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, ingenia viuuda ad se penetrare patitur) Commodius nec leges & distinguas; Non ergo fastidioso aditu virtus, excitata ingenia de viuuda ad se, &c. Non habet, inquit, fastidiosum aditum virtus, quælibet ingenia, modo acria, & viuua, admittit.

CAP. IV.

P. Vernā huic urbinatam, regem dando) Verba traiccta recolligo & repono, Vernā natum huic urbi regem dando: Viliotes videlicet nati serui, quam facti Plautus ad correctionē nostrā apposite, de Mercurio & Sofia.

Satius est me queri illo modo seruitutem, hodie.

Qui fuerim liber: hic, qui verna natus est, queritur

P. 148. ab his indoctis erroribus. adductū animū) Legēdū videri ab his doctis erroribus, monui secūdo Electorum.

CAP. V.

Pag. 151. Qui in maximo & ingenuorum ciuium, & amplissimorum prouentis) E-mendo, & ingeniorum, & ciuiū amplissimorū: ipsa ex re.

CAP. VI.

Pag. 152. In cultu, ceteroq; ritu) Auctiores voce anti-qui, ceteroq; vita ritu.

CAP. VII

P. 156. Quoniam ne ille quidem in cōsimili genere virtutis edendo fatigatus est) parū sapiebat phrasis, Edere genus virtutis. Adiunxit, & duxit ad veram lectionem scriptura prisca, genere virtutis sudando. Ex quo ego, se dando, veracriter corrigā.

Pag. 163. Non patiuntur me tenuioribus exemplis insistere fortissimi duces) Veteres, teneriorib. exēplis, magis retius, quæ sitis enim sermo- ni decor ex antithetis. Teneriorum & fortissimorū.

J V S T I L I P S I

CAP. VIII.

intelligat.

Pag. 165. *Quasi debitum superest opus constantia. Natura enim comparatum est, &c.*) Libri mei, & plerique è tuis Pighi, *constantia* representatione. *Cura enim, &c.* Verum ego censeo, *constantia* representatio. *Natura enim.*

Pag. 167. *Dictatori ei magistrum equitum Minucium iure imperij Senatus aquauerat*) Hoc de Senatu planè & perspicuè falsum. Non sciuerunt, non approbaverunt id temerarium & novum partes: plebis unius & Tribunorum hæc sanctio, hic error. Itaque Livius differte plebiscitum appellat. Nec aliter Plutarch⁹. Quia iste ipse Valerius lib. v. cap.

11. *Dictatori ei, inquit, Magister equitum, Minutius, scito plebis aquatus.* Nesciuit Valerius, corruptores isti librorum potius, à quib. infarcta vox Senatus. Ego censeo illum scripsisse, *iure imperij aquauerant.* Satis enim prænum intellecta, quos

Sape etiam specie benè gerenda rei oblata) Malo; spe benè gerenda rei. atque ita priscus liber.

Pag. 169. *Depulsis prostratisque inimicorum partibus, Sulla*) Vetus, *dispulsis*, id est, disiectis, *impatisq;*, quod probè ed & voculam, *Inimicorum*, libens hic expunxerim, immisissan ab iis qui partium nomen quid valere parum capiebant.

Pag. 170. *Sine ullis imaginibus nobilem animum & idem constantia propositum secutus C. Marius*) Placet magis lectio antiqua cum voce inserta, *nobilem animum ostendit, idem constantia, &c.*

Pag. 171. *Vt casaris miles esse desina, & tuus esse incipiam*) Concinnius concepta in prisco viri fortis verba: *ut aut Casaris miles desinam, aut tuus esse incipiam.*

Pag. 174. *Quem Syracusanus Dion diversitate exempli prauagat.*) Benè omnino liber

liber vetus, *seueritate exempli*. Nam prius exemplum amatorium est & tenerum: hoc ferium, seuerum.

Pa. 174. *Qui cū ad unā potione sentētiā direxissent*. (vet^o, *Quorū cū ad unā Legē igitur & sequētia sentētia direxisset* Non tritū hodie, sed prisce elegantiæ dicēdū est. Et sanè frequēs illis, verba hac agētia, ad neutrorū quasi ordinē signationēq; trāferre.

LIB. IV. CAP. I.

Pag. 181. *Censor cum lustrum conderet, inque solite fieri sacrificio, scriba ex publicis tabulis, &c.*) Dāno verba solito fieri: & iure. Sordent enim, imō & fallunt. An solet olim fieri: id sacrum non Valerii æuo? Imo etiam tunc in vsu quoties conditum lustrum. Vetus præiuit mihi ad notabilem emendationem, in quo lego, *solita viri*. Non ambiges tu optime Censor, quin *Solita aurili*. scribendum sit: quod sacrificium proprium omnium lustrationum: &

imprimis Censoriæ huius. lapis Romæ pulchrè, in quo apparatus omnis istius sacrificii, cum triplici hostia, siue, oue, tauro, Censore faciente. Vide, si lubet quæ notauimus ad Historias Taciti.

Pag. 182. *Ita sibi credi oportere si & alij idem assēuerassent*) Priscæ editiones negationem inserunt, *si non & alij*, falso, at tu multa *si modo & alij*: & rem habes.

Pag. 182. *Vnius testimonio aliquem credere, pessimi esset exempli*) Eadem cum altero è manusc. meis, *aliquem cedere*. & verum censeo, aut certè, *cadere*. id est, perdere aliquem & adfligere,

Quam angusto ambitu orationis amplectar) Vetus quam breuissimo.

Sed cum magna & multa breuiter dicenda sint) Placet prisca lectio, cum magna *strictim, & multa breuiter*.

Sermo definitis personis rebusque circumfusis, utrumque præstare non potest. Itaq; *propositis*

IUSTI LIPSI

positi quoq; nostri ratio, &c.)
 Abest antiquis plerisque; vox,
 Sermo & sequentia illa sic
 concipiuntur, utrumq; pra-
 stare propositi nequeo quoq; no-
 stra ratio Corrigo & dirigo:
 utrumq; praestare nequeo. Pro-
 positi quoq; nostri ratio. Ser-
 monis illa voce eiecta.

P. 183. Vbi maximorum du-
 cum & civium tantorum rogato
 praelio) Vetus tantum num to-
 gata. Bene ad meum sensum.

Pag. 186. Plebis scitum enim
 interposuit) Vetus & vera scri-
 ptio, plebei enim scitum.

Pag. 187. A piscatoribus
 in Matesia regiones verriculi
 trahentibus) prisca editio
 vericulum trahentibus. An &
 reteiaculum.

Hoc fortunam tractus se e-
 misse discent) Alii libri du-
 ctus, non, tractus: duo emeis
 iactus. quod æque placet.

Qua conditione propter no-
 mitatem rei ad uniuersum po-
 pulum delata) Omnino scri-
 bendum, qua cognitione.

Atque ut Theopompi) Ve-
 tus, Atque in. Lego. At

quin Theopompo, & statim
 voce infra, qui cum primus,
 ex eodem libro.

CAP. III.

Pag. 195. Deinceps ex iis
 vocemus. quorum animus, &c.
 praepono veterem lectionem,
 Deinceps & in uacemus

Cn. Manius cui Corioli
 Volscorum opidum captum co-
 gnomen adiecit) Vetus, capti-
 uum cognomen, & adiecerunt,
 Lego igitur Corioli Volscorum
 opidum, capiti, suum cogno-
 men adiecerunt.

Pag. 196. Atque ligneo catillo
 canatem,] prisca, eque ligneo.

Pag. 202. Poti senis ani-
 mum illecebris pellicere non
 potuisset] Sambuci codex,
 poti senisa, i, polluere.

CAP. IV.

Pag. 203. Cum Campana
 matrona apud illam hospita or-
 namenta sua illo saeculo pul-
 cherrima ostenderet] De me-
 do suspicio hic mihi iac-
 ta primitus; quia cum ver-
 ba haec sint è Collectorum
 libris Pomponii Rufi, anti-
 qui

qui scriptores, nec procul-adeo à Gracchano ævo vix conueniebat illum vt de remotissimo ævo loqui illo sæculo pulcherrima. Auxit trium librorum veterum lectio, quæ illius sæculi, præfert. Ex qua bella mihi nata correctio illius oculis. nec ego quidem de veritate ambigo. Certè, Campanus luxus tunc fuit, omni sæculo pulcherrimus videri potuit muliebris ille mundus.

pag. 204. Quia dominium rerum collabi solet, bona mentis usurpatio, &c.] Sambuci codex voces aliquot ingerit, istas: dominium rerum collabi solet, bona mens præfertur diuitijs, cuius usurpatio, &c. Purior mihi vulgata est.

pag. 204. Tres consulatus acceptissimos populo Roman. gessit.) Vetus acceptissimè accipio.

pag. 206. Solida laudis cupidini) Magis placet prior lectio cupido. Primibelli

Punici gloria cladesque maxima) Acutius videatur & verius, quod in prisca: gloria, quia clades maxima.

pag. 207. Minus multo cultores, Sententia vult, multos.

pag. 208. Ideo Senatus) Vetus, Idè Senatus, & recte.

CAP. VI.

pag. 215. Quorum ibi factum sepulchrum, Tarenti etiamnum conspicitur) Vox Tarenti. à glossula est delecta. Nā de vrbe ea antè statim sermo: & nunc addit. ibid.

pag. 217. Sunt & alienigeni amores iusti, obscuritate ignorantia non obruti) Veteres mei vberius & verius, alienigeni amoris cineres, vsti obscuritate, &c. Duriuscule fateor, sed Valerium ne nosce, aut hæc agnosce.

CAP. VII.

pag. 219. Itaque celerius est sine reprehensione propinquum auertere, quam amicum, quia altera diremptio iniquitatis, altera utique leuitatis crimini subiecta est)

(Primum

J V S T I L I P S I .

Primum lego, *celerius & sine reprehensione propinquum auersere*, deinde cum in veteri sit, quia altera defectio iniquitatis, tamen in Ultra iectino altero, desertio. q̄ æquè probum.

Pag. 223. Tu exilium indiceres, adeò blando uteris imperio, quod is supplicium honoris pratulerit) Parum latina aut pura hac iunctura veteribus abest vocula, irriter pratulit, in iisdem non, pratulerit. Ego cōcinno, tu exilium indiceres? (adeò blando uteris imperio) supplicium honoris pratulit.

Pag. 225. Iusta pœna debitum spiritum tenebris furari conabatur) Quis spiritum furatur? me arbitro, paruum apte dictum aut scriptum. In veteri, funerari. Ex quo bella metaphora erimus funerari, lucrari videlicet & producere ad tempus latibulo illo spiritum Brutus volebat.

Pag. 226. Testatorem benignolentiam-, priscus liber,

testationem recte, si benignolentia rescribas.

Pag. 227. Atque ut illatum ades, sacra domicilia) Melius, ades sacra domicilia,

Pag. 228. A quo secessu quosdam fugeris, aut quibus insulis misericordia permulseris, non cohibebis ne alienis malis perire ac bonis suis latentur) ceteribus nullę voces, non cohibebis, & spernendæ omnino, sicutamen ut totam clausulam interrogatione deinde allecus.

CAP. VIII.

Pag. 230. Si animo erogantis) Scribes animum, si tu animum ad priora retuleris, à quibus hæc pendent.

Pag. 230. Alter enim quod prastat; potest) Fallor, aut argutior prisca lectio, quod potest prastat.

Iam qui hæc præcipuè negotiatione delectantur.) Vetus, negatione. De re usuraria loquitur, eaque inhonesta: cui nimis honestum. Negotiationis verbū. Credam facile fuisse, *nummatione*.

BREVES NOTÆ AD VALERIVM.

Pag. 232. *Sed etiam sua alius ipso tribuente sensit, commemorari) labem & hem huic loco veteres adimunt, in quibus sic: qua alio tribuente sensit.* Transiit enim & velut viam sibi facit (solutum id Valerio) ad exempla. Externa frequentia: in quibus non Romanorum in alios, sed aliorum in Romanos liberalitas expressa. Eam autem, inquit, commemorari quoque interest Romanæ laudis, quia meruit.

Pag. 232. *Quod nolent accipere) Glossulam hoc totum sapit dele, aut rescribe, ne nollet: sed dele magis.*

LIB. V. CAP. I.

Pag. 238. *Cum & viribus corporis, & animi virtute aliquanto esset superior) Puto vocē excidiss, scribendumq; viribus corporis par, & animi, &c. Nam animo saltem excelluisse Romanum vult, cum cetera pares essent.*

Pag. 238. *Proinde in eo praelio Badius abtruncatus est)*

Quo praelio non certè singulari illo occubuit. Itaq; voculam, eo delendā censeo. Postea sc. pugna aliqua ceciderit.

Siquis ignarus vir aspexisset) Lege, viri.

Pag. 240. *Amicitia regis fidissimi populo Rom.) De Masanilla loquitur. At qui ille cum id contigit, infensissimus Romano nomini hostis. Itaq; parum attenda Valerii mens hæc scribētis.*

Pag. 244. *Eam ex tyranni ore manasse) Plerisque libris additum, ore de humanitate manasse. Reiciis ea verba, Pighi, è libris aliquot scripris, & rectè. Nec malè aut imperitè tamen si quis legat, ex tyranni ore & immanitate.*

Pag. 244. *Sermonem habuisse) Vetus habitum, Si rectè, tum paulò ante, rescribe: quondam, vbi, quosdam legis.*

Pag. 245. *Ad patrem propugnatione laborantem) Vires duo, propugnatorem laborans.*

J V S T I L I P S I

borans. Suspectus locus eo magis, quod duæ eæ voces alteri manuscripto absint. An. tamē, propignore laborii?

C A P. II.

Pag. 248. *Coriolanum patriam oppugnare conantem) Vetus, Patria interitum perficere conantem. Quid, si interitum? Vulgatam si intueare, displiceat: quia non oppugnare conatus saltem Marcius: sed reuera oppugnauit. Si retines, malim expugnare.*

Senatus matronarum ordinem) Addunt veteres Senatus gratitudine motu matronar. ord.

Vti feminis semitæ viri cederent) Iidem, de semitæ. Plautus: cedam ego illi de via de semitæ.

Pag. 249. *Vacasse in tanto gaudio Patribus Conscriptis duabus humilibus feminis referre gratiam, nedum tam prætulisse, mirandum] Sērentiam haud malam ex his elicias: cum tamen in veteribus duobus legam,*

neque tam propter se tulisse: ambigo an non scribend. nedum tam properiter retulisse. Celeritas enim beneficii beneficium auget.

Pag. 251. *Quidquam decerpit) Priscus codex, arcessit. Possis legere, abscessit.*

Pag. 252. *Quorum laudem adiecta lege conditio auget magis, quam extenuat] Quid hæc conditio adiecta lege? frustra quæras. Scribe, abiecta. Hæc est mens Valeriana Libitinarij, inquit, etsi lege & morte abiectum ac vile id genus, tamen, &c. Sane in vitibus habiti semper idcoque mox etiam appellat, Contemptum gregem.*

Pag. 252. *sed dum honesti actum etiam ab infimis editi memoria non intercidat] Abest veteri, actº, & post infimis inserit, estis Ego legam, dum honesti etiam infima sortis editi memoria non intercidat. Dummodo rei honeste, inquit, etiam si a vilibus editæ memoria dureret, &c. Statim etiam malū, ut nec illis adie-*

BREVES NOTÆ AD VALERIVM.

adiecti, nec his pralati: ordine mutato, & cur malim, vides.

Pag. 255. Quorum quoniã religiosum cultum instituimus] Imo verò, instituimus. Iam enim dixit de gratitudine, & locum eum velut peragrauit.

C A P. II

Pag. 256. At inquit, arario] Lege,, inquit.

Pag. 258. Quo enim Iambo, qua procella verborum] Haud displicet de Iambo: nec item quod in veterib. nimbo.

Pag. 261. Ille vicatim dispersos ciues suos in vnam urbem contraxit] in veteribus est ille locatim. Neutra vox ad verum & facile ex hac inconstantia odoror suppositas illas pro germana ista pagatim, Athenienses enim ante Thesea in pagis habitauerunt. Plutarchus, & clarissime Liuius libr. xxxi. Delubra sibi fuisse] Athenienses loquitur] qua quondam pagatini habitantes in

paruis illis castellis vicisque consecrarint. Idem de iisdem: Tempia deum que pagatim sacrata habebant. Adde que mox addam.

Pag. 262. Abunde non dixerunt] Negatio abest veteri: & tollenda.

Pag. 262. Hanc hereditatē paternam solā se sortitū] Optime vetus ex veteri formula, solam se creuisse. Hereditatem cernere, pernotatam & notata aliis dictio.

His dotibus, qua ad peccandum hominum potentissima indicantur] Displicet iure, pacandum: & falsum scio: Veteres duo, pariendum, certius periendum Tentem ex eo Parcendum homini. Et si malim Pertegendum, aut eius sententiæ verbum propinquius.

Pag. 264. Discordes focitui, paucis diuidua tuguria, ô Gracia facta sunt. Columen lucet Marathon, &c.] Curuus locus, quem tentasti, pighi, dirigere: sed tentasti. Nos, nisi fallor propi-

tu

rio Phæbi filio sanamus.

Vetus vnus habet, & paucis: alii aliquot, & pacis. Lego, & pagis. Hoc primum. Sine quin referenda hæc sunt ad Theseum, qui pagatim habitantes Athenienses (supra doctum satis: & hic locus priori illi firmando item valeat) in urbem conduxit, nemo ambiget ex cathenata hac priorem repetitione. Iam sequentia ex prisco libro sic concinno. *& pagis diuidua tuguria tua, Græcia facta sunt columen, Lucet Marachon, &c.* Athenienses ipsos adfantur & increpant. Per nos, inquirunt, tua tuguria & pagi exculti in caput Græciæ verterunt.

Pag. 264. *Honore ara decorata, quasi sacrosancta colis* Vetus vnus sacrosanctiores colis, alii sacrosanctiora, & o-mittunt *70 quasi.* An legendum, *decorata, sacra sanctione colis?* quod esset sacra quadam lege & decreto colis.

CAP. IV.

Pag. 266. *Expugnasti, inquit, & vicisti iram meam, patria, precibus huius, &c.)* Confuta hæc, mala: Scribo: *vicisti iram meam patria, precibus huius admotis, cuius utero te, &c.* O patria, ait, iam anima meum vicisti telo huius maternarum precum.

Pag. 270. *Quod necesse est animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura litterarum: vetera pro recentibus admonitos recordari.)* Locum habes, Pighi, inter mutilos: ego inter malos. Emendari posse censeo non nulla admonitiuncula libri, qui habet *vetera à prudentibus.* Vnde ego, *veteribus prudentibus admonito recordari* Dispice, nec fugiet te sententia. Inuoluta autem huiusmodi multa in Valerio: nec miror sæpè in tam tenebrosis sententiis offendisse exscriptores.

CAP. IV.

Pag. 277. *Quia euerfa do-*
mo in

BREVES NOTÆ AD VALERIUM.

mo intemptatus reipub. status manere potest) Placuit ita tibi Pighi, è Cauchiano. At in duobus meis est, interdū proprius reipub. stat^{us}, nō malè certè. Quod si Cauchiano scriptura præferēda est: malim ex ea tamen intemptatus.

Pag. 278. *Namq; in capite eius subito veluti cornua emerferunt*) Vacillant valde libri, alii: *cornua eruperunt*: alii, *erexerunt*: meus palam, *erexerunt* noue, sed vere. *Eraxerunt* absolute ea forma dictum, qua ante notauit. *Direxerunt*. Sic *Minuerunt*, *Auxerunt*, *Sedarunt*, *Posuerunt*: id est, minuta, auēta, sedata, posita sunt, veteres passim *direxere*.

Pag. 278. *Cuius dicenti, cum in capite picus cōsedisset*) Bona itē prisca lectio, *Cuius dicentis*

Domus ipsius statum, felicissimum) Veteri, *factum fidelissimum*, probem, *fatum felicissimum*.

Pag. 279. *unicum talis sus.*

Imp. specimen esset) Sambuci codex, *sectamen esset*. *Anne spectamen?*

Pag. 281. *Ac pabulantium hostium globo*) eiusdem codex *palantium*.

CAP. VII.

Pag. 285. *Stratonices infinito amore correptus*. An *in frunito amore?* Certe de stolido, improbo & impudenti affectu loquitur priuigni in nouercam.

Pag. 286. *Excitatioerē anhelitum*) Falso languidior enim *anhelitus*, & velut *abiēs* cum illa abeunte fuit, quod ipse Valerius aperit, qui increbuisse *anhelitum* ait illa intrante. Veteribus est. *exercitatioerem*. Vox accommoda haud mihi nunc *accurrit*.

CAP. IX.

Pag. 292. *Se nil tale debere suspicari persuasus*.) Non est in veteri vox, *debere* Ego verò illud, *se etiam delco*, & *lego*, *nil tale suspicari persuasus*.

LIB.

Pag. 297. *Vnde te virorum pariter ac faminarum precipuum firmamentum. Pudicitia inuocem? Scribendum est, euocem. Varia enim eius domicilia recenset: & velut ambigit, vbi potissimum habitet. Vocem etiam Firmamenti (nescio an non calidè) mutem in Ornamenti.*

Pag. 297. *Sanctissimumque Iulia gentis genialem thorum assidua statione celebras) Inignis planè restitutio, quam tamen libris debemus, quibus ferè vox, gentis, abest. Et qui expedias, alioqui hanc sententiam? Quæso te, an gentis Iuliaz genialis aliquis thorus? imò singulorum, is est: nec nisi matronarum. Itaque de Iulia hoc capiendum siue Liuia Augusta: cui seruiliter, vt & Tiberio alias, adulatur: tantamque pudicitiam eius facit, vt numen ipsum in habita te velit Genialem eius thorum. Porro Iulium nomē post adopti-*

onem vulgo datum Liuiæ, docui in Commentario ad Tacitum, cuius rei inobseruantia locum hunc fecit.

Pag. 297. *Atque hanc illatam iniuriam non tulit Virginius, plebeij vir generis, &c. Scribe & distingue, Atque hæc illatam iniuriam non tulit Virginius, &c. Claudis exemplum præcedens, & trãfit ad alterum: Atque hæc Lucretia, inquit, illatam iniuriam vltà est ferro: Virginius etiam inferendam.*

Deductam in forum puellam occidit) Imo iam in foro erat puella ad Appii tribunal. Lego, seductam tu foro. ita res, è Liuiò, aliisque: qui seductam paullum à patre puellã, & tunc interceptam clarè scribunt.

Pag. 300. *In qualicumque enim statu positam Romano sanguinè pudicitiam] Melius, posito.*

Pag. 301. *Æque similis sedus exitus sequitur] Illud,*

BREVES NOTÆ AD VALERIVM.

lud, *similis*, infractum est.

Pag. 301. *Octavianum deprehensum nervis contudit*] *Sābuci codex, pernix contudit, vnus è meis protinus contudit: alii, pugnis, Ego hæreo.*

CAP. II.

Pag. 306. *Multi metus vrbis atq; Italia finiti erāt, plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit*] *Nihil hæc postrema ad eam clausulam, itaque amoue, & copula cum sequēri exemplo, hoc modo, Plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit, quapropter minus mirari, &c.*

Pag. 310. *Idem cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur*] *Veteri deest vox, Caesaris, & pro, temporibus, legit, partibus. Tu non ambiges quin, partibus, vera scriptio sit, voce etiam illa reiecta: Patres, eo sensu quem supra notavi.*

Pag. 311. *Itaque timens ne si tu fueris absumptus,*] *Deinde illud, timens, fide libri.*

CAP. III.

Pag. 315. *Pollia qua proxima exerat*] *Malle, qua prima, atque in his vocibus sæpè commutatum.*

CAP. VI.

Pag. 334. *Falsum legationis nomen amplecti*] *Vetus, vocabulum amplecti, Aufimne, vel abulum?*

CAP. IIIIX.

Pag. 336. *Ne domitorem orbis Africani famina impudicitia reum ageret*] *Impudicitia vox non in virum cōuenit, eumq; qui libidinosè agit, sed qui quæue, patitur Latini quidem ita. Exemplum hic contra, si locus relictus. In veteri vno est incontinentia. in altero, impatientia ex quo ego rescribam, impotentia. Neis, inquit, qui potens tot hostium, parum potuisse in se coercendo videretur. proba omnino correctio.*

CAP. VIII.

Pag. 338 *Custodita rei salute subuertit. Argis fortuna, &c.*] *Codex meus voces aliquot*

aliquot inferit bonas & germanas, subuertit, & dominum suam fide & constantia liberauit. Argui, &c. Malim tamen, summam fide. Paulo item ante legerim. Plurimis etenim laceratus verberibus.

Pag. 340. In cubiculum ac lectulum recepit) Prisca editio, ac lectulum. Lego, lecticulum Is ritus, vt lecti-culas haberent non ad somnum sed ad decubitum, in quis lucubrarentur, scriberent, quiescerent. Suetonium in Augusto vide.

P. 340. Contentus esse huius generis exemplis) Prisci libri inferant, esse ex his huius generis. Fuisse censeas, eximius huius generis.

Pag. 341. Nec solum hactenus beneuolentia processit) Iugula vocem solum, autore libro. Proprietate verbi hactenus non cepere, qui addidere.

CAP. IX.

P. 343. Nam cum aliorum fortunas spectando) Vetus, fortunas & pectora. Ego ve-

rissimum censeo, fortunas & decora. Statimque, quid aberit, non, oberit, ex veteri.

Pag. 345. Sed operas publicanis dedit: idem ultimam impiam suam. &c. Scribe, in est, ultimam, vitio in libris crebro. Sententia hic postulat, non enim aliud ali-quod minus obisse narrat, sed hoc idem interpretando vile facit & abiicit.

Victor Capitolium felicitate celebrauit) De triumphate loquitur. An nefelici dape? vt de solemnibus illo triumphantium conuiuio in capitolio capias.

Pag. 347. Turpem decoctionis superlationem iniunxit) Puto fuisse, appellationem, & prauasse vocem adhaesu litterae stigma è fine alterius.

Pag. 350. Eiusdem stultitiae imperia salutaria) Stulte interposita vox Stultitiae: quae tolle, natam è linea prioris. Nam illud Eiusdem ad Cimonem plane referendum fuit.

Pag. 352. Improviso decur-

su de-

4

su destitutos) Veteres duo,
recessa, quod approbo.

LIB. VII. CAP. I.

Pag. 353. *Adiecit animi rarissimas dotes*) Rectè, quia tamen in veteri lego, *animi non rarissimas dotes*, ambigo *an numerosissimas non fuerit.*

Pag. 353. *Nam Q. Metellum*) Duas voces *itas, Q. Metellum* clarum à glossographo esse. De illo ipso enim omnis hic cōtinenter sermo.

CAP. II.

Pag. 357. *Id ubi consul cognovit*) *Vetus. Id sic consul. Lege, id sicut consul.*

Pag. 357. *Tam cito animaduvertit*) Nihil hic de celeritate: prudentiæ tota cōsideratio est. Itaque scribo, *tam scitè.*

Pag. 361. *Insequentibusq; sæculis sint habitaturi*) Germanior scriptura libri, *inque sequentibus sæculis.*

Qua fortuito patiemur Malo sortito: & sententiam magis explicat,

CAP. III.

Pag. 374. *Sordida magorum dominatione oppressa, Darius rex adiutoribus eiusdem dignitatis assumptis*) Mihi inuolutus locus: mihi quidem. Darium ecce regem vocat, atque candidatus regni saltem erat, & de eo agitur, quomodo & qua fraude regnū adeptus. Sed & Adiutores eiusdem dignitatis appellat. Adiutoresne regni: imò contra, aduersarii eius, & quisque sibi spondebat eam dignitatem. Aut nihil video, aut grandis & audax deprauatio: quæ nescio an sic laudanda (nam ut tollam proferus, sine libris vix sperem) *Darius rei adiutoribus eiusdem assumptis.* Historia sanè talis: & ij qui coniurarant in magos cōuenere simul in hanc conditionem de regno.

CA. IV.

Pag. 379. *Omnes pugnantium globos præcurrit*] *Vetus rectè, percurrit. Miscuit se globis,*

IUSTI LIPSI.

globis, non percurrit.

CAPVT V.

pag. 384. *Vt propositis ante oculos clarissimorum, &c.)*
Tota hæc circūductio melius & compositius concepta in vereri: *Quia propositis ante oculos clarissimorum virorum repulsis, ut non minore cum spe honores ita prudentiore cum animi iudicio petent.*

CAP. VI.

pag. 388. *Quatuor & viginti millia seruorum comparauerunt] Legendum videri, quatuor milium seruorum, & causam erroris docui in II. Elector.*

pag. 392. *Eamne vnquam aliquis in facie hortaretur) Vetus optimè, En, quem aliquis, irriso illo & dissimulanti genere sermonis.*

CAP. VII.

pag. 395 *Summa cum iniquitate paternum nomen abrogauerat] prisca lectio, nomen iurgauerat, Fuit omnino, nomen eiurauerat.*

pag. 395. C. Calpurnij Pi-

sonis Pratoris urb. constitutio
Libri plerique omnes, *præfecti urbis.* Referre ad Pisonem præfectum sub Tibero conabat, cui dare se Valerius voluerit accessito hoc exemplo: sed illi Lucium prænomen fuit.

Terentius ex octo filijs
Meni meæ oculus hic, nisi legas, *Terentius cum octo, cæcutit.*

CAP. VIII.

pag. 397. *Testamento in filium instituit heredem) Si*
Filius instituit: quomodo Ti. Longus id subuertit? & quomodo is sanguine eius proximus? clara peruersio Emendauimus nuper, *Testamento O filium, & probat nunc vetus, cui vocula is, nulla est.*

pa. 401. *Quod hoc loco inhonestius) Scribe, ioco, non loco.*

Vita fructibus continuo cariturus] Sambuci liber, vita lusibus. An, vsibus? puto.

LIB.

LIB. VIII. CAP. I.

pag. 403. *Forti punitione liberata fratris dextera*] Verum est, *Librata*.

CAP. II.

pag. 412. *Æquitas quarentium delectare*] Verus *questionum*. Fortè, *questorum*, siue *questuorum*.

pag. 414. *Tam minuti à pudore excessus*] Verus *tam minimo*. Lego *minimi*, sicut alias hic loquutus.

CAP. XI.

pag. 440. *Arbene solitudine agerentur*] Melius *angerentur*.

pag. 442. *Desiderium pietatis coegit explere*.] Margines tui præferunt, *coegit exemplare*, quod & in meo est libro. Verbum ignotius fuit, in quo turbant: & me iudice, *eximplere*: quomodo & Adimplere dicimus; aliaq; compositione gemina.

CAP. XIII.

pag. 445. *Conspècta est*] Lege, esto.

pag. 445. *Ei nostra ornata mētio defuisse existimetur*]

Ambigebam pridem de loco: quia superbè illud de se scriptum, *ornata nostra mentio*: Sambuci codex subenit pulchrè: *ei oratione nostra mentio defuisse*.

Et simul spe diuturnioris vite] Lege, *spei*.

CAP. XIV.

pag. 452. *Dulcedinem gloria panè adiecit gloriosam*] Ita tu Pighi, ex omnibus manuscriptis. Nam antea legebatur, *Dulcedini gloria p.a. gloriam*. At ego lectionem etiam ipsam, iacentem erigo, *Dulcedinem gloria, panè adieci, gloriosam!* Velut exclamat, & ô dulcedinem, inquit, gloria, tantum non dixerim, gloriosam! Acumina & sententiolas Valerii nostri.

LIB. IX. CAP. I.

pag. 463. *Inde infusa culinis ostrea. Arte censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est*] Abest τὸ, *ostrea* à plerisque omnibus, libris & tollo sanè ego

I V S T I L I P S I

ac rescribo : *inde infuse culi- nit] Vocem libri interse-*
nis artes , censibusq; , &c. Sen-
tentiam egregiam elicio : &
imò , inquit , repertæ culi-
nariæ illæ artes , & patrimo-
niorû pretiis empti coqui

C A P. II.

Pag. 470. *In publica villa*
quæ in campo Martio erat]
Vide ne totum hoc glosse-
marium sit , nisi forte do-
ccendus aliquis Valerii æuo ,
vbi Publica villa esset.

Pag. 472. *Inclusis mœni-*
bus Attingensium] Veteres
Abtegunesium Scribã Atte-
guensium. Atteguanorum.
Hispaniæ opidum est.

C A P. III.

Pag. 480. *In Fabio pul-*
cherrimam partem omitten-
dã] Lego pulcherrimè partã.
& ad victoriam refero.

C A P. IV.

Pag. 483. *Eius denique cõ-*
firmandi gratiã] Præfero
scriptam lectionem : eius-
demque.

C A P. V.

Pag. 486. *In hostiliam*
propinquam rostris ad me ve-

runt , rostris idem ad me. Le-
go , id est , ad me. Quomodo
vocis ei⁹ superbe indignitas
magis eluceat.

Pag. 487. *Vestem & insti-*
tuta Persica assumpsit , spreto
mortali habitu diuinum &
mulat⁹ est)] Vbi aliquid oc-
cultior hic deliterere docet
libri , qui valde tirubant.
Quidam , diuinum aucupa-
tus est , alii , diuinum caput &
mulatus , & qui propius ad
verum , caput latus est. Cre-
dam fuisse , diuinum capta-
tus est. pro captauit. Crebrũ
valde hoc genus antiquis.
& infra cap. viii. vbi vulgo ,
Itaque exiguo momento ma-
xima rei casus fluctuauit : li-
bri mei tres , fluctuatus est.

Pag. ead. *Iam Xerxes , in*
cuius nomine superbia & im-
potentia habitat , suo iure
quam insolenter abusus est , cũ
Gracia , &c. Absunt a meo
libro illa , abusus est , me iu-
dice , merito. Scribo & di-
stinguo : superbia & impotē-
tia habitat suo iure quam in-
solenter

4

BREVES NOTÆ AD VALERIVM.

solenter: quod Gracia, &c. Ita enim vetus, non cum Gracia. Tu vide.

CAP. VI.

pag. 490. *Cum binis vestimentis urbem egressos) At in Liuiio hæc ipsa narrante singulis vestimentis egressos eos leges. An igitur hic, cum prius vestimentis? quæ corruptio eadem & correctio alibi in Liuiio mihi notata. Nisi si Liuius singula vestimenta capit, vnam Togam, vnam Tunicam, quo respectu recte & Bina & Singula dixeris.*

CAP. VII.

pag. 511. *Imbris caussa petitam latebrã) Scriptis meis abest, caussa: nec caussa retinendæ est.*

CAP. VIII.


pag. 513. *Ita ut viuam;*

dabo) Scribe. Ita viuam. Iurandi formula, quam insita vocula peruertit.

ADDITIO.

p. 426. *Theodorus Canterus amicus meus, & harum artium diligentissimus, per epistolam memonuit, libr. VIII.*

cap. VII. vbi legimus: *A Timeo & Arione, & Cato Locris præcepta Pythagora acciperet: reperisse se in veteri libro, Arione & Ethecrate, ex quo appositè facit, Ethecrate. Nam Cæti pythagoræi mentionisquã, nec in Jamblichii quidem Catalogo. At Etheocratis etiam Cicero meminit v. De Finibus, vbi pænè hæc ipsa Valeriana: Cur ad reliquos Pythagoras, Ethecrate, Timæum, Arionem, Locros, &c.*



I N D E X.

COPIOSSIMVS
CVM RERVM TVM NOMINVM,
QVÆ IN VALERIO MAXIMO
CONTINENTVR.

A bstinentiæ & continē	Æsculapij ædes.	47	
tiæ exempla requi-	Æsopus Tragicus.	437	
repag.192. vsque ad pag.	Afrania Lucinij Buccionis.		
203.	250.		
Accius poëta	161 450	Africanus superior. 95. 15.	
Acron rex Ceninensium	122.	190 254. 256	
Admetus rex Thessaliæ.	151	Africanus posterior. 210. e-	
Adulteri adprehensa à qui-		iisdem aui humanitas	
lus vindicata.	414. 415	241.	
Æbucia.	398	Africanus Graccho recon-	
Ægles Samius.	54	ciliatus.	190
Ælia familia.	207	Agamemnon, pictura Ti-	
Ælius prætor.	278	mantis.	442
Æmia Virgo.	5	Agathocles Syracusanorum	
Æmilianus Scipio, Vide Sci-		rex.	383
pio Æmilianus.		Agefilaus.	365.
Æmilius Lepidus.	117	Aglauus Sophidius.	334
Æmilius Paullus.	113	Agrigentinus Cillias.	233
Æmilius Scaurus.	160	Agrippa Menenius.	205
Ænei tauri inuentor.	476	Ahala Mag. equitum.	258
Æschines.	438	Aiax pictus.	442
Æschylus Poëta.	509	Albanus lacus.	25
Æthiopum senectus.	448	Alcæus poëta.	187

Alca-



I N D E X.

Alcamenis.	44	Anacharsis	265
Alcestis Tragicus.	162	Anacreon.	511
Alcibiades.	43. 117. 350.	Anapus frater Amphino-	
Alcioneus , Antigoni F.		nomi.	271
245.		Anaxagoras philosophus	
Alexander Cosmographus	441.		
449		Anaxarchus	143. 452
Alexander Phæreorum rex		Anaximenes præceptor A-	
513		lexandri	375
Alexander rex Macedoniæ		Ancus rex	395
39. 141. 174. 202. 373. 482.		Audrogine	415
487		Annibal, Amilcaris F.	38.
Altercationes de triumpho		130. 131. 166. 197. 229. 376	
101		& seq.	
Amæsia Sentia.	414. & seq.	Annibal Gisgonis F.	377.
Amicitia vinculum à pag.		Annius	320
218. vsque ad paginam		Anno, dux Carthaginensi-	
229		um	237
Amilcar	42	Antabagius.	275
Amor coniugalis, à pagina		Antigenidas tibicen	162
213. vsque ad paginam		Antigonus	245
219.		Antiochus	149. 188. 286.
Amor filia erga matrem		468. 517	
216		Antii Restionis seruus	340.
Amor & indulgentia parē-		& seq.	
tum iu liberos 283. vsq;		Antipater poeta	57
pag.	287	Antiquorum epulæ 60. fru-	
Amor patris in filium Ibid.		gals victus	78
Amphiarus	460	Antistes templi Dianæ.	368
Amphinomus frater Ana-		Antonia	393
pi	271	Appelles	444

I N D E X.

Apolloniata.	23	pag. 439. ad pag. 443
Apollo vindex sui mumi- nis.	55	carum optimis magi- stris concedendum esse
Apollo Pythius.	261	443
Appius.	447	Artorius medicus. 33
Appius Claudius.	198.	Aruns Tarquinij filius 277
355.		Asdrubal. 478. 158
Aptus motus corporibus in: loquendo à 436. vsque ad:		cuius vxor. 139
439		Afinarij v. s. è dictum. 373
Arcades duo.	43	Aterius Rufus. 38
Archelaus.	468	Athenis vir quidam ex lit- terato illitteratus factus
Archilochus Poëta.	310	55.
Archimedes.	428	Atheniensis quidam. 376
Architas Tarentinus.	185	Atheniensis senex. 213
Areopagus.	81	Atheniensis foemina mu- tescens. 54
Arganthonius Caditanus.		Atheniensium religio. 14
448.		institutum contra otio- sos, honor erga virtutē, aetio in ingratitudinem
Ariarathes (falsus) Cappa- dociae rex.	521	81. ingratitude 262. se- ueritas 319. stupor 316
Ariobarzanes.	286	crudelitas 476. temeritas.
Arion Pythagoricus.	427	495
Aristogiton.	115	Athleticum primum certa- men. 76
Aristomace Syracusana.		Atilius Auiola. 48
514.		Atilius. 205. 58
Aristomenes Messenius.	57	Atilius Regulus. 473
Aristonicus.	148	Atilius Serranus. 72
Aristoteles.	283. 453	
Artemesia.	217	
Artemon.	517	
Artium effectus, rari à		

I N D E X.

Attalus rex.	55. 231	Bocchus.	450
Atys, Cræsi filius.	40	Bosporanorū necessit.	390
Auaritiæ dediti à pag.	483	Brennus Gallorum dux.	11
vsque ad pag.	485	Brutorum domus obseffa à	
Augustus Cæsar.	34	Matronis.	463
A. Albinus.	494	Brutus consul.	277
A. Atilius Calatinus:	101.	Brutus.	216. 223. 368
406.		Burbuleis.	517
A. Cæsellius.	310	Busa femina.	230
A. Calpurnius.	484	C.	
A. Fuluius.	290	CÆcilia Metelli.	21
A. Gabinus. 191.	403. 468	Cælius Rufus.	292
A. Numius.	492	Cæneus.	499
A. Posthumius.	46	Cæpto trib. pleb.	222.
Aurelia Orestilla.	466	Cæsar.	242
Aspiciã à pag. 18. vsque ad		Cæsellius.	443
pag.	20	Cæsetius eq. Romanus.	
B.		284.	
Badius Campanus.	246	Cæsetius Rufus Senator.	
Barbarorum barbaries.	486.	Cæso.	207
469. & seq.		Cæcus Pythagoricus.	427
Bæbius Tamphilus con-		C. Antonius.	104. 192.
ful.	8	C. Arilius 125. miles.	132
Beneuolentia fraterna, à		C. Aquillius.	413
pag. 273. vsq; ad pag. 277		C. Aurelius Scaurus.	71
Betonice regina.	499	C. Blossius Cumanus.	221
Betultus rex Aruernorum		C. Cæsar. 133. 233. 310. 258.	
490.		284. 348.	
Bias.	188. 374	C. Calpurnius Piso.	395.
Biton & Cleobis.	271	C. Carbo. 159. 268. lega-	
Blaffius.	171	tus.	
		A a 5	

INDEX.

tus.	491	478. 493.	
C. cassius	23. 51. 119.	C. Memmius	301
C. claudius Nero	358	C. Menius Centurio	170
C. cornelius Hispallas	17	C. Nantius	249
C. cosconius	406	C. pescennius III. vir Capi-	
C. cotta	90	ralis	300
C. curiatus	158.	C. piso	167. & seq.
C. Decianus	409	C. plautius Numida.	115.
C. Duilius	152	C. plotius 300. miles ma-	
C. Fabius Dorso	8	nipularis	301
C. Fabius Pictor	451	C. plo. planti familiae fi-	
C. Fabricius Luscinus	205	des.	339.
C. Figulus	479	C. pupillius Lanas 259. 321	
C. Fimbria Tr. pl.	500	C. pulcher	76
C. Flaminius	5. 27. 268.	C. Sempronius Atratinus	
C. Flavius	479.	125	
C. Gallius	437	C. Sergius Orata	462
C. Geta	37. 364	C. Sulpitius Gallus	317
C. Gracch.	258.	eius astrologia.	439
C. Helvius Tr. pl.	496.	C. Sulpicius Peticus	72
C. Iunius Bubulcus Brutus		C. Tertius	395
censor	451	C. Titinius Minturnensis	
C. Licinius Hoplomachus		413.	
319.		C. Titius.	93
C. Licinius Macer.	507	C. Toranius	501
C. Licinius sacerdos	181	C. Valerius ædilis	405
C. Licinius Stolo.	72. 420.	C. Valerius Flaccus	343
C. Luscius Tr. mil.	301	C. Visellius Varro	312.
C. Lutatius Consul	101.	Calagarritanorum necessi-	
C. Martius 252. 37. 66. 70.		tas	392.
129. 153. 201. 413. & seq.		Calanus Indus,	56
		Calchas	

y

I N D E X.

Calchas pictus	442.	Cato	106. 115. 242.
Calippus	174	Cato maior	128, 159. 199.
Callidius Bononiensis	407.	Cato posterior	184.
498		Cato Uticensis	127. eius
Callisthenes	364. 482.	filia	128
Calpurnia	34	Catonis industria ac studi-	
Calpurnius Lanarius	412	um	422.
Calpurnius Piso	199	Cetorum venenum publi-	
Calvinus Domitius	448	cum	83
Cambyfes rex	319	Celtiberorum in prælijs	
Camillus	105	mos	85.
Campana luxuria	467	Censoria feueritas, à pag.	
Campani fenatus infolen-		104. vſq; ad pag. 110.	
tia	488	Centurio Manlianus	415
Campanorum humanitas		Cereris vindicta in Alexan-	
246		dri milites	14.
Caninius Gallus	192	Chariftia quid	62.
Capite cenſi primi milites		Charondas Thurius	331.
70		Chryſippus	429
Carbo Accienus	301	Cicerius Scriba	150
Carbo Aruina	472	Cimbrorum mos in prælijs	
Carneades philoſophus		85	
427.		Cimo Athenienſis	262.
Carrinas	398	350.	
Carthaginenſium ingrati-		Cinna:	29. 201.
tudo 260. crudelitas 335.		Ciuum Roman. gratitudo	
perfidia	282.	erga patriam	280
C. ſilinales	390	Claudia virgo Veſtalis	
Caffius Parmenſis	227	268	
Caſtores viſi	46	Claudia	409
Catilina	104. 230. 446	Cladius Afellus	317

I N D E X.

Claudius Nero.	108	Cn. Marcius.	919
Cleantes.	430	Cn. Piso.	350
Clearchus Lacædemonio-		Cn. Pompeius.	30. 51. 127.
rum dux.	99	132. 170. eius miles.	275
Cleobis. & Biton.	271	Cn. Popillius Lænas.	259
Cleon latronum dux.	508	Ca. Scipio.	157. 208
Clopatra.	184. 475	Cn. Sergius Silus.	299
Clodia Aufilij.	446	Codrus, rex Atheniensium.	
Clodius Pulcher.	151	281.	
Clælia virgo.	122	Collegium tribunorū.	320
Clælij fratres.	408	Coma mater Cleonis.	508
Cluvia Facula.	249	Cominius Tr. pl.	301
Cn. Apranius.	334	Confidius Publicanus.	462
Cn. Bæbius Tr. pl.	359	Ctesias.	448
Cn. Calpurnius.	93	Ctesipon.	348
Cn. Carbo.	260	Calco prætor.	334
Cn. Cornelio Scipio His-		Cario.	517
pali F.	313	Carionum domus.	465
Cn. Dolabella.	435	Curtius.	278
Cn. Domitius censor.	110	Cynæorum seruus.	517
Cn. Domitius Tr. pl.	464	Cyneas Theſſalus.	197
Cn. Flavius prætor.	479	Cynegirus Athenienſis.	132
Cn. Flavius iuris ciuiliſ		Cyprij effeminati.	369
promulgator.	77	Cyrus.	272. 498
Cn. Fuluius Flaccus.	103	Cyrus ſuperior.	411
Cn. Furius.	301		
Cn. Lentulus Marcellinus.		D.	
conſul.	307		
Cn. Lolius.	410	D Amasippus.	472
Cn. Mallius.	70	D Damasthes.	448
Ca Manlius.	302	D Damon.	226
			Da-

y

I N D E X.

Daphidas.	55	tum accersiti.	205
Darius. 142. 174. 227. 272.		Duellorum victores.	123
Dasius.	172.	Duorum fratrum pietas	
Decimus Lælius.	225.	erga parentes.	271.
Deiotarus rex.	19.	Duronius.	107.
Demades.	365.		
Demochares.	173.	E.	
Democritus Philosophus.			
427.			
Demosthenes. 149. 421. 438.		E Bares equiso Darij.	374.
Demonstratus.	173.	Egnacius Metellus.	317.
Deorum cultus. 2. 3. 4. 5 &c.		Eloquentiar vis.	433.
D. Brutus.	225. 450.	Epaminondas.	137.
D. Silanus.	288.	Epæstus.	271.
Dij Penates.	50.	Ephestio.	227.
D. noocrates.	7.	Ephialtes Atheniensis.	173.
Diogenes Cynicus.	202.	Ephori.	188.
Diogiris Thraciæ regis fi-		Epimenides Cnosius.	448.
lia.	475.	Epiorum senium.	448.
Diomedon.	14.	Aqua parit leporem.	32.
Dion Syracusan.	174. 186.	Eques gloriæ cupidus.	449.
Dionysius.	42.	Equitij Firmani mendaciũ.	
Dionysius rex Syracusano-		518.	
rum.	43.	Equitius.	129.
Dionysius tyrannus.	514.	Equitum Romanorũ pro-	
Diphilus Tragædus.	309.	batio.	69.
Domini seruatorum. Equites		Equitum & centurionum	
& Centuriones.	280.	in patriam pietas.	208.
Dripetine.	56.	Erasistratus medicus.	286.
Drusus Germanicus.	194.	Error multorum.	495. 496.
Duces ex agris ad magistra-		Erus Pamphilius.	53.
		Euander arguius.	69.

INDEX

Etruscorū crudelitas. 476.	Filius Æsopi Tragedi. 462
477.	Filius Clodii Pulchri. 151
Euclidos Geometra 443.	Filius Cræsi ad tempus mu-
Eumenes rex Asiæ. 65.	tus vocalis factus, 272
Euphranon. 441	Filius P. Decii, 279
Eupore <i>require</i> Philocrates	F. Q. Fabii degener. 150
Euripides. 149	Flaminius. 250
Exercitus Rom. indignatio	Fortunæ muliebris simu-
494.	lachrum. 48
F.	Fratrum benevolentia. 273
F Abius alter Verrucosus 254.	Fulvius. 135
Fabius Maximus 167. Rul-	Fulvius Flaccus. 71. 166
lianus. 125	Furius. 177
Fabricius Luscinus. 197	Furius Camillus. 48. 177
Fannia. 371	Furti damnatus. 414
Fauonius. 115	G.
Faustus Sullæ filius. 119	G Allius. 437
Febris dei sacellæ. 78	Gallorum mos in mu-
Felicitas multorum. 58. 352	tuo dando. 85
Feminæ indicæ 86	Gaurus spado. 474
Feminæ memorabile factum, potionem mortiferam bibentis. 84	Gelo 139. <i>cetera vita</i> in Hero.
Feminæ penicæ. 86	Gemellus Tribunicius. 466
Feminarum Rom. Luxuria. 464.	Geminus Metius. 91
Fides vxorum ergo viros, 335	Geutius rex. 141
Filiæ pietas ergo patrē. 268	Genucius Cipus prætor. 278. 396
	Gillias Aggrigentinus. 233
	Gladiatorum munus primum.

y

I N D E X.

num.	76	Hiero Siciliae rector.	447
Glaucia.	129	Hiero Syracusanus	232
Gobrias.	136	Hippoclidus philosophus.	
Gorgias Epirota	54.		57.
tinus.	447.460	Hippo femina.	302.
Granius.	481	Hirtius.	252.
Gratidius legatus.	493	Hispani duo fratres.	500
Gryllus, Xenophontis fi-		Homerus.	433.
lius	295.	Honoris templum.	6
Gyges rex Lidia.	354	Horatius Cocles.	109
		Horatius Pulvillus.	293
		Hortensia, Q. Hortensij	
		filia.	415
		Hortensius Corbio.	151
		Hybrea Mylasenus.	517
			I.
H Adrianus	498	Iaso Phæreus.	54
Harmodius.	115	Iaso Thesalalus.	499
Harmonia Gelonis filia.	139.	Incestus animaduersus.	317
Hegesias Syrenaicus philo-		Indibilis.	194.
sophus.	836	Indicarum feminarum a-	
Hellanicus.	448	mor erga maritos.	86
Helvius Mancina Formia-		Inadorum patientia.	144 fe-
nus.	308	nectus.	448.
Heraclides.	174	indulgentia patrum erga	
Herennius Pontius Sannis		libros.	283.
366.		Iophon Sophoclis filius	
Herennius Sículus.	507		430.
Hermocles.	243	Isocrates.	429.
Herodotus.	449	Iubellius dux.	98.
Herophilus equarius me-		Iugurtha.	344.
dicus.	519		Lu-
Herostratus.	449.454		
Hieronimus tyrannus.	144		

I N D E X.

Iulia C. Cæsaris filia.	216	Libitinariorum gratuitum	
D. Iulius. 51. 130. eloquen-		ministerium.	252
tia eius.	434	Libo Trib. pleb.	403
Iunius Brutus.	368	Licentia illustrium in cul-	
Ius civile cum Fastis pro-		tu ac luxu.	151
mulgatum:	77	Licina.	417
Iuuentus quidam.	396	Litorius tricenarius.	449
Iuuentus instructa.	62	Luia Rutilij.	446
Iuuentutis Romanæ grati-		Linus Salinator. 108.	158.
tudo.	249	181. 190. 381.	
Iuuenum Græcorum faci-		L. Æmilius Paullus. 20.	
nus.	502	386.	
Iuuenum Romanorum in		L. Aluanius.	7
dignatio.	479	L. Antonius.	106
L.		L. Atratinus.	327
L Acedæmon.	218	L. Bestia Consul.	53
L Acedæmonij.	81	L. Brutus.	287
Institutum. 218. seueritas		L. Cæsar.	472
325. graue responsum		L. Calpurnius Piso.	405
324.		L. Calpurnius Triumu.	416
Lælius.	274	L. Cassius prætor.	160.
Lætorius.	222	410.	
Lar Tolumnius Veientium		L. Cassius Trib. pleb.	416.
rex.	497	L. Censorinus.	346
Latinæ linguę obseruantia		L. Drusus.	421
657		L. Catilina.	466
Leges de triumpho.	100	L. Cinna.	304
Lentulus Spinter.	400	L. Cornelius Consul.	237
Leonicus.	253	L. Cornelius Merula.	507
Leonidas Spartanus.	136	L. Cornelius Scipio.	180
Libido.	461	L. Cotta.	407. 382. 435
		L. Craf-	

I N D E X.

L. Crassus. 159. 418. 329. 446.	L. Villius Annalis.	502.
418. 462.	Lucretia.	297
L. Domitius Proprætor. 315	Lucullorum testimonia. 418.	
L. Equitius. 491	Lucullus dux.	123
L. Fimbria. 357	Ludorum origo, luxus & or-	
L. Flaccus Censor. 107. III.	namenta.	72. 73.
L. Flaminius. 106	Lupercalia.	69
L. Furius Bibaculus. 6	Lyciorum luctus.	86
L. Gellius. 290	Lycurgus Lacademoniorū.	
L. Hortensius. 327	legislator.	16. 261.
L. Iunius. 18	Lydorum ritus.	73.
L. Lamia. 53	Lysias.	324.
L. Lentulus. 346	Lysippus.	441.
L. Libo. 308	M.	
L. Lucullus. 399	Macedoniæ mos.	141.
L. Manlius Imperiosus. 267	Macedonis pueri parti-	
L. Marcius. 25. 459	entia.	141.
L. Marcius Trib. 96	Magistratum auctoritas.	65.
L. Quinctius Cincinnatus	astinentia.	68.
178. 206.	Magus Chilo.	501.
L. Rheginus. 222	Mago Carthaginensis.	365.
L. Saturninus. 420	Maiestas Consularis.	66.
L. Scipio. 150. 152. 188	Maiorum in vrbe. consuetu-	
L. Scribonius. 72	do.	59. 60. 61.
L. Septimuleius. 484	Maiorum vita, exemplum.	
L. Sextilius rriumuir. 394	iuuentuti.	62.
L. Sicinus Dentatus. 134	Mamilius Octauus.	426
L. Sulla. 15. 104. 153. 329. 344	M. Æmilius Lepidus consul.	
L. Tarquinius. 17	189.	
L. Valerius Heptachordus	MV. Curius.	196.
400.	MV. Curius Consul.	315
	MV.	

I N D E X.

M. V. Valerius	109.	M. Colonius	192.
Manilius Crispus	306.	M. Cornelius Cethegus	5
Manlius Torquatus L. F.		Cornutus	252
320		M. Cotta	268
M. Æmilius Porcina	410	M. Crassus	19. 483
M. Æmilius Scaurus	406	M. Drusus	117
M. Agrii setius	416	N. Flavius Tribunus pleb.	
M. Agrippa	225	498	
M. Anneius Carseolani F.		M. Fulvius Flaccus Tr. Pl.	
394		98. Consul 76. 685	
M. Antonius orator	337	M. Hortensius	402.
ius seruus 336. eius elo-		M. V. Iuuentius Thales	
quentia	434	Consul	506
M. Antonius Triumvir	107	M. Lætorius Mergus	301
160		M. Lepidas	418. 104
M. V. Aquilius	512	M. Lucullus	223.
M. V. Acilius Glabrio	77	M. Manlius	313
M. Atilius Regulus.	9. 110.	M. Marcellus 6. 97. 103.	
M. Bibulus	184	239	
M. Brutus	19. 22	M. Marius	492
M. Cæsius Scæua centurio		M. Mulvius	410
133.		M. Nævius Trib. pleb.	
M. Calidius	437. 438	156.	
M. Castritius	309	M. Palicanus seditiosus	167
M. Cato trib. pleb.	100	M. Perperna	446
M. Cato	216	M. Platorius	47
M. Cicero. vide M. Tullius		M. Platorius primipilaris	
M. Claudius Marcellus æ-		centurio	480
dilis, vna cum filio.	299	M. Plautius	215
M. Clodius	314	M. Plautius Hypsæus	485
		M. Po-	

I N D E X.

M. Popillius Lænas	17.	pag. 59. vsque ad pag. 64
420		Matronalis libertas ac de-
M. Porcius Cato	106. 115	cor 61
148		Matrum duarū mortes 507
M. Rutilus Censorinus		Mausolus 217
177		Megullia Dotata 208
M. Scæua require M. Cæsi-		Melissa 427
us. &c.		Menelaus pictus 442
M. Scaurus	137. 159. 188.	Menophis Physcontis. F.
289		475
M. Servilius	53	Menogenes cocus 516.
M. Silius	484	Messala 291
M. Tullius Cicero	19. 37.	M. Silius ædilis 115
66. 119. 259		Metellus Macedonicus 239
M. Tullius Duumvir	8	Metellus Mamidicus 111.
M. Valerius Corvus	445	168. 183.
M. Valerius Maximus	106	Metellus Pius 165
M. Valerius Messalla	110	Midas rex Phrygiæ 32.
M. Varro.	134	Miles quidam Alexandri,
M. Volusius ædilis	372	iam senex 243
Marcus Coriolanus	248	Miles Cn. Pompeii 275
Mars visus	49	Militaria instituta 70. 71
Marullus	284	Militaris exercitatio 70. &
Messanisa rex	12. 113.	seq.
253		Militum Rom. seditio 308.
Messilienses	82. 83	temeritas 309
coram instituta, & ri-		Mido Crotoniates 511
tus, Ibid.		Miltiades 262. & 264
Materfamilias Smyrnea		Minatius Rufus 194.
411.		Minos Cretæ insulæ rex 16
Matrimoniorum ritus à	261	

M. nucius

I N D E X.

Minucius mag. equit. 167.	Numidarum regum aucto
250.	ritas. 80
Minucius consul. 250	Numitor. 60
Minyæ. 218	Numilizinthes rex Thra
Miracula varia, à pag. 44. &	cia. 474
seqq.	Nuptiarum auspicia. 60
Mithridates. 56. 159. 196.	
431.	O.
Mithridatis filia. 56	
Molo Rhetor. 66	O Bsem in Capitolio. 380
Monogamæ laudatæ. 60	O chus Artaxerxes. 475
Mucius Scævula. 129. 140.	O chus, postea Darius appel
Mulier matricida. 410	latus O ctaviæ, sororis Au
Mulieres caussidicæ. 415	gusti falsus filius. 475
Munatius Plancus. 339	O ctavius Balbus. 285
Munatius Flaccus. 472	O ctavius consul. 29
Musicanes. 236	O edipus. 264
	O edipus Coloneus, fabula.
N.	431.
N ævianus. 396	O pimius. 104
N afica. 158	O ppius Gallus. 401
N ausimenes vxor.	O rdnibus in theatris loca
N ealces pictor. 358	attributa primum. 72
N earchus tyrannus. 143	O rdo equestris. 69
N eptun ⁹ Euphranoris. 441	O restes. 220. 396
N ero. 190. 381	O restestilla Plancij. 215
N icocreon. 143	O rgigoentis Reguli vxor.
N uma Pompilius. 15	302.
N umantia. 88	O rigo scenicotum ludorū.
N umantinorum necessitas.	72. secularium. 74
362.	O rontes. 351
	Ora

I N D E X.

Oracilia Laterensis.	412	fium.	201:295
Ochryades.	137	Perfarum religio.	14. Institutum in educadis liberis, 87. de eligendo rege, 374
Otium laudatum.	432	Perfes rex.	95. 198. 207. 240
P.			
Paciæci.	271	Pestilentia.	46
Pamphilus.	495	Petellinorum fides.	335
Pansa.	252	Petillius.	23
Papiria tribus.	498	Petronius Sabinus.	224
Papirius.	92	Pietas vetus filia in patrem	
Papirius Cursor.	357		268.
Papirius Maso.	153	Phalaris tyrannus.	142. 476
Par amicitia.	57	Phanarte mater Socratis:	
Parentum amor & indulgentia in liberos.	283		148.
Parentum seueritas erga liberos.	287	Phereus Iaso.	54
Parmenio.	175	Philippus, Fuluij Flacci seruus.	416
Pater quidam.	402	Philippus Macedonum rex	
Patientia multorum, à pag. 139. & seqq.			310.
Patris amor in filium.	396	Philippus medicus.	175
Patris error erga filium militem.	292	Philo.	444
P. C. omen.	20	Philocrat. Grac. seruus.	338
Paulus senator.	423	Phocion.	272
Pausanias.	80	Phraartes Parthorū rex.	391
Pedanius Centurio.	131	Phryne scortum.	201
Penates dij.	4	Phyteon vide Ptolemæus.	
Pericles.	81. 436. 440	Pietas erga patriam.	276
Pericles princeps Athenica.		Pietas fratrum.	273
		Pindarus.	510
		Pindarus, Cassij seruus.	339
		Piræus.	132
		Pyri-	

I N D E X

Pyrithous.	224	391.	
Pisistratus.	16		Populi Vticensis vltio. 4
Pisistratus Atheniēsum ty-			Populus Cinniniensis. 3
rannus.	202		Porcia Catonis filia. 12
Pittacus.	187	216.	
Pittacus Mitylenæus.	187		Porfena rex Etruscorum
Plato.	34. 421	140.	
Plautius consul.	304		Postumius Albinus. 31
Plebis Rom. gratitudo.	248		Postumius Aruspex. 2
Pœnicarum feminarum			Postumius Censor. 10
prostitutio.	87. 88		Postumus Cominius. 19
Polemo Atheniensis.	348		Portitii. 10
Pollux.	46		Paxitelis opera. 44
Polycrateres Samiorum			Prænestinorum necessitas
tyrannus.	350	390.	
Polydamas athleta.	511		Prætor Rom. Siculo simi-
Polystratus Philosophus			lis cuidam.
57.			prienenses. 23
Pompeius Magnus. 22. 216			prima aurata statua Romæ
260. 450 eius pater		76	
Pompeij patientia.	141		Primi seculares ludi. 74
Pompeius Rhēginus.	398		Priuernatum princeps.
Pomponius Atticus.	399	304.	
Pomponius Rufus.	203		prodigia multa, à pag. 24
Pomponius Trib. pl.	228		& seqq.
Pontius.	170		Pronunciationis .modus
Pontius Anfidianus.	268	436. 437.	
Pontus Lupus.	423		Prusias rex Bithyniæ 56
Populi Ægyptij luxuria ac		164. eius filia	56.
mollities	469		Pseudophilippus. 386
Populi Asiatici necessitas			Prolemæus rex Ægypti
			45

1405-K2



Jacobus

MARCINA ZÁK
K. S. I. E. G. O.

1405
XV





